BR B00552

VAKGROEP PLANTENTAXONOMIE
WAGENINGEN

Kast 1-5

259939

H. WITTE LEIDEN

CAROLI PETRI THVNBERG
MED. DOCT. PROF. REG. ET EXTRAORD. ACADEM.
CAES. N. C. REG. SCIENT. HOLMENS. SOCIET. LITTER.
VPSAL. PATRIOT. HOLMENS. BEROLIN. N. SCRVT.
LVNDIN. HARLEMENS. AMSTELDAM. NIDRO-
SIENS. MEMBRI

FLORA IAPONICA

SISTENS

PLANTAS

INSVLARVM IAPONICARVM

SECVNDVM

SYSTEMA SEXVALE EMENDATVM

REDACTAS

AD

XX CLASSES, ORDINES, GENERA

ET SPECIES

CVM

DIFFERENTIIS SPECIFICIS, SYNONYMIS PAVCIS,
DESCRIPTIONIBVS CONCINNIS ET
XXXIX ICONIBVS ADIECTIS.

LIPSIAE
IN BIBLIOPOLIO I. G. MVLLERIANO
1784

VAKGROEP PLANTENTAXONOMIE
WAGENINGEN

GENEROSISSMIS ET NOBILISSIMIS VIRIS!

DOMINO

VRY TEMMINK

REIPVBLICAE AMSTELODAMENSIS CONSVLI GRAVISSIMO, HORTI MEDICI COMMISSARIO etc. etc.

DOMINO

I. VAN DER POLL

REIPVBLICAE AMSTELODAMENSIS CONSVLI GRAVISSIMO etc. etc.

DOMINO

IOHAN. DEVTZ

IN REPVBLICA AMSTELODAMENSI SCABINO ET PLVRIVM COLLEGIORVM PRAESIDI MERITISSIMO etc. etc.

DOMINO

DAVIDI TEN HOVEN

IN REPVBLICA AMSTELODAMENSI SCABINO ET COMMISSARIO etc. etc.

DOMINO

NICOL. LAVRENTIO BVRMANNO

MED. DOCTORI, BOTANICES AD AMSTELAM PROFESSORI etc. etc.

MAECENATIBVS,
FAVTORIBVS ET PATRONIS
SVMMIS!

DESCRIPTIONES HAS PLANTARVM

RARISSIMAE ET REMOTISSIMAE

FLORAE IAPONICAE

QVAS

Illorum benevolentiſſimo ſuaſu, indulgentiſſimis commendatitiis litteris, liberalibus et magnis impenſis, conquirere, colligere, viuas ſiccatasque in Europam transmittere contigit,

IN

GRATISSIMAE MENTIS TESSERAM SEMPITERNAM,

DAT

DICAT

DEDICAT

humillimus et obſequentiſſimus cliens

CAROLVS PETRVS THVNBERG.

CAROLO PETRO THVNBERG

MED. DOCT. AD ACAD. VPSALIENS. PROFESSORI REGIO, SOCIETAT. LITTER. PLVRIVM MEMBRO!

POPVLARI DIGNISSIMO!

DVM FLORAM EDERET IAPONICAM,

SALVTEM DICIT

I. THEODOR FAGRAEVS

MED. DOCT.

Trahit ſua quemque voluptas. Virg.

Spretis igitur ſponte Laribus, tutiſſimis ſimul ac commodiſſimis, evolas Amice ad remotiſſimas usque gentes!

Peragras maximam orbis partem, non ſine ſolitis peregrinantium curis, moleſtiis, periculis.

Perluſtras Africam auſtralem et Inſulas Aſiaticas fertiliſſimas, Iavam, Ceilonam, Iaponiam.

At apertis omnia oculis vides, manibus colligis indeſeſſis, collecta deſcribis induſtria peregrinantibus inconſueta!

Tales etenim ſunt Tuae deſcriptiones, ut illis remotiſſima fiant nobis praeſentia!

Auctae ſunt in immenſum Tuae deſcriptiones, per amabiles tuos mores!

Reliquiſti etenim ubique ſummos Tui admiratores, amatores, fautores!

Perſonant maria, perſonant terrae laudes tuas promeritas, quibus aliquid addere amicitia noſtra, mea tenuitas vetat.

Permittas tamen, breviſſimo ut ſermone dicam, quid per Te profecerit eruditus orbis!

Loquar modo mihi nota, dudum edita.

OPVSCVLA THVNBERGIANA:

Diſſertationes Academicae Vpſaliae habitae, cum figuris.

1. De Venis reſorbentibus. Praeſid. a Linné 1767.
2. de Iſchiade. Praeſid. Sidrén 1770.
3. de Gardenia. Reſp. Djupedio 1780.
4. de Protea. Reſp. Gevalin 1781.
5. de Oxalide. Reſp. Haſt. 1781.
6. Nova genera Plantarum. P. I. Reſp. Hornſtedt. 1780.
7. Novae Inſectorum ſpecies. P. I. Reſp. Caſtröm. 1781.
8. Nova Genera Plantarum. P. II. Reſp. Sahlberg 1782.
9. de Iride. Reſp. Ekman. 1782.
10. Novae Inſectorum ſpecies. P. II. Reſp. Ekelund. 1783.
11. Noua Genera Plantarum. P. III. Reſp. Lodin. 1783.

Oratio de Nummis Iaponicis, Holmiae habita:

Inträdes Tal, hällit för Kongl. Vet. Academien d. 25 Aug. 1779. Om de Myntſorter, ſom i äldre och ſednare tider varit gangbare utj Kejſaredomet Iapan. Holm. 1779. 8. cum tab. 8. Oratio haec deinceps Belgice et Germanice recuſa.

Tractatus varii in Actis Societatum:

In Actis Holmenſibus.

1. Hän-

1. Händelſe, att Blyhvit blifvit af forſeende brukadt i mat. 1773.
2. Hydnora Africana. 1775. c. fig.
3. Pneumora. 1775. c. fig.
4. Rothmannia. 1776. c. fig.
5. Radermachia. 1776.
6. Anmärkningar om Hydnora 1777. c. fig.
7. Bezoar equinum. 1778.
8. Ehrharta. 1779. c. fig.
9. Anmärkningar vid Canelen. 1780.
10. Weigela. 1779. c. fig.
11. Beſkrifning på Warma Bader i Africa och Aſien. 1781.
12. Pauſus. 1781. c. fig.
13. Noctua Serici. 1781. c. fig.
14. Myriſtica. 1782. c. fig.
15. Ofwerſättning och Anmärkninger ofver Bar. de la Peirouſes Fogel beſkrifning. 1782.
16. Fagraea ceilanica. 1782. c. fig.
17. Cajoputi oljans nytta och bruck. 1782.
18. Nipa. 1782.
19. Licuala. 1782.
20. Houttuynia. 1783. c. fig.

In Actis Vpſalienſibus nouis;

1. Cycas Caffra. 1775. c. fig.
2. Kaempferus illuſtratus. P. I 1780.
3. Cuſſoniae genus. 1780. c. fig.
4. Novae ſpecies Inſectorum ſvecicae. 1783. c. fig.
5. Kaempferus illuſtratus. P. II. 1783.
6. Curculio Cycadis. 1783.

In Actis Lundenſibus:

1. Retzia capenſis. 1776. c. fig.
2. Montinia et Papiria.
3. Aloë Kadanj tilrddning i Africa.
4. Aitonia capenſis. c. fig.
5. Falckia repens. c. fig.
6. Syngnathi nova ſpecies. c. fig.

In Actis Nidroſienſibus:

1. Fabriciae genus.
2. Cliffortiae genus.

In Actis Harlemenſibus:

1. Obſervationes Thermometricae in Iaponia habitae.
2. Cryptogamarum fructificatio in Cycade et Zamia.

In Actis Caeſar. Natur. Curioſorum:

1. Craſſulae novae ſpecies 28.
2. Meſembryanthemi ſpecies novae 21.

In Actis Berolinenſibus Nat. Scrutatorum:

1. Dilatris genus.

In Actis Londinenſibus:

1. Berättelſe om Reſan til Iapan.
2. Citodium eller Brödfrügtens oeconomiſka nytta och tilredning.

In ſupplemento Plantarum Linnaeano 1781 edito, ultra 500 novae ſpecies Tibi ſoli tribuuntur.

Opuſcula haec collecta non parvum efficiunt volumen, nuperrimis pariter ac digniſſimis detectis refertum.

Promiſiſti Amice! Floram Iaponicam, Floram capenſem, Floram et Faunam Ceilanicam et Iavanicam quibus, praeter Itinerarium, operibus, Eruditorum deſideria provocaſti.

Prodit nunc Flora Iaponica Tibi et Botanicorum deſiſiderio digna!

Continet haec Plantarum ſpecies fere mille, interque has ultra 800 determinatas, dum reliquas anni tempus determinare vetuerit.

Mirabitur Poſteritas induſtriam, dum noverit Medicum Legationis, intra XVI menſes, in Territorio Eupaeis inacceſſo, Genera Plantarum ultra 20, ſpecies ultra 300 novas detexiſſe et deſcripſiſſe.

Aperuit Kaempferus, officio noſter, viam. Tibi ſoli contigit hunc adire Corinthum.

Gratulor Botanicis! Gratulor Tibi de opere Illis exoptatiſſimo, Tibi non coaevo, ſed ſuperſtite, et ut meretur, immortali.

Si retinet Botanica Nomen et cum nomine Memoriam ſui cultorum, neſcio, an quisquam Te dignior tali memoria nunquam intermoritura!

Virebit igitur Thunbergia poſt fata Tua, florebit quotannis memor Tuorum in Plantis amorum!

Pauca ſunt Privatorum Muſaea, ditiora Tuo, rariſſimis pariter ac pretioſiſſimis Naturae et Artis cimeliis farcto.

Dila-

Dilatata per Te ſunt plura Europaeorum Muſea animalibus, plantis, mineralibus, libris, iconibus, nummis, armis, utenſilibus, antea in illis nunquam viſis.

Quis, niſi vidiſſet, crederet Iuvenem, publicis vix vllis fultum ſubſidiis, tantos fore reportaturum rerum memorabilium theſauros?

Concedat Tibi, Amicorum Optime! Divinum Numen annos, vires, indulgentias, vt collecta, Tuo more deſcribas atque feliciter incepta Felix perficias!!!

Alingsäs d. V. Februar. MDCCLXXXIII.

PRAE-

PRAEFATIO.

SITVS ET CLIMA REGNI IAPONICI.

R*egnum* Iaponicum, incolis ipſis Nipon ſeu Nifon dictum, congeries plurimarum inſularum conſtituit. Harum una maxima, duae valde magnae et reliquae diverſae, minoris tamen, magnitudinis ſunt et ultra extremum Aſiae terminum, inter Aſiam et Americam borealem ſitae, ab hiſce mundi plagis aquis Oceani undique ſeiunctae reperiuntur.

A gradu 30 ad 40, verſus boream in latitudinem et a gradu 143 usque ad 161 in longitudinem, verſus orientem ſeſe extendit Iaponia. Vndique hae inſulae alluente et procelloſo maxime mari circumdantur; intus campos paucos, colles vero et montes plurimos, ſaepe altiſſimos habet.

Calor aeſtivus valde magnus, ad gradum interdum Fahrenheit. Thermom. 100, vix tolerandus foret, niſi a ventibus mitigatus. Calor menſibus Iulii et Auguſti intenſiſſimus eſt. Sic etiam frigus hiemale, ad plures gradus infra punctum congelationis, intenſum admodum eſt, imprimis cum ventibus e borea et oriente venien-

nientibus. Hieme et aqua congelatur in glaciem et nix cadit, etiam in regionibus meridionalibus, imprimis autem in illis, quae magis boreales ſunt et quidam montes per totum annum vix nive ſuo perenni liberantur.

Procellae heic vulgatiſſimae et vix tres ſunt menſes in anno, quibus non vehementiſſime saeviunt. *Viciſſitudines* aëris valde in his terris inconſtantes. *Pluvia*, quantum unquam ſatis, per totum fere annum, imprimis vero menſibus vernalibus et aeſtivalibus cadit, eſtque haec copioſa pluvia cauſſa ſummae fertilitatis Iaponiae. *Tonitrus* non rari, procellae vero et terrae motus vulgatiſſimi ſunt.

Totum regnum vix niſi montibus, minoribus et maximis conſtat, ſic ut non niſi colles et valles, ubi agri, nunquam prata, conſpiciantur. *Ipſum ſolum* heic vtplurimum argilloſum et quandoque etiam in quibusdam locis, magis ſabuloſum, minus tamen per ſe, quam quidem per indefeſſos et incredibiles indigenarum labores fertile.

OCCASIO ADEVNDI IAPONIAM IBIQVE COLLIGENDI PLANTAS.

Occaſionem adeundi terram adeo diſſitam atque aditu difficilem, illuſtri Profeſſori Burmanno, ſcriptis botanicis elegantiſſimis et praxi medica feliciſſimo longe lateque celebratiſſimo praecipue acceptam refero. Hic enim mihi in peregrina-

grinatione in Galliam ſuſcepta, Amſtelodami commoranti, per plures ſeptimanas ad domum ſuam et collectiones pretioſiſſimas aditum benigne praebuit, atque tum meam qualemcunque in Hiſtoria Naturali peritiam et ardentem ulterioris in hac ſcientia utiliſſima cognitionis cupiditatem perſpexit. Atque cum cupidinem aliquando ſignificaſſem, Indicas huc usque parum cognitas adeundi terras, me, dum hiemem et aeſtatem ſubſequentem Pariſiis degerem, ſummis nonnullis Amſtelodami Viris idem Profeſſor commendabat, vt Ipſorum nomine et ſumtibus in Iaponiam navigare mihi liceret, quae tum maiori productorum parte adhuc incognita eſt, tum frigoris et caloris temperamento ad Belgium proxime accedit. Horum praecipue fuere Conſul *Vry* TEMMINK, Horti Medici Amſtelodamenſis Commiſſarius, Conſul *van der* POLL et Senatores *I. van der* DEUTZ atque *David ten* HOVEN. Iniunctum mihi fuit, ut in uſum partim Horti Medici, partim Magnatum horum peculiarem, e terra iaponica, tum arbores et frutices virentes, tum ſemina vegetabilium in genere, imprimis vero arborum et fruticum colligerem, quae climati adſueſcerent Europaeo et ſub dio creſcere cogerentur in Ipſorum Hortis, (Buyten Plaatſen) ante omni genere arborum, quae ab aliis terris parari et frigora vicesque climatis ferre poſſunt, iam dudum copioſiſſime exornatis. Vt vero terram, qualis eſt Iaponia, cum fructu adire poſſem, quae cunctis reliqui orbis terraquei incolis

clauſa

clauſa eſt, nec niſi unicum duabus quotannis adventantibus nauibus Hollandicis et paucis nauigiis Chinenſibus portum aperit, atque adeo ducentos quovis anno circiter Europaeos, eosdemque arctius incluſos et cuſtoditos, et parem fere Chinenſium numerum recipit, quibus cunctis, ſi pauciſſimos exceperis remanentes, poſt exactos tres aut quatuor menſes inde eſt abeundum; maximopere mihi neceſſarium fuit Belgicam ſufficienter intelligere et loqui linguam. Ad hanc vero adcuratius et perfectius addiſcendam nec brevior mea in Belgio commoratio, nec ipſum iter iaponicum ſufficere videbatur. Hinc, quod maxime optaveram, in Africes auſtralis Promontorio bonae ſpei, ſingularibus et raris inclyto plantarum generibus, per triennium verſari contigit, unde maritimo itinere, anno 1775 in Iavam atque inde eodem anno in Iaponiam ſum delatus.

Emporium Societatis commerciorum Hollandiae ſitum eſt in parva inſula, cui Dezima nomen, prope urbem Nagaſaki, in portu totius regni unico, quo naui cuiquam exoticae anchoram figere licet, in parte regni huius potentiſſimi maxime auſtrali. Inſula haec muro cingitur et portis gaudet duobus bene cuſtoditis, per quas nulli Europaeo ſine venia et cuſtodum turba, et quidem poſt duplicem viſitationem exactiſſimam, intrare aut exire permittitur, praeterquam quod Europaei ter aut quater per annum veniam Guberna-

bernatoris Iaponici urbem intrandi et templa adiacentia adeundi, ſed non ſine magno Iaponenſium comitatu, obtinere poſſunt. Hinc facile patet, Botanico quamvis avido, omnem theſauros Florae in campis colligendi libertatem eſſe ademtam. Taedio igitur et inquietudine captus ſtatim ab initio Officiariis et Interpretibus iaponicis, qui quotidie fere accedebant et in emporio, dum naves exonerarentur, remanebant, omni, qua fieri potuit ratione, me inſinuare ſtudebam. Variis donis et officiis ſponte praeſtitis, maxime vero pluribus curationibus medicis feliciter inſtitutis atque informatione in hac et aliis ſcientiis fideliter oblata, amorem ipſorum et fiduciam adquiſiui, ita vt Interpretes varia circa urbem Nagaſaki quaeſita et collecta vegetabilia ad inſulam accedentes aſportarent, atque Officiarii a Gubernatore urbis hanc mihi libertatem impetrarent, vt nonnullis ſtipatus ducibus et interpretibus per montes, urbem cingentes, botanicas inſtituere poſſem excurſiones. Laetus mihi admodum hic nuncius fuit, ſed qui paulo poſt in graviſſimum herbariae meae induſtriae interdictum commutabatur. Ratio haec fuit, quod natio iaponica in univerſum maximopere ſuſpicax novas Europaeis indulgere libertates non audet, ſed eas tantum, quas antea aliquando illis fuiſſe conceſſas diaria oſtendunt. His vero, mea petitione inſinuata, perlectis, inventum fuit, Chirurgo Hollandico paulo ante, deficientibus in Emporio medicamentis, datam fuiſſe poteſtatem in mon-

montibus, urbi Nagaſaki vicinis, inveſtigandi herbas uſibus medicis inſervituras. Gubernator igitur iam dictam mihi concedere libertatem non dubitabat, vt circa urbem plantas colligerem et cives de earundem uſu inſtituerem, quem ipſi adverſus morbos ingruentes poſſent experiri. Sed perlecto attentius diario, obſervatum fuit, Chirurgum ſupra memoratum inferioris fuiſſe ordinis, unde mihi, utpote Chirurgo ſupremo eadem libertas adimenda videbatur. Res tantilla apud Iaponenſes cautos maximi ſaepe eſt momenti. Animum tamen non deſpondebam, ſed veteri nixus proverbio, *pertinax ſolertia vincit,* Iaponenſes docere conabar, inter Chirurgum ſuperioris et inferioris ordinis nullam eſſe differentiam, ſuperiores Chirurgos antea fuiſſe inferiores, atque hos Chirurgo primario morienti fore ſucceſſores. Haec quidem et alia argumenta Iaponenſibus aperuerunt oculos, ſed tres tamen menſes praeteribant integri, antequam renovatam Gubernatoris veniam obtinerem, atque autumnus iam aderat adultus, antequam illa eo anni frui poſſem. Semina igitur potius, quam florentia vegetabilia iſto tempore conquiri potuerunt: illa vero diligenter collecta abeuntibus in Europam navibus transmiſi. Hoc anno, 1775, ad exeuntem usque autumnum unam aut plures quavis ſeptimana inſtituebam excurſiones, et ſequenti pariter anno per totam aeſtatem et aliquam autumni partem, vsque dum felicem hanc terram relicturus navem conſcendere cogerer.

rer. In his excurſionibus magna ex parte plantas in hac Flora deſcriptas collegi, quamuis ſumtuoſior mihi eueniret quaeuis excurſio, quam ab initio cogitaueram. Cibus enim et potus comitantibus Ducibus et Interpretibus ſuperioris et inferioris ordinis, atque eorum miniſtris, viginti usque triginta hominum qualibet vice numerum conſtituentibus, praebendus, 16 ad 18 conſtabat thaleris imperialibus, vt pauca vegetabilia et ſemina tanto exiſtimem comparata pretio, atque haec, quae in his collibus ceteroquin magno labore pluribusque incommodis colligebam. *Praeter* hanc occaſionem alia quoque vſus ſum, quae pluribus me ditabat plantis, quas non ſemper in excurſionibus meis inveniebam. Nullas gens iaponica ſues alit vel oves, et pauciſſimas vaccas et boves, quos tamen nunquam mactat, nec eorum carnibus veſcitur. Hollandis igitur, qui in hoc emporio verſantur, tales e Batavia pecudes, quas ſubinde mactent, ſecum aſportare neceſſum eſt. Ad haec animalia ſuſtentanda, plures conducuntur Iaponenſes, qui ter quotidie, tempore matutino, meridiano et veſpertino, ex herbidis circa urbem locis ſufficientem ad emporium conferant graminum, herbarumque copiam. Hos pabulorum acervos, antequam famelicis praedae forent animantibus, curioſis ſemper examinabam oculis, inque his interdum rara inueni vegetabilia.

Sub itinere ad aulam, a 4 Mart. ad 30 Iun. 1776, per quatuor circiter menſes, ſeu 118 dies

** inſti-

ſtituto, ipſe collegi ad vias, quidquid eo tempore florebat, atque per meos ſervos, per Interpretes et medicos, qui nos in diuerſoriis non raro viſebant, illud obtinui, quod longius a via colligebatur. Annus 1776 mihi et Florae dilectiſſimae maxime fauebat; iter enim ad aulam ſero ſuſceptum, ſolito diutius protrahebatur, ob adverſos in mari ventos 130 milliaribus propius ad littora confectis. Hinc ver praeteribat, aeſtas vero adventabat, vt in reditu plurimas inuenerim plantas eximie florentes.

Dum in Metropoli Iedo verſabar, ab 18 Maii ad 13 Iun. in diverſorio ſaepiſſime me adibant duo Medici *Kafragawa* FOSIU et *Nakagawa* SUNNAN, in Mineralogia, Zoologia, Botanica et Medicina haud parum verſati. Hi ſaepius varia attulerunt naturalia a me examinanda, quorum iaponica mihi indicarunt nomina, ego vero Illis latina et belgica reddebam.

Ante abitum e Iaponia naues, quamprimum merces aliqua ex parte ſunt illatae, ſemper milliari circiter ſpatio ab urbe Nagaſaki educi et iuxta Papenberg, inſulam non habitatam, anchoris teneri debent. Tum circumiacentes adire inſulas et oras integrum eſt, quamuis ad interiora penetrare non liceat, et ſic mihi viſere contigit Papenberg, Inſulam Piſcatorum dictam (Viſchers Eyland), minorem maioremque Koſido, aliaque littora.

SYSTE-

SYSTEMA

Secutus quidem fui in plurimis b. m. et o. Praeceptoris Archiatri LINNAEI; non tamen ſerviliter omnes adoptaui claſſes. ſed aliquot, vt non modo inutiles, verum etiam incertas et ſpurias ſeiunxi earumque plantas ad alias claſſes, ad quas, ipſa monſtrante via natura, pertinent, amandaui: Excluſi itaque claſſes *Gynandriae*, *Monoeciae*, *Dioeciae* et *Polygamiae*, plurium annorum experientia et ſedula vegetabilium contemplatione, de minori illarum neceſſitate conuictus. Rationes in ſequentibus explicatum ibo:

1. *Gynandrae* proprie dicuntur illae plantae, in quarum floribus filamenta piſtillo vel rectius ſtylo inſeruntur. In tota autem hac claſſe, adcuratius examinata, vix aliae, quam *Orchideae* gynandrae ſunt, ſi vel illae ita appellari mereantur, quae adeo piſtilli partes habent confuſas, vt de ſtylo et ſtigmate vix quidquam certi ſtatuendum. Nihil tamen impedit, quo minus haec familia, antheris duabus inſtructa, ad Diandriam referatur. *Ariſtolochia* quidem videtur vere eſſe gynandra, ſed commode poteſt et maiori iure debet Hexandriae adſcribi. *Gunnerae* filamenta duo ſunt germinis bidentati lateribus extra dentes, non ſtylo, inſerta; genus itaque hoc omni iure Diandriae adnumerandum. *Siſyrinchium* et *Ferraria*, quam utramque vivam perſaepe examinaui, tria filamenta connata gerunt in cylindrum, ſtylum

intra ſe includentia, a ſtylo vero omnino ſeparata, nec vel minimum cum illo coalita; ſic vt non vllum ſuperſit dubium, quin ad ceteras Triandriae Enſatas, vel ſi mavis, ad Monadelphiam, pertineant. In Supplemeuto Syſtematis itaque recte obſervat Dn. Prof. LINNE', quod filamenta in Ferraria pavonia ſtylum vaginent. *Salacia* et *Stilago* ipſi germini vel filamenta ſua, vel antheras ſeſſiles inſerunt, quae quidem ratio etiam eſt *Nepenthis*. In *Ayenia* filamenta inſident nectarii margini et in *Gluta* atque *Paſſiflora* rectius filamenta dicenda infixa nectario ſingulari, quam quidem piſtillo. In *Kleinhovia* ſtamina ſunt intra nectarium. Iu *Piſtia* et *Zoſtera* floreſcentia adeo parum eſt Gynandra, ut filamenta ſpatio quodam removeantur a piſtillo in flore ſtructurae ſingularis vel nudo. *Grewia* et *Xylopia*, in quibus ſtamina baſi germinis inſerta, adeo genuinae Polyandriſtae ſunt, vt mirum ſane ſit, quod ex illa claſſe ſeparatae fuerint. Eadem et iuſta quidem eſt obſeruatio Dn. Prof. LINNE' in Supplemento Syſtematis, vbi dicitur, melius collocari Grewiae genus in Polyandria. Piperitarum genera, *Arum, Dracontium, Calla*, cetera, ſtamina in receptaculo elongato vel ſeparata gerunt a ſtigmatibus, vel illis immixta, nunquam tamen iis inſidentia. In vtroque hoc caſu certus ſtaminum numerus ſingulo flori minime poteſt adſignari, ſed plurima ſunt et ſparſa. Rectius itaque haec referri poſſent ad Monoeciam, rectiſſime vero referuntur ad Polyandriam, easdem

dem ob rationes, ac *Annona*, *Michelia*, *Gnetum* et *Magnolia*.

II. Monoeciae et Dioeciae claſſes lubenter voluiſſem retinere, vel ſeparatas, vel ſub nomine Dicliniae in vnam contractas, ni naturae ipſi repugnaſſet et plurimae adhuc in examinandis vegetabilibus difficultates id ipſum impediviſſent. *Cynomorium*, *Rhodiola*, *Myriophyllum* verticillatum, *Coriaria*, *Meniſpermum* ſaepe habent flores hermaphroditos, adeoque ſecundum receptam LINNAEO methodum, ad Polygamiam debuiſſent referri. E *Callitrichis* duabus ſpeciebus altera eſt monoica, altera vero hermaphrodita. Sic etiam comparatum eſt cum *Ruſco* racemoſo, qui floribus hermaphroditis inſtruitur. *Urtica* occurrit et monoica et dioica. *Populus* flores quidem gerit ſaepius dioicos, vidi tamen etiam monoicos. Sic in *Cliffortiis* non raro flores dioicos inveni et ſimul ſaepe monoicos. Dioicas inter *Salicum* ſpecies, vna eſt et altera, quae floribus gaudet hermaphroditis. *Mercuriales* inter ambigua monoica eſt. Saepiſſime in hortis noſtris *Spinacia* oleracea dioica occurrit, ſaepe tamen et monoicam et hermaphroditam vidi. *Clutia* pulchella ſaepe dioica, non tamen raro etiam monoica. In ſolo natali *Rhodiola* communiter dioica reperitur; femina quoque vltra decem luſtra in Horto Academico Upſalienſi plantata perſtitit ſola absque mare, qui iam ibi introductus quotannis flores profert hermaphroditos.

ditos. Ex hiſce allatis ſatis patet, variare admodum flores monoicos et dioicos, nec ſemper eſſe conſtantes, praeter quod in multis floribus maſculinis etiam rudimentum adſit piſtilli, ut in *Euclea*, *Hydrocharide*, *Iatropha*, aliis. Si igitur hae claſſes retinentur, plurimum oboritur confuſionis, nec unquam quid certi erit in illis examinandis plantis, quae vel ſimul flores hermaphroditos quandoque obtinent, id eſt, quae polygamae ſunt, vel quae variant a ſolo et climate floribus dioicis et androgynis. Nulla e contrario erit difficultas ad claſſes hermaphroditicas amandandi plantam flore maſculino et ad ordinem eandem ſpeciem flore feminino, ſiue praeterea ſit monoica, vel dioica, vel etiam polygama.

III. Polygamiae claſſis, ſi vel praecedentes duae retineri poſſent, omnino abrogari debet, vtpote quae maxime inutilis et quae maximam in examinandis plantis cauſſat confuſionem. Multae ſunt plantae, etiam ad hanc claſſem non relatae, quibus flores polygami, vt *Umbellatis* fere omnibus, *Syngeneſiae* maximae parti et variis aliis, vt generibus *Rhamni*, *Dioſmae*, *Ilicis*, *Aeſculi*, *Lauri*, *Mammeae*, *Calophylli*, *Rhois*, *Royenae*, ceteris. In plantis ad hanc claſſem reducendis neceſſe eſt, vt adſit flos hermaphroditus: hoc itaque invento, facile eſt plantam ad aliam claſſem, ſecundum ſtaminum numerum referre. Si flos maſculus vel femineus ſeparatim inueniatur, adhuc ignoramus, num plan-

ta

ta haec ad Monoeciam, Dioeciam vel Polygamiam pertineat: alter ſexus neceſſario quaerendus, ſique hic inuenitur in eadem planta, Monoeciam eſſe credimus; ſi vero in diſtincta planta, Dioicam auguramur; ante tamen, quam certi eſſe poſſumus, per totum orbem inquirendum, numne etiam dentur hermaphroditi flores, qui ad Polygamiam referri plantam iubent. Haec difficultas occurrit quoque circa omnium vegetabilium examen accurate inſtituendum. Dum enim plantam hermaphroditam cuiuscunque claſſis iuuenerim, ſecuro ad primas ſyſtematis claſſes, ſecundum numerum filamentorum, illam reducere non audeo, metuens, ne alibi creſcens eadem planta, floribus vel monoicis vel dioicis praedita ſit. Methodus igitur examinandi longe ſecurior et facilior redditur cum abolitione huius claſſis. Namque ſi hermaphrodita planta ſtatim occurrit, ſecundum pluralitatem ſtaminum ad illam claſſem ferri poteſt, cui plantae aliae eiusdem ſtaminum numeri adnumerantur. Si planta maſculina occurrit, e numero filamentorum mox claſſis determinatur, vtque indagetur ordo, alter tantum indagandus erit ſexus. Attentiori oculo ſi plentas polygamas perluſtramus, inveniemus perſaepe, illos flores, qui alterutrius tantum eſſe ſexus dicti fuerint, non adeo omnino deſtitui genitalibus vel maſculinis vel femininis, vt vulgo creditur. Saepe enim adeſt rudimentum ſtaminum et fere ſemper rudimentum piſtilli, e. g. in *Muſa*, quae revera hex-

andra eſt, filamenta antherifera ſemper ſex cum piſtillo adſunt, licet quinque antherae ſteriles fuerint. In *Valantia*, *Veratro*, *Acere*, *Dioſpyro*, *Gouania*, *Begonia*, *Fraxino*, *Piſonia* ſemper adſunt piſtilla, quorum quaedam abortiunt, ut in *Pruno* ceraſo quandoque et plurimis aliis. In *Anthoſpermi* indiuiduis, ultra mille examini ſubiectis, nunquam flores hermaphroditos, ſed ſemper dioicos reperi.

Male ergo in quatuor hiſce claſſibus ſuperfluis ſeparatae fuerunt *Centella*, *Solandra* et *Mercurialis* afra ab Hydrocotyle, *Hermas* a Bupleuro, *Panax* et *Arctopus* ab umbeliatis, *Atriplex* a Chenopodio, *Gramina* a Triandris, *Veratrum* a Melanthio, et quae ſunt reliqua.

Palmas ſuis claſſibus inſerui, e quibus tam in Syſtemate, etiam ultima editione, quam in Supplemento Linnaeano, neſcio cur, ad hunc usque diem excluſae fuerunt.

LOCVS CRESCENDI.

Loca, ubi creſcunt plantae iaponicae, citavi ea, ubi Ego inueni vel accepi illas, licet et alibi in vaſto hoc regno eaedem plantae vigere poſſint. Loca haec indicaui, vt alii plantas haſce commodius inveniant, et quidem lingua vernacula vel eo nomine, quo ab Hollandis ibi hoſpitantibus communiter appellantur.

FLO-

FLORENDI TEMPVS.

Florendi tempus indicavi, id ſcilicet, quo Ego florentes herbas inveni, licet et aliis menſibus florere poſſint. *Fructus* maturationem etiam obſeruaui, dum licuit.

SYNONYMA

Auctorum omnia enumeranda euitaui, ne librum, operam pretiumque inutiliter nimis adaugerem; ſed citaui tantum Species Plantarum Linnaei et paucos alios libros, vbi cetera ſynonyma enumerata videri poſſunt.

AVCTORES, QVI DE PLANTIS IAPONICIS SCRIPSERVNT:

Tjimenſi Herbarium, 20 volum. 8. cum Deſcriptionibus etIconibus rudibus,impreſſum in Iaponia. Singulum Volumen circiter quartam partem pollicis aequat etiam vires medicas plantarum enumerat.

Sooqua Ienſo Herbarium, 3 Volum. 4. cum figuris rudibus, impreſſum, in Iaponia.

Morokuſi Kimooſi Herbarium, 15 circiter Vol. in 4. figuris parvis et miſeris. Agit de Plantis, oeconomicis variis rebus, mammalibus, avibus, piſcibus, amphibiis, inſectis et vermibus, et figuras rudes adiunctas cuiuslibet animalis habet.

Primum impreſſum eſt in China, deinde in Iaponia aliquatenus nitidius recuſum. Continet itaque non proprie deſcriptiones plantarum regni iaponici, ſed utriusque regni, chinenſis et niponici ſimul.

Foko no Iamma Kuſa, ſiue Foko Herbarium, volumen unicum, digitum craſſum, 8. impreſſum litteris iaponicis, cum figuris admodum pulcris et bene exſculptis.

MENTZELII Chriſtj. Flora Iaponica, Tom. 2, manuſcript. in Bibliotheca Berolinenſi, plantis coloribus vivis pictis.

ERNDELII Chriſtj. Hendr. Epiſtola de Flora iaponica. Dreſd. 1716. 4. in Bibliotheca Berolinenſi.

KAEMPFERVS Engelbertus, Weſtphalia-Germanus, Medicin. Doctor et Archiater, anno 1690 iter in Iaponiam inſtituit duosque ibi annos commoratus fuit. Anno 1692, Iaponia relicta, Europam petiit poſtque aliquot annorum labores *Faſciculos* ſuos *quinque Amoenitatum Exoticarum* Lemgoviae 1712, 4. impreſſos publici iuris fecit. Quintus horum continet tantum deſcriptiones et figuras plus vel minus prolixas, ut plurimum tamen abbreviatas plantarum iaponicarum. Praeterea dedit deſcriptiones vagas plantarum quarundam uſualium in Hiſtoria ſua regni iaponici.

EGO

EGO Iaponiam ſalutaui 1775, menſe Auguſto, et anno 1776 menſe Novembri iterum reliqui. Sub commoratione ſedecim menſium herbarum ſpecies circiter mille collegi, quas inter 22 nova occurrunt genera, 316 novae ſpecies determinatae, atque ultra centum adeo incompletae floribus et fructibus, vt neque explicari, neque in ordinem ſyſtematicum referri potuerint. Ex hiſce plantis Iaponia multas alit communes cum Europa, America et India orientali, praecipue boreali et adiacentibus vaſtiſſimi imperii chinenſis regionibus.

NOMINA.

Botanica. Retinui nomina Linnaeana earum plantarum, quae antea fuerunt cognitae. Novis plantis propria dedi nomina, tam generica, quam trivialia, et quidem brevia, quantum fieri potuit, cum polyſyllabica ſemper odioſa ſint.

Iaponica. Primum nomen indigenum plerumque a Sinenſibus mutuatum eſt, quod quidem nomen in omnibus eorum libris occurrit atque a doctis vſurpatur; illa vero nomina, quibus *vulgo* praecedit, ſunt indigena et vere iaponica, maximeque etiam a viliori plebe uſitata, quae tamen varie a variis pronunciantur et variam habent ſignificationem.

Muta-

Mutatur ſaepe l in r, k in g, h in f, h in m, f in b, w in b et vice verſa, ut Gaki et Kaki, Gi et Ki, Giri et Kiri, Ginſo et Kinſo, Gin Ran et Kin Ran, Gikf et Kikf, Gaſſiwa et Kaſjuwa, Guſa et Kuſa, Nadſuna et Naſſuna, Fudſi et Fuſji, Hatſis et Fatſis.

Nomina iaponica *herbarum* ſaepe terminant in *So*, quod *So*, ſignificat plantam herbaceam, vt: Binkeſo, Buki So, Daikon So, Fakona So, Fanke So, Hawa So, Iabo So, Ienko So, Kago So, Kaku So, Renge So, Sagi So.

Multarum nomina exeunt in *Kuſa*, item contracte *Kſa* et *Kſo*, ſeu mutato k in g, *Guſa*, quod ſignificat herbam, vt: Daikuſa, Fakkona Kſa, Feitori Kſa, Fooki guſa, Fſitſi Kuſa, Iabure Kuſa, Itſigo Guſa, Keiſon Kuſa, Kuſagi, Kuſapania, Kuſa Sotets, Niwa guſa, Todai kuſa.

Nomina iaponica *Arborum* et *Arbuſtorum* ſaepe exeunt in *no Ki*, quod *Ki*, ſignificat *arborem* et *no* eſt particula coniunctionis *et*, vt: Faſi no Ki, Fjun no Ki, Iendſu no Ki, Ie no Ki, Kas no Ki, Ki buke, Ki itſigo, Kojas no Ki, Momiſi no Ki, Motji no Ki, Mots no Ki, Muk no Ki, Tamu no Ki, Tara no Ki, Urus no Ki, Watta no Ki.

Alia terminant in *Kadſura* vel *Kadſira*, quod denotat plantam *ſcandentem*, *volubilem* vel *repentem*,

tem, vt: Awu Kadſira, Fagi Kadſura, Fas no Kadſura, Feifuri Kadſura, Fekuri Kadſura, Fekuſo Kadſura, Fotus Kadſura, Futo Kadſura, Indſin Kadſira, Kaadſi Kadſura, Kago Kadſura, Karami Kadſura, Kadſu Kadſura, Kutſi Kadſura, Nodſen Kadſura, Oreni Kadſura, Sane Kadſura, Sui Kadſura, Teika Kadſura.

Quaedam terminantur vel incipiunt a *Fanna*, ſiue mutato F in B, *Banna*, quod ſignificat *florem* vel *florem elegantem et ſpecioſum*, ut: Ajetats banna, Benino fanna, Din no fanna, Fanna daka, Fanna janagi, Fanna ikada, Fanna Momiſi, Fanna ſkimmi, Fanna tſiſa, Igi no fanna, Kake banna, Karatats banna, Kiko no fanna, Muraſakki no fanna, Neko fanna, Sibito banna, Sjiro banna, Tengai fanna.

In *Mame* terminant plantae *leguminoſae*: vt: Adſi mame, Faſjò mame, Iabu mame, Kaadſi mame, Kuro mame, Mame bos, Mametſta, Nankin mame, Kora mame, Sora mame, Torok mame.

Iamma ſignificat ſpontaneam vel *ſylveſtrem*, plantam et plurimis nominibus praeponitur, ut: Iamma Boſu, Iamma buki, Iamma futs, Iamma gobo, Iamma fototogis, Iammo imo, Iamma iuri, Iamma Kaki, Iamma Kikjo, Iamma Konjakf, Iamma mioga, Iamma momu, Iamma Ninſin, Iamma Simira, Iamma tſubaki, Iamma utſugi.

Inu

Inu et *Iri* etiam plantam *ſponte creſcentem*, non tamen ſylveſtrem, denotat, vt: Inu ſagi, Inu itabu, Inu maki, Inu Naſſuna, Inu ſanſjo, Inu tade, Inu ſeri.

Kara et *Karas*, item *Too* e china *exoticam* plantam indigitat, vt: Kara imo, Kara Kuſa, Kara maats, Kara momu, Kara tade, Karas na, Karas muggi, Karas no ninſin, Karaſu no Seni, Karaſu no oogi, Too Kibi, Too tſiſa, Too garas, Too giri, Too Kaki, Too Sugi.

Provinciae, in quibus quaedam ſponte creſcunt, ſua plantis nomina interdum communicant, vt: Nippon utſugi, Nippon Giri, Korei gikf, Korei giri, Korei iuri, Nankin Mame, Nankin Sugi, Satſuma Satſuki, Iedogawa Satſuki, Iedogawa tſutſutſi.

Sato pagum ſignificat et plantae, cuius nomini praefigitur, cultae ſunt, vt: Sato Dake, Sato imo, Sato momu.

In *Sugi* terminant ſaepe *ſempervirentes* arbores et frutices foliis aceroſis, vt: Fayo Sugi, Too Sugi.

Ianagi ſalicis ſpeciebus vel aliis plantis foliis ſalicinis praeditis poſtponitur, ut: Byo Ianagi, Fako janagi, Kuro janagi, Sidare janagi.

Momi-

Momiſi Aceris generi proprium nomen indigenum eſt, vt Iannaſi Momiſi, Momiſi no Ki.

Ran Orchidearum familiae additur, vt: Fan pen ran, Gin ran, Ienbi ran, Kin ran, Sin ran.

Iuri Liliaceis additur fere ſemper, vt: Skakabure iuri, Korei iuri, Oni iuri, Tametomo iuri, Saſa iuri, Siro iuri.

Uri in fine addito dignoſcuntur *Cucurbitaceae*, vt: Iuri uri, Sjiro uri, Kamo uri, Kara uri, Tamatsaguri, Tſke uri.

Itſigo, Itſingo et *Itjigo Rubi* e genere plantas ſignificat, vt: Faſſo itſingo, Hebi itſigo, Kutsnawa itſigo, Kwanſo itſigo, Tſuru itſigo, Umbra itſigo.

In *Maats* ſaepius terminant *Pini*, *Iuniperi* et ſimiles foliis aceroſis, vt: Fuſji, Maats, Akamaats, Gojo maats, Gojo no Maats, Iwa maats.

In *Giri* et *Kiri* exeunt nomina *maximarum* quarundam *arborum*, Iaponiae plerumque propriarum, vt: Ao giri, Fi giri, Nipon giri, Oto giri, Too giri, Riukw giri.

Fon vocatur id, quod verum et *genuinum* reſpicitur, vt: Fon utſugi, Fon kuroggi.

Tſiſa

Tſiſa vel *Tſta* contracte, ſaepiſſime *Oleraceae* plantae dicuntur et illae, quae inter olera in hortis creſcunt, vt Fotogi tſta, Fuiutstſta, Too tſiſa.

Ko indicat paruam et *puſillam* plantam et nomini eius anteponitur, vt: Ko Awoi, Ko Fuſi, Ko Gikf, Ko giri, Ko gomi, Ko Kibi, Ko Muggi, Ko utſugi.

Kuro id dicitur, quod *nigrum* eſt, e. g. arbor ligno nigro, planta ſemine nigro, dum *Sjiro* et *Siro album* ſignificat, vt: Kuro Ganni, Kuro gi, Kuro ianagi, Kuro Kaki, Kuro Mame, Kuro Saſagi, Sjiro Kwai, Sjiro Saſagi, Sjiro tadſi banna, Siro iuri, Siro gomi.

Oni Diaboli nomen eſt, quod plantis ſingularibus addi ſolet, vt: Oni Aſami, Oni Fari, Oni iuri, Oni motſi, Oni no fari.

Iſi lapis nomen, plantis lapidibus increſcentibus praeponi ſolet, vt: Iſi mame, Iſi momu, Iſi mikawa.

USUM

Plantarum ut indagarem, quantum fieri potuit, omnem navaui operam, et breviter commemoraui, ea quidem ſpe, vt, ſi non omnia inſularum harum diſſitarum vegetabilia, tamen non-

nulla aliquando in uſum Europaeorum cedant. Vſus hic eſt medicus vel oeconomicus; et oeconomice plantae vel edules, vel tinctoriae ſunt, vel aliis quibusuis in circumſtantiis nobis utiles.

Medico vſui inſeruiunt Roſmarinus officinalis, Vrtica niuea, Fagara, Ipomoea triloba, Nicotiana tabacum, Sium ninſi, Lycium barbarum, Chenopodium ſcoparia, Acorus calamus, Conuallaria iaponica, Smilax china, Polygonum multiflorum, Laurus camphora, Thea bohea, Arum dracontium et dracunculus, Dracontium polyphyllum, Illicium aniſatum, Ocymum criſpum, Bignonia catalpa, Seſamum orientale, Clerodendrum trichotomum, Taxus nucifera, Citrus trifolia, Artemiſia vulgaris, Trichoſanthes cucumerina, Polypodium dichotomum.

Edules ſunt Ficus pumila, Scirpus articulatus, Holcus ſorghum, Panicum verticillatum, Cynoſurus coracanus, Avena ſatiua, Hordeum vulgare, Triticum aeſtiuum et hybernum, Trapa natans, Conuoluulus edulis, Solanum aethiopicum et tuberoſum, Hovenia dulcis, Vitis viniſera, Beta vulgaris, Daucus carota, Allia varia, Oryza ſativa, Zea mays, Aſparagus officinalis, Dioſcoreae, Lilium bulbiferum, Dioſpyros Kaki, Polygonum fagopyrum, Quercus cuſpidata, Fagus caſtanea, Cactus ficus, Puni-

nica granatum, Amygdalus perſica et nana; Prunus armeniaca, ceraſus, aſpera et domeſtica; Meſpilus iaponica; Pyrus communis, baccata, iaponica et cydonia; Rubus trifidus et palmatus, Nymphaea nelumbo, Arum eſculentum, Cycas revoluta, Sagittaria ſagittata, Seſamum orientale, Braſſica rapa, Raphanus ſatiuus, Phaſeolus vulgaris et radiatus, Dolichos polyſtachyos et Soja, Piſum ſatiuum, Vicia faba; Citrus iaponica, aurantium et decumana; Lactuca ſatiua, Cichorium, Cucurbita pepo; Cucumis melo, ſatiuus, flexuoſus et conomon; Pteris aquilina, Agaricus campeſtris et alii, Fucus ſaccharinus, Lycoperdon tuber.

Tinctoriae ſunt Betula alnus, Rubia cordata, Lithoſpermum arvenſe, Gardenia florida, Baſella rubra, Eurya iaponica, Commelina communis, Polygona varia, Thea bohea, Ocymum criſpum, Carthamus tinctorius, Impatiens balſamina.

Condimenta ſunt Oſyris iaponica, Arundo bambos, Fagara piperita, Menyanthes nymphoides, Capſicum annuum, Anethum foeniculum, Pimpinella aniſum, Apium petroſelinum, Illicium aniſatum, Sinapis cernua.

Pro ſepibus viuis: Lycium iaponicum et barbarum, Citrus trifolia, Gardenia florida.

Pro

Pro domibus viuis: Dolichos polyſtachyos, Syringa ſuſpenſa.

Pro pectinibus: Buxus virens.

Pro carbonibus: Pinus ſylveſtris et plures arbores.

Pro charta conficienda: Morus papyrifera et alba, Arundo bambos.

Ligna artificum praecipua: Arundo bambos, Laurus camphorifera, Pinus ſylveſtris, Cupreſſus iaponica, Taxus macrophylla.

Pro candelis: Rhus vernix et ſuccedanea, Laurus camphora et glauca, Melia azedarach.

Pro lucernis: Braſſica orientalis, Dryandra cordata.

Pro funibus variis: Vrticae variae, Cannabis ſativa.

Pro laevigandis lignis: Deutzia ſcabra, Prunus aſpera, Artemiſia vulgaris, Gnaphalium arenarium, Salix alba.

Pro fomite: Artemiſia vulgaris.

Pro Atramento ſigillatorio: Ricinus communis.

Pro inſignibus: Bignonia tomentoſa, Malva mauritiana.

Pro chronometro: Illicium aniſatum.

Pro Idolis: Nymphaea nelumbo, Illicium aniſatum, Ocymum inflexum.

Pro tabaco: Nicotiana tabacum, Gnaphalium arenarium.

Pro Theae potu: Thea bohea, Camellia ſaſanqua.

Pro lavacro capillorum: Uvaria iaponica, Camellia ſaſanqua.

Pro mucilagine: Uvaria iaponica, Hibiſcus manihot.

Lintea conficiuntur e Goſſypio herbaceo, Moro papyriſera;

Bacilli ex Arundine bambos;

Lagenae e Cucurbita lagenaria.

In ceremoniis inſeruit Fucus ſaccharinus;

Pro Fuco: Mirabilis ialappa, Carthamus tinctorius.

Pro vernice: Rhus vernix et ſuccedanea.

Pro ſcopis: Chamaerops excelſa.

Pro tapetibus pauimentorum, parietum et tectorum: Iuncus effuſus, Oryza ſativa, Morus papyrifera et alba.

Pro penicillis ſcriptoriis Arundinum culmi.

Pro penicillis ad purificandos dentes: Lindera umbellata, Salices, Evonymus tobira.

Pro Amoribus prouocandis: Celaſtrus alatus.

CVL-

CULTAE

Ob flores elegantes et ſpecioſos, ob ſuauem odorem, ob uſum oeconomicum vel alias cauſſas variae ſunt, ut: Nyctanthes ſambac, Syringa ſuſpenſa, Roſmarinus officinalis, Orchides, Limodora, Epidendra varia, Irides et Moreae, Triticum, Hordeum, Ilex iaponica, Primula cortuſoides, Celaſtrus alatus, Convoluulus iaponicus et edulis Ipomoea triloba, Azalea indica, Solanum aethiopicum, Capſicum annuum et groſſum, Lycium iaponicum, Bladhia iaponica, Celoſia argentea et criſtata, Cariſſa ſpinarum, Gardenia florida et radicans, Vinca roſea, Nerium oleander, Gomphraena globoſa, Rhus vernix, Viburna varia, Lilia omnia, Hemerocallis omnis, Nandina domeſtica, Aceres plures, Sedum anacampſeros et ſpinoſum, Lychnis coronata, Euphorbia canarienſis, Eurya iaponica, Rhododendrum maximum, Cactus ficus, Punica granatum, Amygdalus perſica et nana, Prunus varii, Meſpilus iaponica, Pyri omnes, Spiraeae plures, Roſae plures, Papaver ſomniferum et rhoeas, Corchorus iaponicus, Cycas reuoluta, Magnolia glauca, Arum eſculentum, Caltha paluſtris, Melittis meliſſophyllum, Seſamum orientale, Volkameria iaponica, Braſſica orientalis et rapa, Sinapis cernua, Raphanus ſativus, Cupreſſus iaponica, Thuia dolabrata, Alcea roſea, Croton acutum, Malva mauritiana, Goſſypium herbaceum, Hibiſcus ſyriacus, Camellia iaponica, Pinus ſylveſtris, Phaſeolus vulgaris et radiatus, Dolichos ſoia et polyſtachyos, Piſum ſativum, Vicia

ſaba, Trifolium lupinaſter, Citrus omnis, Hypericum patulum et monogynum, Lactuca ſativa, Cichorium geminum, Carthamus tinctorius, Inula helenium, Tagetes patula, Chryſanthemum indicum, Calendula officinalis, Cucurbita lagenaria, pepo, verrucoſa et citrullus, Cucumis melo, ſativus, flexuoſus et conomon, Impatiens balſamina, Acroſtichum lingua et haſtatum.

Donec ſeuerae Iaponenſium leges mutantur; donec Nationis ſupra modum iuſtae et implacabilis extraneos tractandi modi mitigantur; donec facilior et liberior in regnum ſubſolare hoſpitibus conceditur aditus; donec in plures Imperii provincias penetrandi occaſio datur Botanico feliciori et donec, hodiernis ſublatis captiuitate et difficultatibus, plura collecta vegetabilia iaponica nota reddit alius, hiſce, B. L. utere mecum. Dabam e Muſeo, Vpſaliae d. I. Auguſti, 1773.

FLORU-

FLORVLA IAPONICA.

I. MONANDRIA.

MONOGYNIA.

Canna indica.
Amomum mioga.

DIGYNIA.

Callitriche verna.

II. DIANDRIA.

MONOGYNIA.

Nyctanthes ſambac.
Liguſtrum vulgare.
japonicum.
Olea *fragrans*.
Syringa *ſuſpenſa*.
Veronica virginica.
anagallis.
chamaedrys.
arvenſis.
Iuſticia *japonica*.
Dianthera *japonica*.
Verbena officinalis.
Rosmarinus officinalis.
Saluia *japonica*.
Fraxinus excelſa.
Globba *japonica*.
Lemna minor.
Salix *japonica*.
integra.
alba.
Orchis ſuſannae.
japonica.
falcata.
Ophrys *neruoſa*.
Serapias *erecta*.
longifolia.
falcata.
Limodorum *ſtriatum*.
enſatum.
Cypripedium *japonicum*.
calceolus.
Epidendrum monile.
teres.

III. TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

Oſyris *japonica*.
Valeriana officinalis.
villoſa.
Ficus carica.
pumila α. β.
Iris ſqualens.
ſibirica.
verſicolor.
graminea.
Moraea chinenſis.
Commelina communis.
Kyllinga *monocephala*.
triceps.

Cyperus rotundus.
iria.
ſtrigoſus.
Scirpus articulatus.
lacuſtris.
miliaceus.
Zea mays.
Coix lacryma.
Carex vulpina.
remota.
brunnea.
triſtachya.
japonica.
caeſpitoſa.
pumila.

DIGYNIA.

Andropogon caricoſum.
crinitum.
ciliatum.
ſerratum.
cotuliferum.
Holcus ſorghum.
Saccharum ſpicatum.
officinarum.
polydactylon α. β.
Phalaris arundinacea. β.
oryzoides.
hiſpida.
Paſpalum diſſectum.
villoſum.
Panicum verticillatum α. β.
hirtellum.
corui.
hordeiforme. γ.
filiforme.
groſſarium.
Alopecurus geniculatus.
Milium *globoſum.*
Agroſtis *ciliata.*
Poa *hirta.*
triuialis.
ferruginea.
barbata.
japonica.
Cynoſurus coracanus.
indicus.
Feſtuca *pauciflora.*
miſera.
Bromus *japonicus.*
bifidus.
Auena fatua.
ſatiua.
Arundo bambos.
phragmites.
Lolium temulentum.
Hordeum vulgare.
Triticum aeſtiuum.
hybernum.

TRIGYNIA.

Phyllanthus niruri.
Mollugo ſtricta.
Amaranthus tricolor.
Blitum.

IV. TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

Scabioſa maritima.
Galium vliginoſum.
verum.

Galium verum.
rotundum.
Rubia cordata.
Callicarpa *japonica.*
Plantago maior.
Orixa *japonica.*
Skimmia *japonica.*
Epimedium alpinum.
Cornus ſanguinea.
alba.
Viſcum album.
opuntia.
Fagara piperita.
Aukuba *japonica.*
Trapa natans.
Nigrina *ſpicata.*
Elaeagnus *criſpa.*
multiflora.
umbellata.
glabra.
macrophylla.
pungens.
Gonocarpus *micranthus.*
Vrtica dioica.
macrophylla.
ſpicata.
japonica.
villoſa.
fruteſcens.
niuea.

DIGYNIA.

Morus alba.
nigra.
papyrifera.
indica.
Betula alba.
alnus.
Myrica *nagi.*
Cuſcuta europaea.

TRIGYNIA.

Buxus virens.

TETRAGYNIA.

Ilex *integra.*
rotunda.
crenata.
emarginata.
ſerrata.
Aquifolium.
japonica.
latifolia.
Sagina procumbens.

V. PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

Myoſotis apula.
Lithoſpermum aruenſe.
Cynogloſſum *japonicum.*
Primula cortuſoides.
Menyanthes nymphoides.
Lyſimachia ephemerum.
japonica.
Anagallis arvenſis.
Doraena *japonica.*
Azalea indica.
Conuoluulus *edulis.*
trineruis.
japonicus.
ſoldanella.
Ipomoea triloba.

Pole-

Polemonium coeruleum.
Campanula *triphylla.*
tetraphylla.
glauca.
trachelium.
marginata.
Lonicera nigra.
japonica.
Weigela *japonica.*
Mirabilis jalappa.
Datura ſtramonium.
Nicotiana tabacum.
Phyſalis angulata.
Solanum aethiopicum.
nigrum.
tuberoſum.
lyratum.
Capſicum annuum.
groſſum.
Lycium *japonicum.*
barbarum.
Rhamnus zizyphus.
Ceanothus aſiaticus.
Bladhia *japonica.*
villoſa.
criſpa.
Celaſtrus *orbiculatus.*
punctatus.
ſtriatus.
alatus.
Euonymus tobira.
japonicus.
europaeus.
Hovenia dulcis.
Ribes cynosbati.
Hedera helix.
Vitis indica.
viniſera.
labruſca.
heterophylla.
japonica.
pentaphylla.
Achyranthes aſpera.
Celoſia argentea.
criſtata.
Paederia foetida.
Cariſſa ſpinarum.
Gardenia florida.
radicans.
Vinca roſea.
Nerium oleander.
diuaricatum.
Tabernaemontana elliptica.

DIGYNIA.

Pergularia *japonica.*
Chenopodium album.
viride.
ambroſioides.
ſcoparia.
Beta vulgaris.
Humulus lupulus.
Cannabis ſatiua.
Gomphraena globoſa.
Celtis orientalis.
Bumalda *trifolia.*
Swertia rotata.
Gentiana aquatica.

Hy-

Hydrocotyle vulgaris.
aſiatica.
Sanicula canadenſis.
Daucus carota.
gingidium.
Peucedanum *japonicum.*
Sium ſiſarum.
ninſi.
japonicum.
decumbens.
Siſon canadenſe.
Chaerophyllum *ariſtatum.*
ſcabrum.
Anethum foeniculum.
Pimpinella aniſum.
Apium petroſelinum.
TRIGYNIA.
Rhus iauanica.
vernix.
ſuccedanea.
Viburnum dentatum.
tomentoſum.
virens.
ſerratum.
eroſum.
hirtum.
dilatatum.
macrophyllum.
cuſpidatum.
Sambucus *japonica.*
canadenſis.
nigra.
Tamarix gallica.
Alſine media.
Baſella rubra.
PENTAGYNIA.
Aralia *cordata.*
pentaphylla.
japonica.
Statice limonium.

VI. HEXANDRIA.
MONOGYNIA.
Muſa paradiſiaca.
Chamaerops *excelſa α. β.*
Pontederia vaginalis.
Narciſſus tazetta.
Crinum latifolium.
Amaryllis ſarnienſis.
Allium arenarium.
ſeneſcens.
odorum.
cepa.
fiſtuloſum.
Lilium candidum.
japonicum.
pomponium.
bulbiferum.
ſuperbum.
canadenſe.
philadelphicum.
Vuularia ſeſſilis.
cirrhoſa.
hirta.
Hypoxis *ſpicata.*
Ornithogalum *japonicum.*
Scilla *japonica.*
bifolia.

An-

Anthericum *japonicum.*
Pollia *japonica.*
Aſparagus officinalis.
falcatus.
Conuallaria *japonica.*
ſpicata.
polygonatum.
multiflora.
Hemerocallis fulua.
japonica.
cordata.
Ariſtolochia longa.
Calamus aromaticus.
Orontium *japonicum.*
Iuncus glomeratus.
effuſus.
piloſus.
campeſtris.
Lindera *umbellata.*
Berberis vulgaris.
cretica.
Nandina *domeſtica.*

DIGYNIA.

Oryza ſatiua.

TRIGYNIA.

Rumex criſpus.
perſicarioides.
Ragania *quinata.*
hexaphylla.
Dioſcorea *ſeptemloba.*
quinqueboba.
japonica.
ſatiua.
oppoſita.

Smilax china.
pſeudochina.
Melanthium luteum.

POLYGYNIA.

Aliſma flaua.
cordata.

VII. HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

Aeſculus pauia.

TETRAGYNIA.

Saururus cernuus.

VIII. OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

Oenothera paruiflora.
Vaccinium *hirtum.*
bracteatum.
ciliatum.
Dioſpyros *kaki.*
Daphne odora.

DIGYNIA.

Corylus auellana.
Acer *diſſectum.*
japonicum.
palmatum.
ſeptemlobum.
pictum.
trifidum.

TRIGYNIA.

Polygonum Biſtorta
filiforme.
barbatum.
orientale.

aui-

auiculare.
chinenſe.
ſagittatum.
ariſolium.
perfoliatum.
fagopyrum.
conuoluulus.
multiflorum.
Paullinia *japonica.*
TETRAGYNIA.
Paris quadrifolia.

IX. ENNEANDRIA.
MONOGYNIA.
Laurus camphora.
glauca.
indica.
pedunculata.
lucida.
umbellata.
Quercus *glabra.*
acuta.
glauca.
cuſpidata.
ſerrata.
dentata.

X. DECANDRIA.
MONOGYNIA.
Sophora japonica.
heptaphylla.
Cercis ſiliquaſtrum.
Caeſalpinia criſpa.
Celſia tora.
procumbens.
Ruta graueolens.
Melia azedarach.
Iuſſieuia erecta.
Rhododendrum maximum.
Andromeda *japonica.*
DIGYNIA.
Chryſoſplenium alternans.
Saxiſraga *ſarmentoſa.*
Dianthus *japonicus.*
deltoides.
cariophyllus.
TRIGYNIA.
Silene ſaxifraga.
Deutzia *ſcabra.*
Stellaria *undulata.*
Arenaria ſerpyllifolia.
PENTAGYNIA.
Sedum telephium.
anacampſeros.
ſpinoſum.
lineare.
Oxalis acetoſella.
corniculata.
Lychnis *coronata.*
chalcedonica.
Ceraſtium vulgatum.
viſcoſum.
POLYGYNIA.
Phytholacca octandra.

XI. DODECANDRIA.
MONOGYNIA.
Ceratophyllum demerſum.
Aſarum canadenſe.

vir-

virginicum.
Tomex *japonica.*
Apactis *japonica.*
Eurya *japonica.*
Portulaca oleracea.
Lythrum ſalicaria.

DIGYNIA.

Meniſpermum *japonicum.*
acutum.
orbiculatum.
trilobum.
Agrimonia eupatoria.
Iuglans nigra.

TRIGYNIA.

Fagus caſtanea.
Euphorbia canarienſis.
hirta.
thymifolia.
peplus.
lathyris.
helioſcopia.
coralloides.

XII. ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

Cactus ficus.
Myrtus *laeuis.*
Punica granatum.
Amygdalus perſica.
nana.
Prunus *elliptica.*
paniculata.
armeniaca.
ceraſus.
aſpera.
japonica.
glanduloſa.
inciſa.
tomentoſa.
domeſtica.
ſpinoſa.

DIGYNIA.

Crataegus *villoſa.*
laeuis.
glabra.

PENTAGYNIA.

Meſpilus *japonica.*
Pyrus communis.
baccata.
japonica.
cydonia.
Tetragonia *japonica.*
Spiraea *calloſa.*
chamaedrys.
crenata.
aruncus.
palmata.
inciſa.

POLYGYNIA.

Roſa *rugoſa.*
gallica.
canina.
multiflora.
Rubus *triphyllus.*
idaeus.
caeſius.

hiſ-

hiſpidus.
occidentalis.
trifidus.
palmatus.
inciſus.
villoſus.
moluccanus.
Fragaria ſterilis.
Potentilla verna.
grandiflora.
Geum *japonicum*

XIII. POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

Actaea *japonica.*
Chelidonium *japonicum.*
Papaver rhoeas.
ſomniferum.
Nymphaea lutea.
nelumbo.
Tilia europaea.
Lagerſtroemia indica.
Thea bohea.
Corchorus *japonicus.*
hirtus.
tomentoſus.
Mimoſa arborea.
Cycas *revoluta.*

DIGYNIA.

Poterium ſangviſorba.
Paeonia officinalis.

TRIGYNIA.

Aconitum *japonicum.*
napellus.

Begonia obliqua.

PENTAGYNIA.

Aquilegia vulgaris

POLYGYNIA.

Zoſtera marina.
Arum dracunculus.
dracontium.
triphyllum.
ternatum.
trilobatum.
eſculentum.
Dracontium polyphyllum.
Houtuynia *cordata.*
Illicium aniſatum.
Magnolia glauca.
Uvularia japonica.
Anemone *cernua.*
Atragene *japonica.*
Clematis criſpa.
virginica.
japonica.
florida.
Thalictrum flauum.
Ranunculus *ternatus.*
auricomus.
aſiaticus.
Sagittaria ſagittata.
obtuſa.
Caltha paluſtris.

XIV. DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

Aiuga orientalis.

decum-

Aiuga *decumbens.*
Teucrium virginicum.
Nepeta *incana.*
Sideritis *ciliata.*
Mentha piperita.
Glechoma hederacea.
Lamium garganicum.
purpureum.
amplexicaule.
Leonurus cardiaca.
Clinopodium vulgare.
Meliſſa cretica.
Melittis meliſſophyllum.
Ocymum *acutum.*
criſpum.
rugoſum.
punctatum.
inflexum.
virgatum.
Scutellaria indica.
Prunella vulgaris.

ANGIOSPERMIA.

Melampyrum arvenſe.
Gerardia *iaponica.*
Bignonia catalpa.
tomentoſa.
grandiflora.
Lindernia *japonica.*
Seſamum orientale.
Ruellia *japonica.*
Volkameria *japonica.*
Clerodendrum *trichotomum*
Vitex *rotunda.*

XV. TETRADYNAMIA.

SILICVLOSA.

Draba muralis
Thlapſi aruenſe.
burſa.

SILIQVOSA.

Cardamine trifolia.
Siſymbrium naſturtium.
amphibium.
Turritis hirſuta.
Braſſica orientalis.
rapa.
Sinapis *cernua.*
japonica
Raphanus ſativus.

XVI. MONADELPHIA.

TRIANDRIA.

Iuniperus communis.
barbadenſis.
virginica.

TETRANDRIA.

Cupreſſus *japonica.*
pendula.
Thuja orientalis.
dolabrata.

PENTANDRIA.

Xanthium orientale.

ENNEANDRIA.

Dryandra cordata.

DECAN-

DECANDRIA.
Geranium paluſtre.

DODECANDRIA.
Pentapetes phoenicea.
Acalypha virgata.
Croton *acutum.*
japonicum.
variegatum.
Ricinus communis.

POLYANDRIA.
Alcea roſea.
Malva mauritiana.
Goſſypium herbaceum.
Hibiſcus mutabilis.
manihot.
Camellia japonica.
ſaſanqua.
Pinus ſylveſtris.
cembra.
ſtrobus.
larix.
abies.
Taxus baccata.
nucifera.
macrophylla.
verticillata.

XVII. DIADELPHIA.

HEXANDRIA.
Fumaria bulboſa.
lutea.
officinalis.

OCTANDRIA.
Polygala vulgaris.

DECANDRIA.
Spartium purgans.
Amorpha fruticoſa.
Phaſeolus vulgaris.
radiatus.
Dolichos ungviculatus.
enſiformis.
lineatus.
incurvus.
polyſtachyos.
ſoja.
Glycine monoica.
villoſa.
Piſum ſativum.
maritimum.
Vicia ſatiua.
faba.
Ervum tetraſpermum.
Hedyſarum *microphyllum.*
racemoſum.
caudatum.
tomentoſum.
heterocarpon.
ſericeum.
virgatum.
piloſum.
ſtriatum.
incanum.
Indigofera tinctoria.
Aſtragalus ſinicus.
Trifolium lupinaſter.
Lotus corniculata.
Medicago polymorpha.

XVIII. POLYADELPHIA.

ICOSANDRIA.

Citrus *japonica.*
aurantium.
decumana.
trifolia.

POLYANDRIA.

Hypericum *patulum.*
japonicum.
erectum.
monogynum.

XIX. SYNGENESIA.

AEQVALIS.

Picris *japonica.*
Sonchus oleraceus.
Lactuca ſativa.
Prenanthes *integra.*
debilis.
chinenſis.
dentata.
haſtata.
japonica.
humilis.
multiflora.
lyrata.
ſquarroſa.
Leontodon Taraxacum.
Cichorium intybus.
Endivia.
Arctium lappa.
Serratula tinctoria.
japonica.

Carduus eriophorus.
linearis.
acaulis.
Atractylis lancea.
ovata.
Carthamus tinctorius.
Bidens piloſa.
Eupatorium hyſſopifolium
album.
chinenſe.
japonicum.

SUPERFLUA.

Artemiſia *capillaris.*
abrotanum.
vulgaris.
japonica.
minima.
Gnaphalium *japonicum.*
arenarium.
Carpeſium cernuum,
abrotanoides.
Erigeron *japonicum.*
ſcandens.
Tuſſilago japonica.
petaſites.
Senecio *japonicus.*
Aſter *hiſpidus.*
ſcaber.
indicus.
chinenſis.
Solidago virgaurea.
Cineraria *japonica.*
Inula Helenium.
japonica.

dubia.

dubia.
Arnica *ciliata.*
japonica.
palmata.
Perdicium *tomentoſum.*
Tagetes patula.
Chryſanthemum indicum.
coronarium.
japonicum.
Eclipta proſtrata.
Sigesbeckia orientalis.
Verbeſina lavenia.

NECESSARIA

Calendula officinalis.

MONOGAMIA.

Trichoſanthes cucumerina.
Cucurbita *hiſpida.*
lagenaria.
pepo.
verrucoſa.
citrullus.
Cucumis melo.
ſativus.
flexuoſus.
conomon.
Bryonia *japonica.*
Sicyos angulata.
Lobelia erinus.
erinoides.
Viola hirta.
paluſtris.
odorata.
tricolor.
Impatiens balſamina.

XX. CRYPTOGAMIA.

Equiſetum arvenſe.
hyemale.
Ophiogloſſum *japonicum.*
Oſmunda *ternata.*
japonica.
lancea.
Achroſticum *lingua.*
haſtatum.
Pteris piloſelloides.
nervoſa.
cretica.
ſinuata.
aquilina.
ſemipinnata.
Blechnum *japonicum.*
Hemionitis *japonica.*
Aſplenium *lanceum.*
trichomanes.
japonicum.
Polypodium *lineare.*
phyllitis.
haſtatum.
ellipticum.
unitum.
falcatum.
marginale.
lacerum.
ſetoſum.
punctatum.
glaucum.
dicho-

dichotomum.
Adiantum pedatum.
caudatum.
aethiopicum.
Trichomanes hirſutum.
ſtrigoſum.
japonicum.
chinenſe.
Marſilea quadrifolia.

MUSCI.

Lycopodium *ſerratum.*
clavatum.
japonicum.
ornithopodioides.
circinale.
Polytrichum ſtriatum.
Bryum argenteum.
Hypnum delicatulum.
parietinum.
dendroides.

ALGAE.

Iungermannia polyanthos.
epiphylla.
Marchantia polymorpha.
chenopoda.
Lichen ſangvinarius.
atroalbus.
ſaxatilis.
phyſodes.
japonicus.
fraxineus.
caninus.
pyxidatus.
digitatus.
hirtus.
Tremella auricula.
lichenoides.
Fucus ſaccharinus.
Ulva latiſſima.
lactuca.

FUNGI.

Agaricus campeſtris.
Boletus ſuberoſus.
fomentarius.
verſicolor.
agaricoides.
dimidiatus.
Clavaria muſcoides.
Lycoperdon tuber.
Mucor mucedo.

GENERA
NOVA
IAPONICA.

GENERA NOVA IAPONICA.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

KYLLINGA.

Calyx biglumis. *Glumae* inaequales, compreſſae, lanceolatae, canaliculatae, acutae, corolla multo breuiores; altera breuior.

Corolla compreſſa, calyce longior, biualuis: *valuulae* carinatae, inaequales, apice diuaricatae; altera maior, lanceolata, acutiſſima complicata, marginem alterius amplectens; altera breuior, anguſtior.

Stam. *Filamenta* tria, ſubulata, plana.
Antherae lineares, erectae.

Pist. *Germen* obouatum, complanatum, margine altero gibbum.
Stylus vnicus, filiformis.

Peric. *Semen* oblongum, trigonum, nudum.

Character generis: Amentum ouatum, imbricatum.
Calyx et corolla biglumes.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

ORIXA.

Cal. *Peryanthium* 1-phyllum, 4-partitum, breuiſſimum.

Corolla 4-petala, vireſcens. *Petala* lanceolata, patentia, lineam longa.

Stam. *Filamenta* 4, petalis breuiora.
Antherae globoſae.

Pist. *Germen* ſuperum.
Stylus vnicus, erectus, petalis breuior.
Stigma capitatum, obtuſum.

Peric. ignotum, ſed videtur eſſe capſula.

Character generis: Petala lanceolata, plana.
Cal. 4-partitus. Stigma capitatum.
Capſula.

OTHERA.

Calyx. *Perianthium* 1-phyllum, glabrum, perſiſtens, 4-partitum: *laciniae* ovatae.

Corolla 4-petala, alba. *Petala* ovata, obtuſa.

Stam. *Filamenta* 4, baſi infima petalorum inſerta, corolla duplo breviora.

Antherae didymae, 4-ſulcatae.

Pist. *Germen* ſuperum, glabrum.

Stylus nullus, ſed ſtigma unicum, ſeſſile.

Peric. Fructus ignotus, forſan capſula.

Character generis: Petala ovata, plana. Cal. 4-partitus. Stigma ſeſſile. Capſula.

SKIMMIA.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, viride, minimum, perſiſtens, ad baſin fere 4-partitum, raro 5-partitum: *laciniae* ovatae, acutae.

Corolla 4-petala, alba. *Petala* ovata, minuta, concava.

Stam. *Filamenta* 4, breuiſſima.

Pist. *Germen* ſuperum.

Stylus vnicus.

Peric. *Bacca* ovata umbilicata, glabra, rubra, obſolete 4-ſulcata, magnitudine piſi; intus farinaceo-pulpoſa, alba; ſubquadrivalvis.

Semina quatuor, ſubtrigona ſeu externe convexa, oblonga, alba.

Character generis: Petala 4, concava. Cal. 4-partitus. Bacca 4-ſperma.

AUCUBA.

Calyx. *Perianthium* 1-phyllum, truncatum, obſolete 4-dentatum, viride, breuiſſimum, perſiſtens.

Corolla 4-petala. *Petala* ovata, acuta, patentia; ſubtus concava, viridia; ſupra convexa, purpurea; lineam longa, decidua.

♂ Stam. *Filamenta* 4, receptaculo interpetala inſerta, craſſa, erecta, breuiſſima, alba baſi purpuraſcente.

Antherae ouatae, didymae, 4-ſulcatae, purpuraſcentes.

Receptaculum maris convexo planum, viride, glabrum, foramine medio quadrato impreſſo.

♀ PIST. *Germen* inferum.
Stylus vnicus, craſſus, brevis.
Stigma ſimplex, capitatum.

PERIC. *Bacca* ouata, piſtilio perſiſtente coronata, ſubcarnoſa, monoſperma.

Character generis: Cal. 4-dentatus. Cor. 4-petala. Bacca 1-ſperma.

NIGRINA

Calyx nullus, niſi bractea monophylla.
Corolla 4-petala.

STAM. *Filamenta* 4, breuiſſima.
Antherae globoſae, albae.

PIST. *Germen* ſuperum.
Stylus vnicus
Stigma . . . .

PERIC. Fructus ignotus, forſan Capſula.
Character generis: Corolla 4-petala
Capſula.

GONOCARPUS.

Calyx nullus.
Corolla 4-fida, perſiſtens.
STAM. *Filamenta* 4, corollae inſerta.
PIST. *Germen* inferum.
Stylus vnicus.
Stigma . . . .
PERIC. *Drupa* infera, ſubgloboſa, corolla perſiſtente coronata, octogona, glabra, 1-locularis, 1-ſperma, magnitudine arenulae.
Character generis; Corolla 4-fida.
Drupa 8-gona, 1-ſperma.

PENTANDRIA.
MONOGYNIA.

DORAENA.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, 5-fidum, corolla brevius: *laciniae* ovatae, concavae, glabrae.

Corolla 1-petala, ſubcylindrico-rotata, 5fida: *limbi* laciniae ovatae, obtuſae, erectae.

STAM. *Filamenta* 5, tubo corollae inſerta, breviſſima ut fere nulla.

Antherae oblongae, ſubtetragonae, incluſae.

PIST. *Germen* ſuperum, conicum, glabrum.

Stylus unicus, filiformis, corollae longitudine.

Stigma truncatum, emarginatum.

PERIC. *Capſula* ouata, acuta, glabra, 1-valvis, 1-locularis, polyſperma, magnitudine piperis.

Character generis: Capſula 1-locularis. Corol. 5-fida. Stigma emarginatum.

WEIGELA.

CAL. *Perianthium* 5-phyllum: *laciniae* ſubulatae, erectae, aequales.

Corolla 1 petala, infundibuliformis. *Tubus* intus villoſus, longitudine calycis. *Limbus* campanulatus, ſemiquinquefidus: *laciniae* ovatae, obtuſae, erecto-patentes.

STAM. *Filamenta* 5, tubo inſerta, filiformia, erecta, longitudine fere corollae.

Antherae erectae, lineares, baſi bifidae, apice obtuſae.

PIST. *Germen* ſuperum 4-gonum, truncatum, glabrum.

Stylus e baſi germinis, filiformis, corolla paullo longior

Stigma peltatum, planum.

PERIC. Fructus adhuc ignotus. In florente planta videtur eſſe ſemen nudum.

Character generis: Semen 1. Stigma peltatum. Stylus e baſi germinis!

BLADHIA.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, perſiſtens, vireſcens, glabrum, breviſſimum, profunde 5-partitum: *laciniae* ovatae, concavae, lacero-ſubſerratae, patentes.

Corolla 1-petala, rotata, decidua, 5-partita: *laciniae* ovatae, obtuſae, patentes.

Stam. *Filamenta* 5, breuiſſima, corollae ſupra faucem inſerta, alba.

Antherae cordatae, acutae, conniuentes in conum, flavae, corolla breviores.

Pist. *Germen* ſuperum, convexum, glabrum, viride.

Stylus filiformis, albus, corolla longior.

Stigma ſimplex, acutum, vireſcens.

Peric. *Bacca* globoſa, calyce ſtyloque perſiſtentibus coronata, glabra, unilocularis, piſi minoris magnitudine.

Semen ſolitarium, globoſum, membrana involutum.

Character generis: Bacca 1-ſperma.
Semen arillatum!

HOVENIA.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, baſi intus piloſum, 5-partitum, perſiſtens dentibus deciduis: *laciniae* ovatae, reflexae, ſupra linea media elevata, deciduae.

Corolla 5 petala. *Petala* inter lacinias calycis inſerta, obovata, obtuſiſſima, patula, convoluta, ſtamina obvolventia, alba, longitudine dentium calycis.

Stam. *Filamenta* 5, baſi calycis inſerta, calyce breviora.

Antherae ſubrotundae, intra petala reconditae.

Pist. *Germen* ſuperum, convexum, glabrum.

Stylus unicus, erectus, calyce multo brevior.

Stigmata tria, patula, reflexa, obtuſa.

Peric. *Capſula* ovato-globoſa, triſulca, glabra, trivalvis, trilocularis, magnitudine piperis.

Semen in ſingulo loculamento unicum, lenticulare, glaberrimum rubrum.

Character generis: Capſula 3-locularis, 3-valvis.
Petala convoluta.
Stigma trifidum.

DIGYNIA.

BUMALDA.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, ad baſin fere 5-partitum: *laciniae* ovatae, obtuſae, concavae, ferrugineo-albae, corolla paullo breuiores.

Cor. 5-petala, alba. *Petala* lineari-obovata, germini inſerta.

Stam. *Filamenta* 5, unguibus petalorum inſerta, filiformia, erecta, hirta, longitudine fere corollae.

Antherae dorſo inſertae, ovatae, didymae.

Pist. *Germen* ſuperum, conicum, villoſum.

Styli duo, erecti, villoſi, longitudine filamentorum.

Stigmata ſimplicia, capitata, truncata.

Peric. non vidi maturum, ſed videtur eſſe capſula bilocularis.

Character generis: Capſula 2-locularis, biroſtris.
Corolla 5-petala.
Styli villoſi.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

POLLIA.

Calyx nullus.

Corolla 6-petala. *Petala* tria exteriora, ovata, concava, maiora, obtuſa, cum exterioribus alternantia; tria interiora reflexa, nervoſa, tenuiſſima, bractea paullo breviora.

Stam. *Filamenta* ſex, receptaculo inſerta, capillaria, apice incurva.

Antherae rotundae, didymae, flavae.

Pist. *Germen* ſuperum, globoſum.

Stylus filiformi-ſubulatus, incurvatus, albus, bractea vix longior.

Stigma ſimplex, obtuſum.

Peric. *Bacca* globoſa, bractea corollaque reflexa perſiſtentibus cincta, glaberrima, magnitudine piperis, immatura alba, matura caerulea.

Semina

Semina angulata, plurima, vsque viginti, fuſca.
Character generis: Corolla infera, 6 petala.
Bacca polyſperma.

LINDERA.

Calyx nullus.
Corol. 6-petala. *Petala* ovata, obtuſa, flaveſcentia, ſemilineam longa.
STAM. *Filamenta* ſex, germini inſerta, corolla multoties breviora.
Antherae minutae.
PIST. *Germen* ſuperum, ovatum, glabrum.
Stylus unicus, erectus, corolla paullo brevior.
Stigmata duo, reflexa.
PERIC. *Capſula* bilocularis.
Character generis: Corolla 6-petala.
Capſula.
Nomen dedi huic in memoriam Dn. Linder, poſtea Lindeſtolpe, Medic. et Botanic. ſuo tempore celebris in Svecia, et Florae Wiksbergenſis Auctoris.

NANDINA.

CALYX. *Perianthium* monophyllum, ſexfariam imbricatum: *ſquamis* circiter ſex ſingula ſerie, ovatis, acutis, glabris, albo-incarnatis, caducis.
Corolla 6-petala, alba, membranacea, caduca. *Petala* oblonga, concava, acuta, calyce longiora, ſeſquilineam longa.
STAM. *Filamenta* ſex, breviſſima.
Antherae oblongae, erectae, flavae linea atra, longitudine corollae.
PIST. *Germen* ſuperum, ovatum, brunneum, glabrum.
Stylus trigonus, breviſſimus.
Stigma trigonum.
PERIC. *Bacca* exſucca, globoſa, glabra, extus rubra, intus alba, diſperma, magnitudine piſi.
Semina hemiſphaerica, glabra.
Receptaculum globoſum, album, glabrum, impreſſo-punctatum.

Character generis: Corolla 6-petala.
Calyx polyphyllus, imbricatus.

DECANDRIA.

TRIGYNIA.

DEUTZIA.

CALYX. *Perianthium* 1-phyllum, ſubcampanulatum, corolla triplo brevius, tomentoſum, 5-fidum, rarius 6-fidum: *laciniae* ovatae, obtuſae, erectae.

Corolla 5-petala, raro 6-petala. *Petala* extra marginem germinis inſerta, oblonga, obtuſa, integra, alba, ſemiunguicularia.

STAM. *Filamenta* 10, extra marginem germinis inſerta, linearia, apice filiformia, ſub apice emarginata trifida, alba, longitudine corollae, alternis paullo brevioribus.

Antherae globoſae, didymae.

PIST. *Germen* ſuperum, ſertiforme, medio concavum.

Styli tres, rarius quatuor, filiformes, corolla paullo longiores.

Stigmata ſimplicia, clavata.

PERIC. *Capſula* globoſa, truncata, perforata, ſubtrigona, calloſa, ſcabra, piſtillorum baſibus perſiſtentibus triariſtata, trivalvis, trilocularis, rarius quadrilocularis, magnitudine piperis, cinerea, baſi dehiſcens.

Semina plura in ſingulo loculamento.

Character generis: Capſula 3-locularis.
Filamenta 3-cuſpidata.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

TOMEX.

CAL. *Involucrum* univerſale 5-phyllum, raro 6-phyllum, 5-florum, rarius 6-florum, perſiſtens: *Foliola* ovata, extus tomentoſa, obtuſiſſima, inaequalia, imbricata, valde concava, exterioribus minoribus.

Perian-

Perianthium proprium (vix corolla) 5-phyllum, perſiſtens:
Foliola lanceolata, extus villoſa, erecto-patula.
Corolla nulla, niſi Perianthium proprium.
STAM. *Filamenta* 12, filiformia, inaequalia; exteriora 5, longitudine involucelli; interiora 7, alba, breviora.
Antherae ovatae, didymae, flavae.
Nectarium: Squamae 5, inter ſtamina interiora ſitae, plicatae, crenatae, virides, glabrae, longitudine filamentorum.
PIST. *Germen* ſuperum, triquetrum, viride, glabrum, inter nectarii ſquamas medium.
Stylus nullus.
Stigma ſubulatum, vireſcens, abortiens.
PERIC.
Character generis: Corolla o. Cal. duplex: involuc. 5-phyllum.
Perianth. 5-phyllum.

APACTIS.

Calyx nullus.
Corolla 4-petala. *Petala* ſubrotunda, crenata, concava inaequalia, oppoſitis latioribus.
STAM. *Filamenta* circiter 16 usque ad 20.
PIST. *Germen* ſuperum.
Stylus unicus.
PERIC.
Character generis: Corolla 4-petala. Cal. o.

EURYA.

CALYX. *Perianthium* 5-phyllum, calyculatum: *calyculus* diphyllus, calyci ſimilis, triplo minor: *Foliola* calycis ovata, concava, obtuſa, extus fuſca vel viridia, glabra, intus viridia, ſemilineam longa.
Corolla 5 petala. *Petala* ſubrotundo-ovata, concava, alba, magnitudine calycis.
Nectarium: puncta vel margo purpureus ad baſin filamentorum.
STAM. *Filamenta* 13, breviſſima, vt fere nulla, alba.
Antherae erectae, 4-gonae, albidae, longitudine fere corollae.

PIST.

Pist. *Germen* ſuperum, convexum, glabrum.
Stylus ſubulatus, viridis, antheris brevior.
Stigmata tria reflexa.
Peric. *Capſula* globoſa, ſtylo perſiſtente acuta, glabra, 5 valvis, 5 locularis, magnitudine vix piperis.
Semina ſubtriquetra, punctata, brunnea, glabra.
Character generis: Cor. 5-petala. Cal. 5-phyllus, calyculatus.
Capſula 5-locularis. Stam. 13.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

CLEYERA.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, coriaceum, glabrum, perſiſtens, corolla brevius, 5-partitum: *laciniae* ovatae, rotundatae.
Corolla 5-petala. *Petala* ovata, obtuſa, flaveſcentia.
Stam. *Filamenta* circiter 30, germinis lateribus inſerta, capillaria, inaequalia, baſi interdum leviſſime cohaerentia, corolla multo breviora.
Antherae ſubulatae, didymae, hirtae, fuſcae.
Pist. *Germen* ſuperum, convexum.
Stylus unicus, ſimplex, filiformis, ſtaminibus longior.
Stigma emarginatum.
Peric. *Capſula* ovata, acuta, glabra, calyce perſiſtente reflexo cincta, bivalvis, bilocularis, magnitudine piſi minoris.
Character generis: Capſula 2-locularis. Cor. 5-petala.
Nomen in memoriam medici olim et Botan. Iaponic. Dom. Cleyeri.

POLYGYNIA.

HOUTTUYNIA.

Calyx communis 4-phyllus, albus. *Folia* ovata, concava, obtuſa, longitudine receptaculi, vix unguicularia; *proprius* nullus.
Corolla nulla, niſi Calyx.

Stam.

Stam. *Filamenta* plurima, per totum receptaculum ſparſa, circum unumquodque germen circiter ſeptem, breviſſima.

Antherae ovatae, didymae, luteae.

Pist. *Germina* plurima, in receptaculo elongato approximata.

Peric. *Capſulae* trigonae.

Receptaculum oblongum, totum tectum germinibus et ſtaminibus inter germina.

Character generis: Calyx 4-phyllus. Cor. o.
Stamina mixta piſtillis.

Nomen impoſui huic generi in honorem Botanic. merit. et Med. Doctor. Domini — Houttuyn, Hollandi.

MONADELPHIA.

ENNEANDRIA.

DRYANDRA.

Cal. *Perianthium* diphyllum: *Laciniae* ovatae, acutae, corolla breviores.

Corolla pentapetala, flava. *Petala* obovato-oblonga, reflexo patula, unguicularia.

Stam. *Filamenta* novem, inferius in vnum corpus coalita, inaequalia, corolla dimidio breviora.

Antherae minutae.

Piſtillum in flore maſculo nullum adfuit in tota panicula, unde flores dioicos eſſe coniicio.

Nomen dedi in memoriam amici dilectiſſimi Ion. Dryandri, Sveci et Botan. praeſtant.

FLORA IAPONICA

CLASSIS I.

M O N A N D R I A.

MONOGYNIA.

CANNA.

Indica. C. foliis ovatis utrinque acuminatis nervoſis.

Canna Indica. Linn. Spec. Plant. pag. 1.

Iaponice: Dandoku.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Floret Septembri, Octobri.

AMOMUM.

Mioga. A. ſcapo breviſſimo, capſula ovata, foliis enſiformibus acutis.

Iaponice: Dſjooka, vulgo Mjoga ſeu Mionga, item Megga. Kaempf. Amoen. exotic. Faſcicul. V. pag. 826.

Creſcit iuxta Nagaſaki et alibi.

Floret Septembri.

Radix fuſiformis, fibroſa, aromatica.

Caulis foliorum debilis, totus foliorum vaginis decurrentibus tectus, pedalis et ultra.

Folia vaginis longis decurrentia, alterna, enſiformia, ſimpliciter acuta, nec cuſpidata, glabra, multinervia, patentia, ſpithamaea.

Scapus floriferus diſtinctus, breviſſimus.

Flores ſeſſiles, faſciculati, ſquamis imbricatis obuoluti.

Squamae alternatim amplexicaules, oblongae, acutae, ſtriatae, concavae, glabrae, albae, plurimae, pollicares interioribus minoribus.

Perian-

Perianthium nullum, niſi ſquamae ſpathaceae.

Corolla 1-petala, tubuloſa. *Tubus* cylindricus, unguicularis. *Limbus* 4 partitus: *Laciniae* tres exteriores regulares, aequales, oblongae, acutae, concavae, albae, unguiculares; intima ceteris diſſimilis, ovata, valde concava, obtuſa, inferne biaurita, flava, fructificationis partes cingens, reliquis paullo brevior.

Nectarium nullum, niſi laciniae intima corollae.

Filamentum unicum, tubo corolla longitudinaliter adnatum, erectum vltra antheras elongatum, albo-vireſcens, longitudine corollae.

Antherae binae, filamento longitudinaliter adnatae, oblongae, didymae, flavae.

Germen inferum.

Stylus filiformis, per fiſſuram inter antheras ſurgens, albus, longitudine filamenti.

Stigma incraſſatum, cylindricum, album: ore pertuſo, lacero.

Capſula ſubovata, obtuſa, trivalvis, trilocularis.

Semina plurima, minuta, pyramidi mediae adnexa.

Intra tubum corollae, ad baſin ſtaminis apiculi duo, albidi, baſi incraſſati, cavi, breviſſimi.

Proxime accedit ad Amomum cardamomum javanicum, florum ſpica a foliis diſtincta et capſulis ovatis; differt vero

1. Scapo magis faſciculato et breviori; nec oblongo, imbricato.

2. Foliis enſiformibus, ſimpliciter acutis; dum illi obovato-elliptica ſint, apice in ſetam pollicarem exeunte.

3. Foliis multo brevioribus, ſpithamaeis, quae in illo ſaepe quadripedalia.

Foliis maxime ſimilis eſt Amomo Zingiberi et Zerumbet; differt vero ſpica florum radicali, absque ullo fere ſcapo.

DIGY-

DIGYNIA.

CALLITRICHE.

verna. C. foliis ſuperioribus ovalibus, floribus androgynis.

Callitriche verna. Linn. ſpec. Plant.

Creſcit tam in aquis natans, quam locis humidis erecta, vulgaris.

Floret Martio, Aprili.

Flores ſemper monoicos inveni, idque duplici modo, e. g. I. maſculinum in ſuperioribus alis et femineos in inferioribus; vel

II. maſculinum in una folii ala et femineum in ala folii oppoſiti.

Maſculus flos ſaepe ſolitarius in una ala; feminei autem ſaepe duo, in ſingula ala ſingulus.

CLAS-



LIGUSTRUM *japonicum*

J. P. Lundmark delin. &

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

NYCTANTHES.

Sambac. N. foliis inferioribus cordatis obtuſis, ſuperioribus ovatis acutis.

Nyctanthes Sambac. Linn. ſp. Plant. p. 8.

Malaice: Kambang Malatti, i. e. flos Malatti.

Creſcit in Nagaſaki culta in hortis, huc ex India calidiori allata.

Floret Iulio.

LIGUSTRUM.

vulgare. L. foliis ovatis obtuſis, panicula ſimpliciter trichotoma.

Liguſtrum vulgare. Linn. ſpec. Pl. p. 10.

Iaponice: Ibuta vel Ibota.

Ibuta: Kaempfer. Amoen. exot. faſcic. V. p. 896.

Creſcit ubique vulgaris, locis montoſis.

Floret Maio, Iunio.

Caulis fruticoſus foliis paulo latioribus et ſaepe etiam obtuſioribus, quam in europaeo, cui in ceteris adeo ſimilis, ut ſpecie ab illo minime diſtingui poſſit.

Panicula coarctata, trichotoma, ſimplex.

Iaponicum. L. foliis ovatis acuminatis, panicula decompoſite trichotoma.

Iaponice: Nyſimi Motſj, id eſt ſtercus ratti; Nyſimi enim rattum ſignificat et Motſi placentam ſeu pilulam ſtercoris. Item Tanne Wattaſi vel rectius Tanna Wattaſi.

Vulgo Nyſimi Motſj, aliis Tanna Wattaſi. Kaempf. Am. ex Faſcic. V. p 776.

Creſcit in Papenberg, Koſido, circum Nagaſaki, in inſula Nipon, alibique vulgatiſſimum.

Floret Iunio, Iulio.

 Fra-

Fructus maturatur Octobri et ſequentibus menſibus.
Caulis arboreus, ramoſiſſimus, ſeſquiorgyalis.
Rami oppoſiti, teretiuſculi, rugoſi, cinerei, erecto-patentes.
Ramuli virgati, ramis ſimiles.
Folia oppoſita, petiolata, ovata, acuminata, integra, patenti-erecta, ſupra viridia, ſulco medio exarata; ſubtus pallida, linea media elevata; glabra, pollicem lata, ſeſquipollicaria.
Petioli teretes, ſupra ſulcati, unguiculares.
Flores in ramulis terminales, paniculati
Panicula patula, ſupradecompoſita, trichotoma.
Bracteae ſub ſingula trichotomia binae, oppoſitae, glabrae; inferiores lanceolatae; ſuperiores ſetaceae.
Perianthium 1-phyllum, tubulatum, apice dilatatum, truncatum, obſolete quadridentatum, glabrum, corolla quadruplo brevius.
Corolla 1-petala, infundibuliformis, ſemiunguicularis; *Tubus* cylindricus, ſenſim dilatatus; *Limbus* 4-partitus: *laciniae* ovatae, reflexae.
Filamenta duo, ori tubi inſerta, erecta, limbo breviora.
Antherae ovatae, ſulcatae.
Germen ſuperum.
Stylus filiformis, longitudine corollae.
Stigma capitatum.
Bacca ovata, glabra, magnitudine piſi.

OLEA.

fragrans. O. foliis lanceolatis ſerratis, pedunculis lateralibus aggregatis unifloris.
Iaponice: Mokſei. Kaempf. Am. ex Faſc. V. p. 844.
Creſcit iuxta Nagaſaki.
Floret Octobri.
Caulis arboreus, vaſtus.
Rami et ramuli trichotomi, obſolete tetragoni, glabri.
Folia decuſſata, petiolata, oblonga, acuta, ſerrata, margine ſubreflexo, parallelo-nervoſa, reticulata, glabra, ſupra ſaturate viridia, ſubtus pallidiora, patentia, in ramulis frequentia, digitalia.
Petioli ſemiteretes, ſulcati, glabri, ſemiunguiculares.

Flores



OLEA fragrans

Otto Wrede ... sc.

el 8,

ıicu-

ːnta-

llus.
ob-

ıtes.

7.
abe-

ens,
tu-


pe-
ſub
ter-

ɛtio-

ba-

tita:
res.

igma



SYRINGA *ſuſpenſa*.

Flores in ramulis umbellato-aggregati, circiter 6 vel 8, pedunculati.

Pedunculi filiformes, uniflori, glabri, albidi, unguiculares.

Perianthium 1-phyllum, minimum, obſolete 4-dentatum, albidum, glabrum.

Corolla 1-petala, rotata, flavo-alba. *Tubus* ſubnullus. *Limbus* patens, quadrifidus: *laciniae* ovatae, obtuſae, concavae, craſſiuſculae.

Filamenta duo, ori tubi inſerta, alba, breviſſima.

Antherae ovatae, grandiuſculae, didymae, flaveſcentes.

Germen ſuperum, oblongum, glabrum.

Stylus filiformis.

Stigmata ſimplicia, acuta.

SYRINGA.

Suſpenſa. S. foliis ovatis ſerratis ternatisque.

Japonice: Rengjo. Kaempf. Am. ex Faſc. V. p. 907.

Creſcit in regionibus Miaco, alibi; ſaepe culta habetur ob elegantiam florum.

Florere Aprili incipit, ante quam folia erumpunt.

Caulis fruticoſus, flexuoſus, adſcendens, dein dependens, parum ramoſus, ſubtetragonus, angulis acutis, tuberculis parvis ſparſis muricatus.

Rami oppoſiti, remoti, divaricati, cauli ſimiles.

Folia e gemma plura, petiolata; prima ſimplicia, petiolata, ovata, acuta, ſerrata, glabra, tenuia, ſub floreſcentia erumpentia, unguicularia; dein ternata.

Petioli longitudine foliorum.

Flores e gemmis oppoſitis ſolitarii, duo vel tres, petiolati, flavi.

Pedunculus rugoſus, unguicularis.

Perianthium 1-phyllum, corolla triplo brevius, ad baſin fere 4-partitum: laciniae lanceolatae.

Corolla 1-petala, campanulata, ad medium 4-partita: limbi laciniae ovatae, obtuſae, ſemiunguiculares.

Filamenta duo, capillaria, breviſſima.

Antherae oblongae, ſulcatae, longitudine calycis.

Germen ſuperum, ovatum, glabrum.

Stylus filiformis, longitudine calycis.

Stigma capitatum, bilobum.
Fructus ignotus; ſed capſula eſſe videtur.
Differt haec a reliquis Syringis, quod calyx profundius diviſus et corolla campanulata, nec infundibuliformis.

VERONICA.

Virginica. V. ſpicis terminalibus, foliis quaternis quinisque.
Veronica Virginica. Linn. ſpec. Pl. p. 13.
Japonice: Ireiſin, vulgo Kwugai So; it. Sobi, vulgo Toranoo.
Tobi, vulgo Toranoo. Kaempf. Am. ex Faſc. V. p. 886
Creſcit in Nagaſaki, Oſacca, alibi.
Floret Iunio.

Anagallis. V. racemis lateralibus, foliis lanceolatis ſerratis, caule erecto.
Veronica Anagallis. Linn. Spec. Pl. p. 16.
Japonice: Kalen So.
Creſcit iuxta Iedo.
Floret Majo.

Chamaedrys V. racemis lateralibus, foliis ouatis ſeſſilibus rugoſis dentatis, caule debili,
Veronica chamaedrys. Linn. ſp. Pl. p. 17.
Creſcit circum Nagaſaki inque Dezima.
Floret Aprili et ſequentibus menſibus.

arvenſis. V. floribus ſolitariis, ſoliis cordatis inciſis pedunculo longioribus.
Veronica arvenſis. Linn. ſp. Pl. p. 18.

IVSTICIA.

Iaponica. I. herbacea foliis ovatis ſerratis, ſpicis terminalibus, bracteis ſetaceis, caule patulo.
Creſcit in Papenberg, Koſido et prope Nagaſaki.
Floret Septembri, Octobri.
Caulis ſubdecumbens, tetragonus, pubeſcens.
Rami oppoſiti, cauli ſimiles.
Folia oppoſita, petiolata, ovata, acuta, ſubſerrata, vil-

loſa,



DIANTHERA *japonica.*

S. A. Ceſtröm del.

loſa, ſupra viridia, ſubtus pallida, inaequalia, unguicularia uſque pollicaria.

Spicae terminales, pollicares.

Bracteae ſetaceae, ciliatae.

DIANTHERA.

Iaponica. D. pedunculo axillari ſolitario ſubquadrifloro, bracteis oblongis ciliatis.

Creſcit prope Nagaſaki.

Floret Auguſto.

Radix fibroſa, annua.

Caulis herbaceus, erectus, hexagonus, tenuiſſime villoſus, geniculatus, ſupra genu tumidus, parum ramoſus, pedalis.

Rami decuſſati, cauli ſimiles.

Folia oppoſita, petiolata, ovato-oblonga, inferne attenuata, apice acuminata, integra, villoſa, patentia, inaequalia ſemipollicaria uſque bipollicaria ſuperioribus ſaepe maioribus.

Petioli unguiculares.

Flores axillares, ex altera tantum ala, non e duabus ſimul, pedunculati.

Pedunculi angulati, villoſi, erecti, biflori, triflori vel quadriflori, ſemipollicares.

Pedicelli bini vel quatuor, verticillati in apice pedunculi, pedunculo ſimiles, uniflori, lineam longi.

Bracteae pedicellorum duae, oppoſitae, ſubulatae patentes, extus villoſae, longitudine pedicelli.

. . . . *florales* flori approximatae, duae, oblongae, utrinque attenuatae, concavae, convolutae, apice ſimpliciter acutae, ciliatae, villoſae, inaequales altera maiore, unguiculares.

. . . . . . *calycinae* intra priores quatuor, lanceolatae, ſubulatae, ciliatae, inaequales, duplo breviores, includentes floſculos unum, duos vel tres ſeſſiles.

Perianthium 1-phyllum, ad baſin fere 5-partitum: *laciniae* ſubulatae, erectae, ciliatae, lineam longae.

Corolla 1-petala, ringens, purpurea, bracteis paullo longior. *Tubus* cylindricus, curvus.

Filamenta duo, capillaria, tubo longiora.
Antherae binae, alternae in apice filamentorum ſingulorum, membranaceae, pallidae.
Germen ſuperum.
Stylus filiformis.
Stigma obtuſum.
Differt I. a Dianthera chinenſi, cui valde ſimilis:
α. floribus pedicellatis nec ſubſeſſilibus.
β. pedunculis longioribus et in axillis ſolitariis nec aggregatis.
γ. bracteis oblongis, ſimpliciter acutis, nec ovatis cum acumine ſubſpinoſo.
δ. floribus ex unica tantum ala, non vero ex utraque.
II. a Iuſticia ſexangulari bracteis oblongis, nec cuneatis.

VERBENA.

officinalis. V. tetrandra ſpicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule ſolitario.
Verbena officinalis. Linn. ſp. Pl. p. 29.
Iaponice: Komatſutſura, it. Babinſo.
Creſcit prope Nagaſaki, in Dezima, alibi.
Floret Auguſto, Septembri, Octobri.

ROSMARINVS.

officinalis. Roſmarinus.
Roſmarinus officinalis. Linn. ſpec. Pl. p. 33.
Creſcit hinc inde cultus.

SALVIA.

Japonica. S. foliis bipinnatis glabris.
Iaponice: No Siſo vel Sobi So, it. Tſjoſiguſa.
Tſjoſiguſa. Kaempf. Am. ex Faſc. V. p. 887.
Creſcit circum Nagaſaki.
Floret Iunio et ſequentibus menſibus vsque in Februarium.
Radix annua.
Caulis tetragonus, 4-ſulcatus, ſimplex, erectus, glaber, pedalis et bipedalis.

Folia



SALVIA *japonica*.

S. N. Caſtröm del.

Folia inferiora petiolata, bipinnata, glabra: *pinnae* ovatae, acutae, ſubpetiolatae, ſinuato-dentatae;
Superiora pinnata, brevius petiolata; *Suprema* ſeu peduncularia lanceolata, integra.
Flores paniculati, verticillati.
Panicula trichotoma, pedunculis tetragonis, quadriſulcatis, hiſpidis.
Pedicelli verticillati, breviſſimi.
Bracteae lanceolatae, glabrae.
Perianthium lineatum, hiſpidum, bilabiatum, 5-dentatum.
Corolla extus piloſa, ringens, rubra, calyce duplo longior.
Filamenta duo, ſimplicia, tubo inſerta, corolla longiora.
Antherae arcuatae.
Stylus filiformis, corolla longior.
Stigmata duo.
Differt a Salvia pinnata, cui affinis:
1. foliis inferioribus bipinnatis.
2. planta infra nuda, glabra.
3. floribus paniculato-verticillatis.

FRAXINVS.

excelſa. F. foliolis ſerratis, floribus apetalis.
Fraxinus excelſior. Linn. ſp. Pl. p. 1509.
Creſcit in inſula Nipon.

GLOBBA.

Iaponica. G. racemo terminali cernuo, foliis enſiformibus integris.
Iaponice: San Dſjoka, vulgo Iamma Mjoga. Kaempf. Am. ex Faſcic. V. p. 827.
Creſcit iuxta Nagaſaki.
Fructus maturus Decembri, Ianuario.
Scapus foliis vaginatus, ſimplex, teres, ſtriatus, glaber, erectus, bipedalis et ultra.
Folia longe vaginantia, pauca, enſiformia, acuminata, glabra, integra, oblique tenuiſſime ſtriata; petiolis vaginantibus paullo longiora, tenuiſſima ner-

vo medio craſſo, ſupra ſaturate viridia, ſubtus pallidiora, duos pollices lata, pedalia.

Flores in ſummitate ſcapi racemoſi, frequentes.

Rachis flexuoſa, palmaris.

Pedunculi vix lineam longi, ſubnutantes, uniflori.

Stylus filiformis.

Capſula ovata, baſi corollae ſtylique perſiſtente aucta, glabra, rubra, magnitudine cynosbati.

Semina plurima, cincta membrana alba connectente, angulata, brunnea, glabra.

LEMNA.

minor. L. foliis ſeſſilibus vtrinque planiuſculis, radicibus ſolitariis.

Lemna minor. Linn. Sp. Pl. p. 1376.

Japonice: Fe, vulgo Ukinguſa.

Creſcit in aquis agrorum Oryzae inque foſſis, vulgaris menſibus Iunii et Iulii.

SALIX.

Iaponica. S. foliis ſerratis glabris lanceolatis ſubtus glaucis, iunioribus villoſis.

Iaponice: Rju, vulgo Aujaki, it. Sidare Ianagi. Kaempf. Am. ex Faſcic. V. p. 908.

Creſcit iuxta Nagaſaki et alibi.

Floret Martio.

Arbor mediocris.

Rami teretes, flexuoſi, erecti, cinerei, glabri, ramuloſi ramulis alternis.

Folia alterna, petiolata, lanceolata, acuminata, ſerrata, ſupra viridia, ſubtus glauca, utrinque glabra; iuniora villoſa, patula, digitalia.

Petioli lineam longi.

Flores e gemmis cum foliis.

integra. S. foliis integris glabris lineari-oblongis obtuſis.

Caules teretes, longi, cinerei, glabri.

Folia e gemmis plura, ſeſſilia, lineari-oblonga, obtuſa, integra, utrinque glabra, patentia, ſemipollicaria et ultra.

Flores e gemmis cum foliis.

S. fo-

alba. S. foliis lanceolatis acuminatis ſerratis utrinque pubeſcentibus: ſerraturis infimis glanduloſis.
Salix alba. Linn. ſp. Pl. p. 1449.
Japonice: Ie no Kuro Ianagi. it. Kawa-Ianagi.
Kawa Ianagi. Kaempf. Am. ex Faſcic. V. p. 908.
Creſcit iuxta Nagaſaki et Miaco.
Floret Martio.
Lanugo ſeminum incolis pro tomento ſervit.

ORCHIS.

Suſannae. O. bulbis indiviſis, nectarii alis amplioribus ciliatis.
Orchis ſuſannae. Linn. ſp. Plant. p. 1330.
Creſcit iuxta Nagaſaki, alibi.
Floret Auguſto, Septembri.
Caulis teres, ſtriatus, foliis vaginatus, erectus, ſpithamaeus.
Folia alterna, vaginantia, enſiformia, canaliculata, erecto-patentia, ſtriata, glabra, caulem ſubaequantia ſuperioribus minoribus, circiter quina.
Flores in ſummitate caulis, alterni, circiter tres, ſenſim florentes.
Bractea lanceolata, acuminata, glabra, capſula brevior, ſub ſingulo flore ſingula.
Perianthium triphyllum, aequale, glabrum, patens, viride: *foliola* ovata, acuminata, concava, ſtriata, unguicularia.
Corolla tripetala, nivea. *Petala* duo ſuperiora aequalia, cum lacinia calycis erecta galeam formantia, ovata, concava, margine exteriori plano, calyce longiora. *Petalum* inferius unguiculatum, cornutum, plano-convexum, tripartitum: *laciniae* laterales dilatatae, ciliatae, unguiculatae, *lacinia* media lanceolata, integra, vix lineam lata.
Nectarium: cornu cylindricum, anticum, dependens, albo-vireſcens, capſula duplo longius.
Filamenta nulla; ſed antherae duae, ſeſſiles ſub apice ſtigmatis.
Stylus breviſſimus, craſſus.
Stigma concavum.
Capſula ſubtrigona, ſexſtriata, glabra, vix torta, unguicularis.

Iaponica. O. bulbis . . . ., nectarii cornu recurvo, labio ſubulato integro.

Iaponice: Tſuru Sagi, it. Sure Sagi So.

Creſcit prope Miaco.

Floret Iunio.

Caulis ſubangulatus, glaber, ſpithamaeus.

Folia alterna, ſemiamplexicaulia, lanceolata, ſubcarinata integra, glabra, internodiis longiora, circiter ſex, digitalia, ſuperioribus anguſtioribus et brevioribus.

Flores ſpicati, nivei, plurimi.

Bracteae lanceolatae, longitudine floris.

Perianthium triphyllum: *folium* ſuperius dorſale, ovatum, concavum, erectum, integrum, duas lineas longum; *duo* inferiora lateralia, ſubtriangularia, concava, dependentia, magnitudine ſuperioris.

Corolla tripetala: *Petala* duo *ſuperiora* lateralia, lanceolata, erecta, galeam formantia, longitudine calycis; *inferius* bicorne: *cornu ſuperius* ſeu labellum cylindricum, parum attenuatum, dependens, unguiculare; *inferius* (ſeu nectarium anticum) cylindricum, ſenſim attenuatum, dependens, recurvatum, capſula triplo longius.

Antherae duae, ſeſſiles, ovatae, albae, ſtigmati inſertae.

Pollen pedunculatum, granulatum, flavum.

Stigma concavum.

falcata. O bulbis . . . ., cornu filiformi longiſſimo, foliis enſiformi-canaliculatis falcatis.

Iaponice: Iebine.

Creſcit extra Nagaſaki, in montibus inter frutices.

Fructus maturus Ianuario.

Folia radicalia plura, equitantia enſiformia, convoluta, revoluto-falcata, glabra, digitalia inferioribus brevioribus.

Scapus erectus, glaber, foliis brevior.

Flores ſpicati, terminales.

Nectarii cornu filiforme, curvum, pollicare.

OPHRYS.

nervoſa. O. bulbis . . . . ., ſcapo nudo angulato, foliis ovatis nervoſis, nectarii labio integro reflexo.

Iaponice: Gin Ran.

Creſcit iuxta Oſacca et Iedo.

Floret Iunio et Maio.

Folia ſubradicalia, alterna; vaginantia vagina ſulcata; multangulata; ovato-oblonga, acuta, undulata, concava, ſulcata, ſtriata, integra, glabra, erecta, palmaria, duos pollices lata, tria quatuor vel quinque.

Scapus baſi foliis cinctus, angulatus angulis acutis, glaber, erectus, foliis longior.

Flores in ſummitate ſcapi elongati ſpicati, alterni, cernui, purpurei.

Spica acute angulata, erecta, glabra, ſubſpithamaea.

Perianthium triphyllum: *laciniae* duae ſuperiores laterales et una infima horizontalis, aequales, lineares, marginibus apicibusque reflexis, unguiculares.

Corolla tripetala. *Petalum ſupremum* ovatum, medio geniculato-reflexum, baſi bicalloſum, ſulcatum, emarginatum, galeam formans, reliquis duplo latius; *duo inferiora* lateralia, baſi deflexa, inde reflexa, linearia, calycis foliolis ſimilia eiusdemque longitudine. *Calli* duo in petali ſupremi baſi inter petalum et ſtylum.

Cornu nectarii nullum.

Antherae duae, ſeſſiles, ſub apice ſtigmatis.

Stylus ſemicylindricus, verſus ſuperius petalum curvatus, lineam longus, albus.

Stigma obtuſum.

Capſula cylindrico-filiformis, torta, erecta, apice cernua, glabra, purpurea, unguicularis.

Bractea ſub ſingulo flore breviſſima, ovata, purpurea.

SERAPIAS.

erecta. S. bulbis . . . ., foliis ovatis amplexicaulibus, floribus erectis.

Iaponice: Kutjinawa Itſigo.

Caulis

Caulis erectus, ſubflexuoſus, angulatus, glaber, ſpithamaeus.

Folia circiter quinque, alterna, amplexicaulia; duo inferiora vaginiformia; duo intermedia ovata, acuta, integra, nervoſa, glabra, erecto-patula, pollicaria; ſupremum lanceolatum, nervoſum.

Flores terminales, ſpicati, erecti, albi, minuti.

longifolia. S. bulbis fibroſis, foliis enſiformibus ſeſſilibus, floribus pendulis.

Serapias longifolia. Linn. ſyſt. Nat. tom. 2. p. 679. Spec. Plant. p. 1345.

Iaponice: Skio Ran, it. Sju Ran.

Sju Ran. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 864.

falcata. S. bulbis . . . ., foliis enſiformibus convolutis falcatis, floribus erectis.

Iaponice: Kin Ran.

Creſcit in Monte Fakona, florens Aprili.

Caulis foliis vaginantibus tectus, ſpithamaeus.

Folia vaginantia, enſiformia, convoluta, acuta, nervoſa, integra, glabra, falcata, digitalia, circiter quinque.

Flores terminales, ſpicati, erecti.

LIMODORVM.

ſtriatum. L. ſcapo angulato glabro, foliis enſiformibus nervoſis, petalis lanceolatis: labio oblongo plano.

Iaponice: No Ran, aliis lamma Gibbooſi, Kaempf. Am. ex Faſc. V. p. 863, 864.

Creſcit in Saikokf.

Floret Iunio.

Folia radicalia plura, circiter 4 vel 5, vaginantia inferne ſcapum, enſiformia, integra, nervoſa, glabra, inaequalia, pollicem lata, ſpithamaea.

Scapus angulatus, glaber, purpureus, longitudine foliorum.

Flores in ſummitate ſcapi, racemoſi, plures, cernui.

Bracteae foliis ſimiles, ſenſim minores.

Perianthium triphyllum, aequale, vireſcens, glabrum, ſemiunguiculare: *laciniae* ovatae, erectae, concavae.

Corolla

Corolla tripetala. *Petala duo ſuperiora* aequalia, ovata, calycis longitudine, lutea, linea purpurea, concava. *Petalum inferius* ſeu labellum trifidum: *laciniae laterales* rotundatae, breviores, albae ſtriis rubris; *lacinia media* longior, concava, emarginata, inflexa, alba baſi purpurea, callis baſeos lateralibus duobus oblongis, purpureis.

Antherae duae, ſeſſiles, ſtigmatis dorſo inſertae, ſupra ſtigma reflexae, vireſcentes.

Stylus filiformis, parum curvatus, albus, corolla quadruplo brevior.

Stigma bifido-concavum, album.

Capſula cylindrico-clavata, parum torta, ſtriata, viridi-purpuraſcens, glabra, cernua, unguicularis.

enſatum.L. ſcapo tereti laevi, foliis enſiformibus ſtriatis, petalis lanceolatis glabris: labio recurvolatiore.

Epidendrum enſifolium. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 682. ſpec. Plant. p. 1352.

Japonice: Ran et lamma Ran.

Ran vulgo et Litteratis. Kaempf. Am. ex Faſcic. V. p. 863.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Floret Auguſto.

Folia enſiformia, canaliculata, craſſiuſcula, ſtricta, nervoſa, glabra erecta.

Scapus teres, ſimplex, glaber, inferne geniculatus, ſuperne florens, bracteatus, longitudine foliorum.

Bracteae inferiores vaginantes genicula; ſuperiores lineares, concavae, ferrugineae, ſenſim minores.

Perianthium triphyllum, aequale, viridiluteum: *foliola* oblonga, obtuſa, plana, patentia, intus rubro-ſtriata.

Corolla tripetala, inaequalis. *Petala* duo *ſuperiora* aequalia, calyci ſimilia, erecta, galeam incompletam formantia. *Infimum* oblongum: margine a baſi ad medium exſtante cum lacuna media longitudinali; apice deflexum, obtuſiſſimum, purpureo-maculatum, longitudine calycis.

Antherae duae, ſub ſtigmatis apice inſertae, flavae.

Stylus curvus, dorſo convexus, flavus; antice concavus, purpureo-maculatus, unguicularis.

Stigma

Stigma obtuſum.
Capſula cylindrica, torta, ſtriata, longitudine calycis.

CYPRIPEDIVM.

Iaponicum. C. foliis caulinis ſubrotundis ſuboppoſitis nervoſis.
Japonice: Fotei So, it. Kumagaji ſo.
Creſcit prope Iedo.
Floret Aprili, Maio.
Caulis teres, erectus, villoſus, pedalis.
Folia in medio caule duo, amplexicaulia, ſuboppoſita, ſubrotunda, acuta, ſinuato-undulata, nervoſa, glabra, palmam lata. Infra florem foliolum ſeſſile, ſolitarium, oblongum, acutum, integrum, vix pollicare.
Flos terminalis, ſolitarius, magnitudine floris calceoli.

Calceolus. C. foliis caulinis oblongis alternis.
Cypripedium Calceolus. Linn. Spec. Plant. p. 1346.
Japonice: Atsmori So.
Creſcit hinc inde.

EPIDENDRUM.

monile. E. ſcapo tereti ſtriato moniliformi-articulato ſimplici, foliis linearibus acutis.
Epidendrum moniliforme. Linn. ſpec. Plant. p. 1352.
Japonice: Sekikokf et Fu Ran. Kaempf. Am. ex Faſcic. V. p. 865.
Creſcit vulgare in muris et ſepibus.
Flores albi.

teres. E. caule vaginato decumbente, foliis teretibus glabris.
Radices plures, filiformes, flexuoſi, repentes.
Caulis rudimentis foliorum vaginatus, decumbens.
Folia alterna, carnoſa, teretia, acuta, glabra, digitalia.
Flores nunquam vidi.

CLAS-

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

OSYRIS.

Iaponi-ca. O. foliis ovatis floriferis.
Iaponice: Fanna ſkada, it. Mamaku.
Creſcit in montibus Fakoniae.
Florere incipit menſe Maii.
Caulis fruticoſus, tuberculatus, orgyalis.
Rami alterni, flexi, teretes, erecti, glabri.
Folia alterna, in apicibus frequentia, petiolata, ovata, acuminata, ſerrata ſerraturis ſetaceis, neruoſa, ſubtus pallidiora, utrinque glabra, inaequalia, pollicaria et ultra.
Petioli foliis triplo breviores.
Flores e nervo medio foliorum paginae ſuperioris umbellati, maſculi et feminei diſtincti in diſtincta arbore.
Umbella ſimplex, circiter octiflora absque involucro.
Pedunculi capillares, inaequales, glabri, lineam longi.
♂ *Perianthium* 1-phyllum, tripartitum, glabrum: *laciniae* ovatae, concavae.
Corolla nulla.
Filamenta tria, inter lacinias calycis inſerta, calyce breviora.
Antherae rotundae, didymae.
Flores femineos non vidi.
Forſan novum et diſtinctum genus; quamdiu vero femina ignota eſt, ab Oſyri ſeparare non debeo.
Folia pro cibo praeparari edulia incolae narrabant.

VALERIANA.

offici-nalis. V. floribus triandris, foliis omnibus pinnatis.
Valeriana officinalis. Linn. ſpec. Pl. p. 45.

Iapo-

Iaponice: Ominamiſi, it. Sijro banna. Kaempf. Am. ex Faſc. V. p. 685.
Creſcit in montibus Fakoniae, iuxta Nagaſaki, alibi.
Floret Maio, Iunio.

villoſa. V. floribus tetrandris aequalibus, foliis inferioribus auriculatis, ſuperioribus dentatis, villoſis.
Iaponice: Faiſo, vulgo Otokobeſi, it. Ominamiſj et Sjirobanna.
Creſcit in Iedo, Nagaſaki, alibi.
Floret Septembri, Octobri.
Radix fibroſa.
Planta tota caule, foliis et panicula florum denſe hirſuta.
Caulis ſimplex, erectus, pedalis.
Folia radicalia petiolata, aggregata, ovata, auriculato-lyrata, palmaria. *Lobi infimi* in medio petioli duo, alterni, lineares, integri, lineam longi, ſaepe deficientes. *Lobi auriculati* in apice petioli duo, oppoſiti, ovati, dentati, ſemipollicares. *Lobus terminalis* maximus, ovatus, inaequaliter inciſo-ſerratus, nervoſus, pollicem latus, bipollicaris.
.... *caulina* ſeſſilia, oppoſita, ovata, acuta, inciſo-ſub-lyrata, dentata, ſemipollicaria.
Petiolus compreſſus, in folium ſenſim dilatatus.
Flores axillares et terminales, paniculati.
Panicula trichotoma, compoſita.
Bracteae lineares.
Corolla ſubrotata, flava.
Filamenta 4, filiformia.
Antherae ovatae, didymae.
Stylus filiformis, ſtaminibus brevior.
Stigma cyathiforme.
Differt a V. ſibirica: foliis auritis et hirſutie totius plantae.

FICVS.

Carica. F. foliis palmatis.
Ficus carica. Linn. ſpec. Plant. p. 1513.
Iaponice: Too Kaki.
Creſcit in Nagaſaki et alibi, huc a Portugallis olim allata.

F. fo-

Flor. Lap. p. 32. Tab.



VALERIANA villoſa.

S. N. Caſström del.

Iapo

Creſ
Flor

villoſa. V. fic

Iapo

Creſ
Flor
Radi
Plan

Caul
Folia

....

Petio
Flore
Panic
Bract
Corol
Filam
Anthe
Stylus
Stigm
Differ
l

Carica. F. fol
Ficus
Iapon
Creſci
a

pumila. F. foliis ovatis acutis integris, caule repente.
Ficus pumila. Linn ſpec. Plant. p. 1515.
Creſcit circum Nagaſaki, in Papenberg et utroque Koſido, alibique.
Floret Auguſto, Septembri, Octobri.
Duplex huius occurrit varietas:
α. Mame Tſuta ſiue Teika Kadſura, vulgo Inu Itab. Inu Itabu. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 803 fig. p. 804.
β. Itabu. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 803.

Videtur β. a Ficu pumila α. diverſa eſſe ſpecies; differt enim:
1. foliis maioribus, auctioribus, minus reticulatis, tenuioribus.
2. fructibus minoribus, dulcioribus, edulibus.

Diſtingui tamen ſpecie non poteſt; convenit enim:
a. ſtria elevata ramorum prope folia.
b. fructibus axillaribus, pedunculatis, ſolitariis.
c. caule repente.
d. foliis ſubtus pallidioribus, reticulatis.

I R I S.

ſqualens. I. barbata foliis enſiformibus erectis glabris brevioribus, ſcapo multifloro, petalis deflexis replicatis.
Iris ſqualens. Linn. ſp. Pl. p. 56.
Iaponice: Saga, it. Siaga.
Siaga. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 872.
Creſcit ubique locis montoſis et humidis, vulgaris.
Floret Aprili, Maio.

Sibirica. I. imberbis foliis linearibus, ſcapo ſubtrifloro tereti, germinibus trigonis.
Iris ſibirica. Linn. ſp. Pl. p. 57.
Iaponice: Barin.
Farin, vulgo Buran, it. Reſo Kjoſa. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 872?
Kaki Tſubatta. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 872.
Creſcit in regionibus Fakoniae.

Floret Aprili.

Flores in meo ſpecimine caerulei ſpathis ferrugineis, longis, acutis.

verſicolor. I. imberbis foliis enſiformibus, ſcapo tereti flexuoſo, germinibus ſubtrigonis.

Iris verſicolor Linn. ſpec. Pl. p. 57.

Iaponice: Ajame et Ajami.

Sju vulgo Soobu. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 900.

Floret Aprili.

Flores magni, caerulei.

Obs. in I. ſqualente et verſicolore meis corolla tubo inſtructa! uti Ixiae.

graminea. I. imberbis foliis linearibus, ſcapo ſubbifloro ancipiti, germinibus hexagonis.

Iris graminea. Linn. ſp. Pl. p. 58.

Folia ad baſin aggregata, inaequalia, ſcapo breviora.

Scapus folio unico circiter gaudet.

MORAEA.

chinenſis. M. ſcapo tereti, foliis alternis equitantibus enſiformibus, panicula dichotoma.

Ixia chinenſis. Linn. ſp. Pl p. 52.

Iaponice: Iakan, vulgo Karaſu Oogi et Fi Oogi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 872.

Scapus teres, fiſtuloſus, articulatus, erectus, inferne ſimplex, ſuperne paniculato-dichotomus vel trichotomus, glaber, digitum fere craſſus, bipedalis.

Folia alterna, amplexicaulia, equitantia, enſiformia, acuta, integra, ſtriata, glabra, inferiora paullo longiora, caule fere duplo breviora, ſpithamaea et ultra.

Flores ex apicibus ramorum paniculae umbellati, 3 usque 7, pedunculati.

Pedunculi ſtriati, uniflori, pollicares.

Spatha ſub dichotomiis et umbella emarcida.

Corolla 6-petala, infima tantum baſi, ut in Iridibus, commata, flavo-purpurea, maculata. *Vngues* anguſti; *lamina* oblonga, patula, obtuſa, integra, internis paulo anguſtioribus.

Fil-

Filamenta tria, capillaria.
Antherae lineares.
Capſula oblonga, trivalvis, trilocularis.
Ad Ixias referri non poteſt, ob corollam minime tubuloſam, ſed hexapetalam.

COMMELINA.

commu-nis. C. corollis inaequalibus, foliis ovato lanceolatis-acutis, caule repente glabro.
Commelina communis. Linn. ſp. Pl. p. 60.
Iaponice: Koo Seki, Iaragara, Skiguſa, Tſuguſa et Aſango, it. Tſujukuſa.
Koo Seki, vulgo Skiguſa et Tſuguſa, aliis Aſango. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 888. fig. p. 889.
Creſcit in Dezima et prope Nagaſaki copioſe, inque utraque inſula Koſido dicta.
Floret Auguſto, Septembri, Octobri.
Uſus florum pro ultramarino conficiendo. Petala cum furfure oryzae mixta humectantur et maſſa paullo poſt exprimitur. Expreſſo ſucco immergitur charta pura et humectata ſiccatur, vicibus toties iteratis, donec ipſa charta pro colore valeat.

KYLLINGA.

mono-cephala. K. capitulo ſolitario triphyllo.
Schoenus coloratus. Linn. ſpec. Pl. p. 64.
Kyllinga monocephala. Linn. ſupplem. Syſt. p. 104.
Radix ſarmentoſa.
Folia canaliculata, integra, glabra, digitalia.
Culmi trigoni, ſtriati, glabri, foliis breviores.
Capitulum terminale, indiviſum, ſolitarium, magnitudine piſi, triphyllum.
Folia floralia, tria, inaequalia.

triceps. K. capitulis tribus aggregatis triphyllis.
Kyllinga triceps. Linn. ſuppl. p. 104.
Folia culmo breviora.
Culmus teres, ſtriatus, glaber, ſpithamaeus.
Capitula tria, aggregata, ovata, triphylla.
Folia floralia tria, inaequalia.

CYPERVS.

rotundus. C. culmo trigono ſubnudo, umbella decompoſita, ſpicis alternis linearibus.

Cyperus rotundus. Linn. ſp. Pl. p. 67.

Iaponice: Kobuſi, it. Sanrio.

Creſcit circum Nagaſaki inque Dezima.

Floret Auguſto, Septembri.

Iria. C. culmo triquetro ſeminudo, umbella folioſa, pedunculis inaequalibus ſubumbelliferis, floſculis diſtinctis.

Cyperus Iria. Linn. ſp. Pl. p. 67.

Umbella ſimplex, multiradiata.

Pedunculi alii breves, alii longiſſimi, paniculati ſpiculis alternis, floſculo ſingulo ab altero remoto, quod gramen reddit elegantiſſimum.

ſtrigoſus. C. culmo trigono nudo, umbella ſimplici, ſpicis linearibus, floribus conſertis horizontalibus.

Cuperus ſtrigoſus. Linn. ſp. Pl. p. 69.

Radix ſubrotunda, fibroſa.

Culmus trigonus, ſtriatus, glaber, inferne foliis vaginatus, pedalis.

Folia canaliculata, integra, glabra, culmo breviora.

Flores umbellati.

Umbella ſimplex, involucrata.

Involucrum polyphyllum, foliis 5, usque 7, inaequalibus, umbella longioribus.

Spicae circiter octo, lineares.

Floſculi ſubteretes, acuti, confertiſſimi, horizontales.

SCIRPVS.

articulatus. S. culmo tereti nudo articulato ſtriato, capitulo glomerato laterali.

Scirpus articulatus. Linn. ſp. Pl. p. 70.

Iaponice: Boſſai, vulgo Kwai. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 827.

Radix faſciculata, fibroſa, edulis.

Culmi plures, teretes, articulis pollicaribus abrupti, ſtria-

ſtriati, glabri, tubuloſi, pedales et ultra. Inter articulos diſtinctos ſtriae approximatae, obſoletae. *Flores* non vidi.

lacuſtris. S. culmo tereti nudo, ſpicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus.
Scirpus lacuſtris. Linn. ſpec. Pl. p. 72.
Iaponice: Futo Ii, it. Sukumo.
Creſcit in aquis, in regionibus Fakoniae.
Floret Maio.

miliaceus. S. culmo trigono nudo, umbella ſupradecompoſita, ſpicis intermediis ſeſſilibus, involucro ſetaceo.
Scirpus miliaceus. Linn. ſp. Pl. p. 75.

Z E A.

Mays. Zea.
Zea Mays. Linn. ſp. Pl. p. 1378.
Iaponice: Sjo Kuſo, vulgo Too Kibbi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 834.
Colitur prope Nagaſaki, a Chinenſibus forſan primum in regnum hocce illata.
Floret Iunio.

C O I X.

Lacryma. Coix.
Coix Lacryma Iobi. Linn. ſp. Pl. p. 1378.
Iaponice: Iokui et Iokui Nin, vulgo Dſud-Sudama Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 834.
Creſcit iuxta Nagaſaki copioſe, in inſula Dezima alibique.
Floret Auguſto, Septembri.

C A R E X.

vulpina. C. ſpica ſupradecompoſita inferne laxiore: ſpiculis androgynis ovatis ſeſſilibus glomeratis: ſuperne maſculis.
Carex vulpina. Linn. ſp. Plant. p. 1382.

remota. C. ſpicis androgynis ſubſeſſilibus ovatis remotis, foliis floralibus longiſſimis.

Carex remota. Linn. ſp. Pl. p. 1383.
Creſcit in inſula Nipon iuxta vias.
Floret Iunio.
Folia ſuperiora, in quorum alae florum ſpicae ſubrotundae, longa, laxa, culmum fere aequantia, ſenſim breviora.

brunnea. C. ſpicis androgynis pedunculatis linearibus, ſuperne maſculis.
Folia linearia, apice attenuata, ſtriata, nervo medio elevato, integra, glabra, erecta, culmo longiora.
Culmus trigonus, glaber, pedalis.
Flores ſpicati.
Spicae pedunculatae, erectae, lineares, acutae, inferne femineae, ſuperne maſculae, brunneae, glabrae, ſemipollicares, plurimae, circiter duodecim.
Pedunculi capillares.
Calycis glumae, ovatae, acutae.

triſtachya. C. ſpicis monoicis tribus ſeſſilibus linearibus, maſcula longiore.
Iaponice: No buki.
Folia unicum vel duo, in culmo alterna, linearia, glabra, reflexa, brevia.
Culmus trigonus capillaris, ſtriatus, glaber, erectus, palmaris.
Spicae terminales, tres, ſeſſiles, lineares: *femineae* inferiores duplo breviores; *maſcula* longior.
Bractea monophylla, ſpicis brevior.

Japonica. C. ſpicis monoicis pedunculatis erectis: femineis pedunculatis ovatis; maſcula terminali lineari.
Creſcit in inſula Nipon.
Floret Iunio.
Radix fibroſa.
Culmus folioſus, trigonus, erectus, debilis, glaber, ſpithamaeus.
Folia alterna, vaginantia, glabra, erecta, ſuperiora culmum ſuperantia, inferiora culmo breviora.
Spicae monoicae; *femineae* duae vel tres, pedunculatae, erectae, ovatae, bracteatae, *maſcula* terminalis, linearis, longior.

Aſſi-

Affinis C. limoſae; diſtinguitur autem:

α. ſpicis erectis.

β. glumis viridibus magisque acutis.

caeſpitoſa. C. ſpicis monoicis ternis ſubſeſſilibus erectis cylindricis, maſcula terminali, culmo trigono.

Carex caeſpitoſa. Linn. ſp. Pl. p. 1388.

Creſcit in marginibus et foſſis viarum ſatis vulgaris.

Floret Aprili.

pumila. C. ſpicis maſculis duabus terminalibus ſeſſilibus, femineis duabus pedunculatis oblongis erectis.

Creſcit in arenoſis iuxta viarum margines in inſula Nipon, rarius.

Floret Maio, Iunio.

Culmus breuiſſimus, ſubnullus.

Folia culmo longiora, linearia, attenuata, convoluta, glabra.

Spicae monoicae: *femineae* duae, pedunculatae, oblongae, glabrae, glumis turgidis ovatis acutis glabris; *maſculae* duae, lineares: inferior ſeſſilis, minor; ſuperior duplo longior, terminalis.

Vix characteribus a C. veſicaria diſtinguenda; manifeſte tamen ab illa differt eo, quod ſit fere acaulis, ut ſpicae tantum ſupra terrae ſuperficiem eleventur, dum veſicaria longiſſima eſt.

DIGYNIA.

ANDROPOGON.

caricoſum. A. ſpica ſolitaria, ſeminibus hirſutis, ariſtis nudis concontortis.

Andropogon caricoſum. Linn. ſpec. Pl. p. 1480.

Gramen caricoſum. Rumph. Herbar. Amboin. tom. 6. pag. 17. tab. 7. fig. 2. litt. A.

Culmus ſimplex vel ramoſus, teres, geniculatus, glaber, bipedalis et ultra.

Folia alterna, vaginantia vaginis fauce hirſutis, enſiformia, integra, piloſa, digitalia.

Spicae terminales, ſolitariae, hirſutae, digitales.

Semina hirſutie ferruginea tota tecta.

Ariſta nuda, cortorta, patens, flore longior.

crinitum. A. ſpica ſolitaria hirſuta, ariſtis nudis geniculatis longiſſimis.

Radices filiformes, faſciculatae.

Culmi plures, ſimplices et ramoſi, inferne filiformes, ſuperne capillares, articulati, erecti, glabri, ſpithamaei usque pedales.

Rami alterni, culmo ſimiles, interdum ramuloſi.

Folia alterna, ad genicula villoſa, glabra, integra, digitalia.

Spicae ſolitariae, rariſſime geminae, lineares, pollicares.

Rachis ad ſinguli floris inſertionem villoſa villis ſtellatis brevibus albis.

Calycinae glumae glabrae.

Ariſta baſi geniculata genu rufeſcente, inde capillaris, tenuiſſima, horizontaliter patens, nuda, flore multoties longior.

ciliatum. A. panicula cernua, calyce exteriori multifloro ciliato, ariſtis contortis piloſis.

Iaponice: Karo Kaja.

Creſcit in montibus Nagaſaki.

Floret Septembri.

Culmus teres, articulatus, ſimplex, erectus, bipedalis.

Folia vaginantia, pilis ſparſis longis imprimis prope genicula piloſa, ſtriata, longitudine culmi.

Flores paniculati panicula nutante.

Calyx extimus ſeu involucrum convolutum, baſi ciliatum, glabrum, acuminatum, floribus duplo longius.

- - *proprius* biglumis, aequalis, muticus: glumis lanceolatis, villoſis.

Lanu-



ANDROPOGON *crinitum.*

S. N. Caſtröm del.

*crini-
tum.*

*cilia-
tum.*

Lanu-

Lanugo extra calycem proprium ferruginea, calyce brevior.
Corolla bivalvis: altera valvula calyce paullo minor; altera ſubnulla, ſed eius loco ariſta villoſa, contorta, patens, longitudine involucri.
Filamenta tria, breviſſima.
Antherae lineares.
Piſtilla duo, ſterilium florum filiformia, longitudine calycis.
Floſculi ſteriles plures ſunt.

ſerratum. A. panicula laxa: floſculo altero ſeſſili, altero pedicellato, pedicellis hirſutis.
Culmus ſimplex, teres, erectus, glaber, tripedalis.
Folia venoſa, glabra, ore vaginarum hirſuto, ciliato-ſerrata.
Panicula laxa, ferruginea, ſpithamaea.
Pedunculi capillares, flexuoſi, erecti, glabri.
Floſculi in dentibus pedunculorum bini; alter ſeſſilis, baſi villoſus; alter pedicellatus; pedicello villoſo, ferrugineo, calyce breviore.
Calyces inferne nigri, piloſi, ſuperne glabri.
Ariſta contorta, glabra, flore quadruplo longior, decidua.

coruliferum. A. panicula patula villoſa, ariſta tortili nuda, pedicellis incraſſatis patheriformibus.
Culmus teres, ſtriatus, glaber, ſimplex, articulatus, craſſitie digiti, bipedalis.
Folia vaginantia, fauce villoſa, linearia, nervoſa, marginata, margine tenuiſſime ſerrulata, glabra, pedalia.
Panicula patula, ſupradecompoſita floſculis deciduis.
Pedunculi capillares, flexuoſi.
Pedicelli breviſſimi, apice clavati, patheriformes.
Rachis flexuoſa, denticulis villoſis.
Calycis gluma lanceolata, acuminata, ſtriata, villoſa, ſcabra.
Ariſta tortilis, geniculata, nuda, patens, calyce duplo longior.

Singulare gramen eo, quod omnes pedicelli apice concavi pro excipiendo flore.

HOLCVS.

Sorghum. H. glumis villoſis, ſeminibus ariſtatis.
Holcus Sorghum. Linn. ſpec. Plant. p. 1484.
Iaponice: Sioku, vulgo Kibi, it. Kimmi et Kimmi Kibi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 834.
Creſcit in Nagaſaki, Koſido et aliis montibus cultum.
Semina edulia.

SACCHARVM.

ſpicatum. S. panicula ſpicata cylindrica, foliis linearibus.
Saccharum ſpicatum. Linn. ſpec. Pl. p. 79.
Iaponice: Boo, vulgo Tſubanna.
Boo, vulgo Tſubanna. Kaempf. Am. ex. Faſcic. V. p. 899. an?
Creſcit in Inſula Nipon ubique vulgare, locis humidis, iuxta rivos et alibi.
Floret Aprili, Maio, Iunio.
Culmus ſimplex, pedalis et bipedalis, erectus.
Folia lineari-enſiformia, integra, glabra, non undulata.
Flores non ſpicati, ſed paniculati.
Panicula coarctata, ſpicata, ovata vel cylindrica, bipollicaris usque ſpithamaea.

officinarum. S. panicula patula, ramoſiſſima.
Saccharum officinarum. Linn. ſp. Pl. p. 79.
Iaponice: Kaanſia, vulgo Sato Dake. Kaempf. Am. ex. Faſcic. V. p. 899.

polydactylon. S. racemis faſciculatis, petalis ciliatis: exterioribus ariſtatis.
Andropogon polydactylon. Linn. ſpec. Pl. p. 1483.
Iaponice: Kaja, it. Boo, vulgo Obanna et Suſſuki.
Fuku, vulgo Tſikuſits, Tſikube, Saſadſitj. Saſa meguri. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 899.
Boo, vulgo Obanna. Suſſukki. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 899.

Varie-

Varietas duplex huius occurrit.

α) *Creſcit* in aquis prope littora e regione Nagaſaki.

Floret Iulio.

Culmus fruteſcens, teres, glaber, ſimplex, orgyalis.

Folia lineari-enſiformia, apice ſenſim attenuata, ſerrata, glabra, ſtriata: coſta media craſſa, carinata, integra.

Flores paniculati.

Panicula patula, rarius et parum ramoſa, ſed racemi capillares, flexuoſi, glabri, longiſſimi, usque ſpithamaei.

Pedicelli alternatim gemini, recurvi, uniflori, glabri; altero lineam longo, altero duplo breviore.

Calyx biglumis, glaber. Glumae aequales, acutae.

Corolla 2-valvis, tenuis; valvula altera intra alteram calycis glumam recondita, mutica, altera ariſtata.

Ariſta parum tortilis, calyce duplo longior.

Pappus ad baſin exteriorem calycis circumvallatus, piloſus, erectus, inaequalis, albus, calyce paullo longior.

Stamina nulla in toto meo ſpecimine reperire potui.

Germen ſuperum.

Styli duo, filiformes, breves.

Stigmata oblonga, barbata, purpurea, longitudine calycis.

β) *Creſcit* circum Nagaſaki.

Floret Septembri.

Culmus fruteſcens, teres, glaber, vaginatus, ſimplex, tripedalis.

Folia enſiformia, attenuata verſus apicem, ſerrata, ſtriata, glabra; coſta media carinata, obtuſa, integra.

Flores paniculati.

Panicula ſimplex, patens.

Racemi ſimplices, longi, faſciculati, virgati, vel ſubfaſtigiati, angulati, glabri, ſpithamaei.

Pedunculi alternatim bini, uniflori, lineam longi altero breviore.

Calyx biglumis, glaber: glumae aequales, muticae.

Corolla

Corolla bivalvis: valvulae aequales, tenuiſſimae, ciliatae; altera ariſtata.

Ariſta in flore longius pedunculato brevior, in flore brevius pedunculato duplo longior calyce, tortilis, ex apice ſemper ipſius corollae.

Pappus ut in priori *α*.

Omnes floſculos ſtaminibus et piſtillis inſtructos inveni, adeoque Polygamia heic nulla.

Filamenta tria, brevia antheris linearibus.

Styli duo, capillares.

Stigmata barbata, purpuraſcentia, longitudine calycis.

PHALARIS.

arundinacea. P. panicula oblonga ventricoſa.
Phalaris arundinacea. Linn. ſp. Pl. p. 80.

Iaponice: Simakaja et Simogaja, it. Sima Kariaſu.

Dſin, vulgo Karrias. Kakkina. Arai. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 899.

Creſcit iuxta Miaco et alibi.

Varietatem β. foliis albo-variegatis tantum inveni.

oryzoides. P. panicula patula, glumarum carinis ciliatis.
Phalaris oryzoides. Linn. ſp. Pl. p. 81.

Glumarum carinae et margines in meo ſpecimine pectinato-ciliatae.

hiſpida. P. ſpicis digitatis, glumis ſcabris, foliis ovatis.

Culmi capillares, decumbentes, apice erecti, articulati, glabri, ramoſi, pedales.

Folia vaginantia vaginis glanduloſo-piloſis, ſubcordata, ovata, acuta, margine glanduloſo-ciliata, glabra, patula, vix pollicaria.

Spicae digitatae, plures, tres usque ſex, unguiculares.

Rachis flexuoſa, glabra.

Floſculi ſeſſiles, alterni, imbricati, interſtitiis rachidis duplo longiores.

Calycina gluma lanceolata, acuta, convoluta, lineata, ciliato-hiſpida, uniflora.

In meo ſpecimine calycina gluma videbatur eſſe uniglumis.

Differre omninò videtur a P. Zizanioide.

PASPA-

rnis

pec.

a li-

du-

nu-

du-


cu-
i.

vil-

di-

ni-

Varie-



PASPALUM *villoſum*.

PASPALVM.

diſſe-ctum. P. ſpicis alternis, rachi membranacea, floribus alternis apice piloſis.

Paſpalum diſſectum. Linn. Syſt. Nat. tom. 2. p. 89. ſpec. Plant. p. 81.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Folia in meo ſpecimine valde piloſa.

Calycis interior gluma convexa, laevis; exterior plana linea elevata.

villo-ſum. P. ſpicis alternis ſecundis, rachi hirſuta, floribus duplici ordine alternis ſecundis.

Iaponice: i Iuu, vulgo Fankuſa. Ienokonkuſa, it. Inubie. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 899.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Floret Iulio.

Culmus glaber, tripedalis.

Folia ſubſcabrida, glabra, ſtriata, brevia.

Spicae tres ſeu quatuor, alternae, ſecundae floſculis duplici ordine, alternis, ſecundis.

Rachis valde hirſuta.

Calycinae glumae aequales, aequivalves, ovatae, acutae, villoſae, pallidae linea triplici elevata viridi.

Differt I. a P. *diſſecto*: α. rachide hirſuta.
β. floribus ovatis, acutis, villoſis.

II. a P. *virgato*: a. magnitudine minori.
b. floribus alternis duplici ordine tantum.

PANICVM.

verticil-latum. P. ſpica verticillata, ramulis quaternis, involucellis unifloris biſetis, culmis diffuſis.

Panicum verticillatum. Linn. ſp. Pl. p. 82.

Varie-

Varietas duplex huius eſt:

α. maior, panicula magis diviſa, longiori et craſſiori.

Iaponice: Dſjcku, vulgo Awa. Kaempf. Am. ex. Faſcic. V. p. 835.

Creſcit prope Nagaſaki, in Koſido, alibi.

Colitur ob ſemina edulia.

Folia longitudine culmi vaginis glabris, valde ſtriatis.

Panicula ſpicata, pollicem craſſa, ſpithamaea et ultra, racemis ſecundis, frequentibus.

Rachis flexuoſa, ſtriata, villoſa.

Farina ſeminum cum aqua in pultem et placentulas redigitur, quae cum rubicunda pulte ſeminum Satſuki illinitae a peregrinatoribus comeduntur.

β. minor.

Iaponice: Fai, vulgo Fije. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 835.

Creſcit iuxta Nagaſaki et in Koſido.

Folia culmo breviora vaginis villoſis.

Panicula ſpicata, cylindrica, ſemidigitalis.

Racemi ſubſimplices.

Rachis ſtriata, valde hirſuta.

Semina undulato-rugoſa.

Differre videtur ſpecie a priori, ſed vix diſtingui poteſt.

hirtellum. P. ſpica compoſita: ſpiculis adpreſſis alternis, calycibus geminis, valvulis omnibus ariſtatis, ariſta extima longiſſima.

Panicum hirtellum. Linn. ſp. Pl. p. 83.

Corvi. P. ſpicis alternis ſecundis, ſpiculis ſubdiviſis, glumis ſubariſtatis hiſpidis, rachi trigona.

Panicum crus corvi. Linn. ſpec. Pl. p. 84.

Iaponice: Ko Kibi.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

hordeiforme. P. racemo ſpicato ſimplici, floſculis ariſtis circumvallatis, culmo ſimplici.

Alopecurus hordeiformis. Linn. ſpec. Pl. p. 90.

Creſcit

Creſcit in regionibus Nagaſaki et Koſido; item in Indiae orientalis plurimis regionibus atque in promontorio bonae ſpei Africes.

Floret in Japonia menſibus Auguſti, Septembris et Octobri.

Culmus teres, glaber, infra racemum villoſus, bipedalis et ultra.

Folia linearia, integra, ſtriata, glabra, culmo paullo longiora.

Racemus diſtichus vel ſubſecundus, ſpithamaeus.

Rachis ſtriata, villoſa.

Pedunculi ſparſi, baſi gibbi, ſimplices, uniflori, rarius biflori, erecto-patuli, villoſi, lineam longi, terminati in ariſtas verticillatas, 12 usque 16, inaequales, tortuoſas, ſcabras, purpureas, floſculo ſexies longiores, patentes.

Calyx 3-glumis. *Glumae interiores* aequales, oblongae, ſtriatae; lineam longae. *Exterior* dorſalis ovata, acuta, carinata carina viridi, dimidio brevior. Praeter has glumas adhuc e latere oppoſito valvulae dorſalis videtur valvula minima ad baſin, ovata, obtuſa, flore octies vel decies brevior.

Antherae exſertae, cruciatae, purpureae.

Stigmata exſerta, penicilliformia, purpurea.

Ad Alopecuros minime referri poteſt, corolla enim non ariſtata, nec calycis glumae aequales.

Habitus omnino Panici ariſtis circumvallatis uti in Panico alopecuroide, hirtello, galli, corvi, glauco, verticillato et aliis.

Differt a Panico alopecuroide:

1. ariſtis ſcabris, nec plumoſis.
2. pedunculis unifloris, rariſſime bifloris.

Variat valde hoc gramen in diverſis locis,

α. ſpecimen collegi in promontorio bonae ſpei culmo vix pedali, geniculato; foliis breviſſimis; racemo ſpicato, cylindrico, digitali; pedun-

pedunculis breviſſimis: ariſtis flaveſcentibus floſculo triplo longioribus.

β. ſpecimen aliud inveni etiam in Capite bonae ſpei culmo tripedali, erecto, nec geniculato; foliis culmum ſubaequantibus; racemo ſpicato, cylindrico, ſpithamaeo; pedunculis breviſſimis, ariſtis flaveſcentibus floſculo triplo longioribus.

γ. Specimen e Iaponia adlatum reliquis longe pulcrius eſt culmo bipedali, erecto, nec geniculato; foliis culmo longioribus; racemo ſubſpicato, laxiori, ſpithamaeo; pedunculis longitudine floſculorum diſtiche patulis; ariſtis purpureis floſculo ſexies longioribus. Simile ſpecimen, ſed paullo minus miſſum mihi fuit e Macas Chinae, a Domino Pet. Ioh. Bladh.

Gramen japonicum diſtinctum quidem facie videtur a capenſi et indico, ſed termini diſtinguentes non dantur; differunt tantum magnitudine, colore et proportione, in ceteris conveniunt.

filiforme. P. ſpicis ſubdigitatis approximatis erectis filiformibus, rachi flexuoſa, dentibus biſloris: altero ſeſſili.

Panicum filiforme. Linn. ſpec. Pl. p. 85.

Creſcit in Dezima, prope Nagaſaki, in Koſido.

Floret Auguſto, Septembri.

groſſarium. P. paniculae ramis ſimplicibus, floribus geminis, pedicello altero breviſſimo, altero longitudine floris.

Panicum groſſarium. Linn. ſp. Pl. p. 86.

Culmus ſimplex vel ramoſus, bipedalis et ultra.

Folia vaginantia vaginis ciliatis, enſiformia,


Panicula patula, compoſita.

Pedunculi capillares, flexuoſi, glabri.

E ſingulo dente floſculi duo, alter ſubſeſſilis, alter pedicellatus.

ALO-

Flor. Jap. p. 48. Tab. 9.



4

fi
m

g
ri

ALO-

ALOPECVRVS.

genicu-latus. A. culmo ſpicato geniculato.
Alopecurus geniculatus. Linn. ſpec. Plant. p. 89.
Creſcit in foſſis iuxta vias hinc inde.
Floret Aprili.

MILIVM.

globo-ſum. M. panicula patula, glumis muticis, pedicellis cingulo luteo.
Culmus ſimplex, erectus, pedalis et ultra.
Folia vaginantia vaginis fauce et marginibus ciliatis, lanceolata, ſtriata, ſcabra, integra, marginata, patula, vix digitalia.
Panicula patula, ſubovata.
Pedunculi et pedicelli capillares, flexuoſi, infra apicem cingulo luteo notati.
Calyces ovati, obtuſi, mutici, glabri, fuſco-virides.

AGROSTIS.

ciliata. A. panicula mutica, gluma calycina angulata ciliata.
Culmus ſimplex, teres, erectus, glaber, bipedalis.
Folia vaginantia vaginis fauce margineque punctatis ciliatisque, attenuata, ſtriata, ſcabra, culmo breviora.
Panicula congeſta, pedalis; pedunculis filiformibus, virgatis, angulatis, ciliatis.
Floſculi breviter pedicellati, adpreſſi.
Pedicelli angulati, ciliati.
Calycina gluma lanceolata, acuta, mutica, angulata angulis ciliatis.

P O A.

hirta. P. panicula patula, vaginis foliorum punctato-ciliatis.
Radix fibroſa.


Culmus teres, ſimplex, erectus, glaber, tripedalis.
Folia longe vaginantia vaginis totis punctato-ciliati[s] enſiformia, integra, ſtriata, punctato-ciliata.
Panicula patula, virgata, pedalis.
Pedunculi angulati angulis ciliato-ſcabris.
Pedicelli breviſſimi, adpreſſi.
Calyces ſubtriflori, angulati, carina media tenuiſſim[e] ſerrulata.

trivialis. P. panicula patula, ſpiculis trifloris baſi pubeſcentibu[s] culmo tereti erecto.
Poa trivialis. Linn. ſp. Pl. p. 99.
Creſcit paſſim iuxta margines agrorum.

ferruginea. P. panicula patula capillari, ſpiculis quinquefloris ob[longis], glumis glabris.
Radix fibroſa.
Folia vaginantia vaginis fauce barbatis, convolu[ta], ſtriata, erecta, glabra, culmo paullo longiora.
Culmus ſimplex, erectus, pedalis.
Panicula patula, virgata, ſpithamaea.
Pedunculi et pedicelli capillares, flexuoſi.
Calyces 4-flori et 5-flori, acuti, glabri, fuſco-ferr[u]ginei.
Facies P. eragroſtidis, ſed ſpiculae breviores, pau[ci]florae.

barbata. P. panicula patula capillari, ſpiculis ſexfloris oblong[is] glumis glabris carinatis.
Radix annua, faſcicularis.
Culmus ſimplex, erectus, teres, glaber, ſpithamaeus.
Folia anguſta, linearia, apice attenuata, ſetacea, co[n]voluta, integra, glabra, culmo longiora.
Genicula barbata.
Panicula florum patens.
Pedunculi capillares, ſimplices, bifidi vel ramoſi: pe[di]cellis alternis, flexuoſis, glabris.

Sp



POA *barbata.*

Spiculae 5, 6 vel 7-florae, oblongae, ſaepe ferrugineae, glabrae, ſerratae ex floſculis patulis.

Glumae calycinae carinatae, glabrae.

Iaponica. P. panicula patula capillari, ſpiculis ſeptemfloris foliisque glabris, culmo ramoſo.

Creſcit in Koſido et iuxta Nagaſaki.

Floret Septembri, Octobri.

Culmus foliis vaginatus, teres, ſtriatus, glaber, erectus, ramoſus, bipedalis et ultra.

Rami alterni, ſimplices.

Folia longe vaginantia, enſiformia, anguſta, ſtriata, glabra abſque ullis pilis ad vaginas, culmo breviora, ſpithamaea.

Panicula erecto-patens, ramoſiſſima, pedalis.

Rachis angulata, ſtriata, glabra.

Pedicelli capillares, ramuloſi, flexuoſi.

Spiculae erectae, glabrae, 5, 6, 7, 8 et 9-florae, ſubpellucidae.

Differt, a P. capillari:

α. ſpiculis 5-9 floris, omnibus glabris.

β. foliis omnino glabris, nec baſi piloſis.

γ. culmo erecto, altiori.

CYNOSVRVS.

coracanus. C. ſpicis digitatis incurvatis, culmo erecto compreſſo, foliis ſuboppoſitis.

Cynoſurus coracanus. Linn. ſp. Plant. p. 106.

Iaponice: Kjokuſa, vulgo Nan ban Kiwi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 835.

Creſcit hinc inde, etiam in hortis cultus.

Colitur ob ſemina edulia.

indicus. C. ſpicis digitatis linearibus, culmis compreſſis declina-tis baſi nodoſis, foliis alternis.
Cynoſurus indicus. Linn. ſp. Pl. p. 106.
Japonice: Smootali Kuſa.
Creſcit prope Nagaſaki inque Dezima.
Floret Auguſto, Septembri.

FESTVCA.

pauci-flora. F. panicula patula, ſpiculis ſubquadrifloris ariſtatis ſca-bris, foliis villoſis.
Culmus teres, ſtriatus, erectus, bipedalis.
Folia linearia, ſtriata; tenuiſſime imprimis vaginis villoſa.
Panicula patentiſſima, ampla,
Pedunculi capillares, flexuoſi, ſtriati, ſcabri.
Pedicelli minus patuli.
Calyces ſubquadriflori, lineati, ſcabri, lanceolati, longe ariſtati.


miſera. F. panicula coarctata, glumis ariſtatis ſcabris, culmo geniculato.
Culmus decumbens, geniculatus, apice erectus, ſeſqui-pedalis.
Folia enſiformia, glabra, digitalia.
Panicula ſubſpicata, ſubſecunda, glabra, digitalis.
Glumae ſcabrae, ariſtatae, pauciflorae.

BROMVS.

Japoni-cus. B. panicula patente ramoſa, ſpiculis oblongis glabris, ariſtis divaricatis.
Radix annua, fibrilloſa.
Culmus teres, ſimplex, erectus; baſi geniculatus, ſub-decumbens; ſpithamaeus usque pedalis.
Folia linearia, acuta, integra, ſtriata, villoſa imprimis vaginis, culmo breviora.
Panicula ramoſa, patens, ſubnutans.
Pedunculi et pedicelli capillares, flexuoſi, glabri, api-ce incraſſati, inaequales, ſemiunguiculares usque pollicares.

Spicu-

Flor. Jap. p. 52. Tab. 11.



J.D. Lundmark sculp.

Spiculae oblongae, 5, 6 vel 7-florae, glabrae, unguiculares.

Glumae imbricatae, margine parum membranaceae, ſtriatae, infra apicem ariſtatae.

Ariſta divaricata, calyce paullo longior.

Differt I. a B. *arvenſi*: ſpiculis oblongis et ariſtis divaricatis.

II. a B. *ſecalino*: ſpiculis oblongis, glumis imbricatis nec diſtantibus, et ariſtis divaricatis.

III. a B. *ſquarroſo*: ſpiculis duplo anguſtioribus et glabris, nec non panicula ramoſa.

bifidus. B. panicula erecta ramoſa, ſpiculis ovatis ſubtrifloris, glumis bifido-ſetaceis, ariſta divaricata.

Iaponice: Sine.

Creſcit prope urbem Nagaſaki.

Culmus teres, erectus, ſimplex, ſtriatus, bipedalis.

Folia linearia, apice attenuata, integra, ſtriata, pubeſcentia etiam vaginis, brevia, digitalia et palmaria.

Panicula ramoſa, parum patens, erecta, palmaris et ultra.

Pedunculi et pedicelli capillares, flexuoſi, glabri.

Spiculae alternae, bi- vel tri- et quadriflorae, ovatae, vix lineam longae, glumis patulis.

Calyx biglumis. *Glumae* inaequales, acutae, glabrae, lineis elevatis tribus exaratae, altera quadruplo maiore.

Corollinae valvulae ſub apice dorſi ariſtatae, apice bifidae, biſetae, ſetis ſemilineam longis.

Ariſta geniculata genu rotundato, horizontaliter vel ultra patens, ſaepe apice retroflexa, ſpiculis fere longior.

Facies potius Avenae, quam Bromi eſt.

Differt I. a B. *ſquarroſo*: α. panicula ramoſa.
β. ſpiculis multoties minoribus, paucifloris, glabris.
γ. gluma bifida, biſeta, nec tantum emarginata.
II. a *reliquis*: a. gluma bifida, in lacinias duas ſubulatas glumae fere longitudine terminata.
b. ſpiculis minutis, glabris.
c. ariſta geniculata, reflexa.

AVENA.

fatua. A. paniculata calycibus trifloris, floſculis omnibus baſi piloſis ariſtatiſque.
Avena fatua. Linn. ſpec. Pl. p. 118.
Iaponice: Tſuſikuſa.
Creſcit hinc inde ſpontanea.

ſativa. A. paniculata calycibus diſpermis, ſeminibus laevibus.
Avena ſativa, nigra. Linn. ſp. Pl. p. 118.
Ienbaku, vulgo Karasmuggi, Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 834.

ARVNDO.

Bambos. A. calycibus multifloris, ſpicis ternis ſeſſilibus.
Arundo bambos. Linn. ſp. Pl. p. 120.
Plurimae huius in Iaponia ſponte creſcunt varietates; arboreſcentes, fruteſcentes; culmo craſſiori vel tenuiori; culmo inferne indiviſo vel ramoſo; colore luteo, purpuraſcente vel nigricante etc.
Iaponica itaque nomina diverſa hiſce impoſita ſunt:
Tſiku, vulgo Take et Fatsku. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 898. Bambos arborea.
Tjintjiku Take. Ramoſa, e qua ſaepe ſepes vivae.
Kotſiku, vulgo Naio dake, it. Niga Dake. Kaempf. Am. ex Faſcic. V. p. 898.
Futſiku, vulgo Futamina take, Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 898.

Si

Sitſiku', vulgo Muraſakki dake. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 898. Bambos purpurea.

Fakona Saſa. Kaempf. Am. ex. Faſcic. V. p. 899. Bambos foliis latis in monte Fakkona.

Dſo, vulgo Saſa, it. Si noſa. Kaempf. Am. ex. Faſcic. V. p. 899.

Koma Saſa. Kaempf. Am. ex. Faſcic. V. p. 899.

Creſcit ubique in ſylvis et montibus vulgatiſſima.

Florentem in tanta copia nunquam in Iaponia invenire potui.

phragmites. A. calycibus quinquefloris, panicula laxa.
Arundo phragmites. Linn. ſp. Pl. p. 120.
Iaponice: Datſikſ, vulgo Dakekſ.
Creſcit in oris maritimis Koſido.
Floret Octobri, Novembri.
Panicula huic amplior quam in europaea, laxa, non tamen diffuſa, culmo herbaceo.

LOLIVM.

temulentum. L. ſpica ariſtata: ſpiculis compreſſis ariſtatis.

Lolium temulentum. Linn. ſp. Pl. p. 122.

Creſcit in Nipon et Saikokſ.

Floret Iunio.

HORDEUM.

vulgare. H. floſculis omnibus hermaphroditis ariſtatis, ordinibus duabus erectioribus.

Hordeum vulgare. Linn. ſp. Pl. p. 125.

Iaponice: O Muggi. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V., p. 834.

Creſcit hinc inde cultum.

Floret Aprili, Maio.

TRITICVM.

aeſti-vum. T. calycibus quadrifloris ventricoſis glabris imbricatis ariſtatis.

Triticum aeſtivum. Linn. ſp. Plant. p. 125.

Iaponice: Ko Muggi. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 834.

Cultum hinc inde cernitur.

Floret Aprili, Maio.

hyber-num. T. calycibus quadrifloris ventricoſis laevibus imbricatis ſubmuticis.

Triticum hybernum. Linn. ſp. Pl. p. 126.

Iaponice: Ko Muggi.

Creſcit cultum in quibusdam provinciis.

Floret Aprili.

TRIGYNIA.

PHYLLANTHVS.

Niruri. P. foliis pinnatis floriferis, floribus pedunculatis, caule herbaceo erecto.

Phyllanthus Niruri. Linn. ſp. Pl. p. 1392.

Iaponice: Nemuri, it. Nurude.

Creſcit prope Nagaſaki, in Dezima, Koſido, alibi.

Floret Auguſto, Septembri.

MOLLVGO.

ſtricta. M. foliis ſubquaternis lanceolatis, racemis paniculatis.

Mollugo ſtricta. Linn. ſp. Pl. p. 131.

Creſcit circum Nagaſaki et in Dezima locis cultis.

Floret Iulio, Auguſto, Septembri.

Caulis interdum diffuſus ramis erectis, interdum ere-

ctus

ctus, ſemper angulatus, glaber, dichotomus, palmaris.

Rami divaricati, cauli ſimiles.

Folia quaterna, inaequalia duobus plerumque maioribus, ſeſſilia, interne attenuata, lanceolata, integra, glabra, unguicularia.

Panicula axillaris, primum dichotoma, dein ramoſa, divaricata.

Pedunculi et pedicelli capillares.

AMARANTHVS.

tricolor. A. glomerulis triandris axillaribus ſubrotundis amplexicaulibus, foliis lanceolato-ovatis.

Amaranthus tricolor. Linn. ſp. Pl. p. 1403.

Blitum. A. glomerulis lateralibus trifidis, foliis ovatis retuſis, caule diffuſo.

Amaranthus Blitum. Linn. ſp. Pl. p. 1405.

CLAS-

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

SCABIOSA.

mariti-ma. S. corollis quinquefidis radiantibus calyce brevioribus, foliis pinnatis: ſummis linearibus integris.

Scabioſa maritima. Linn. ſp. Pl. p. 144.

Iaponice: Roro, vulgo Kurakaki So.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Floret Septembri, Octobri.

Caulis erectus, ramoſus, teres, ſtriatus, villoſus, ſeſquipedalis.

Rami terni, longi, cauli ſimiles.

Folia infima lyrato-pinnata, tota villoſa, palmaria: *pinnae inferiores* circiter trium parium, remotae, lineares, obtuſae, inaequales; inferiores harum minores, magis alternae, integrae; ſuperiores ſenſim maiores, magis oppoſitae, dentatae, decurrentes. *Pinna terminalis* maxima, obtuſiſſima, inciſa, dentata. *Folia caulina* amplexicaulia, linearia, pinnata lobis ſolitariis linearibus, integra; *ſuperiora* omnino lanceolata, integerrima.

Flores in ramis elongatis terminales.

Involucrum commune polyphyllum, florum capitulo longius: foliolis lanceolatis, integris, villoſis.

GALIVM.

uligino-ſum. G. foliis ſenis lanceolatis retrorſum ſerrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu maioribus.

Galium uliginoſum. Linn. ſp. Pl. p. 153.

Iaponice: Mugura guſa, it. Fanni Ira.

Creſcit in montibus Nagaſaki.

Caulis debilis, tetragonus angulis ſtrigoſo ſcabris.

Folia ſaepiſſime ſex, rarius 5, 7 vel 8, verticillata, lanceolato-ovata, mucronata, margine et paginis ſtrigis

ſtrigis retrorſum ſcabra, patentia, unguicularia, internodiis breviora.

Variat I. ramis longioribus foliisque lanceolatis.

II. ramis brevibus, foliis ovatis.

Planta haec longe magis ſcabra ſtrigis albis, quam noſtra europaea.

verum. G. foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis brevibus.

Galium verum. Linn. ſp. Pl. p. 155.

Iaponice: Nenaſi Kuſa.

Creſcit in Saikokf et alibi in inſula magna Niphon.

Floret Iunio.

Planta tripedalis.

Caulis erectus, ſimplex, tetragonus, hirſutus imprimis verſus ſummitatem, geniculatus geniculis tumidis.

Rami nulli, niſi panicula florifera.

Folia octona, verticillata, linearia, acuta, integra, glabra, ſulco medio exarata, reflexa, longitudine internodiorum, pollicaria. Ex axillis ſaepe aliquot folia breviora.

Flores paniculati.

Panicula erecta, parum patula, compoſita.

Pedunculi et pedicelli capillares, villoſi.

Corolla alba.

Differt parum a Galio vero europaeo, foliis longioribus et corollis albis.

rotundum. G. foliis quaternis ovatis aculeato-ciliatis, ſeminibus hiſpidis.

Galium rotundifolium. Linn. ſp. Pl. p. 156.

Iaponice: Sen, vulgo Akanni. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 912.

Creſcit in Inſula Nipon.

Floret Iunio.

Caulis debilis, tetragonus, glaber, laevis, erectus.

Rami rariores.

Folia verticillata, breviſſime petiolata, ſubaequalia, ovata, obtuſa cum acumine obſoleto, plana patula,

la, glabra, margine carina et paginis ciliata, internodiis multoties breviora, unguicularia.
Flores axillares, albi, ſubumbellato-paniculati.
Fructus albidi, ſcabri.

RVBIA.

cordata. R. foliis perennantibus quaternis cordatis.
Rubia cordifolia. Linn. ſyſt. Nat. p. 128.
Japonice: Akanni. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 912.
Creſcit in Papenberg, iuxta Nagaſaki, alibi.
Floret Septembri, Octobri.
Planta diffuſa et ſcandens, tota glabra.
Caulis tetragonus, angulis retrorſum aculeato-ſcabris, ramoſus.
Folia verticillata, plerumque quatuor, rarius ſex, petiolata, cordata, ovata, acuta, margine reflexo, tota punctis muricatis imprimis margine et carina aculeato-ſcabra, patentia, internodiis breviora, unguicularia.
Petioli tetragoni, retrorſum aculeati, unguiculares.
Flores axillares, paniculati, albi.
Panicula patentiſſima, verticillato ſubtrichotoma.
Pedunculi et pedicelli capillares, tetragoni.
Bracteae ſubulato-ſetaceae.
Plantam hanc valde vulgarem inveni in pluribus regionibus Indiae orientalis et Africae.
In Iaponia planta tinctoria habetur.

CALLICARPA.

Iaponica. C. foliis ſerratis glabris.
Caulis fruticoſus, erectus, glaber.
Rami oppoſiti, teretes, glabri, purpurei, divaricati.
Folia oppoſita, breviter petiolata, oblonga, acuminata, ſerrata, baſi acumineque integra, ſupra viridia, ſubtus pallida, nervoſa, bipollicaria.
Flores ſupra axillares in axillis foliorum, paniculati, minimi.
Panicula trichotoma, ſupradecompoſita, ſubfaſtigiata.

Bra-

Bracteae lineares.
Pedunculi ſemipollicares pedicellis breviſſimis.
Perianthium 1-phyllum, 4-dentatum, corolla brevius.
Corolla 1-petala, 4-partita, alba.
Filamenta 4, germini inſerta, breviſſima.
Antherae oblongae.
Germen ſuperum.
Stylus unicus, ſubulatus, corolla brevior.
Stigma ſimplex, acutum,
Fructus ignotus.

PLANTAGO.

maior. P. foliis ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis.
Plantago maior. Linn. ſpec. Pl. p. 163.
Iaponice: Sia Sin So, it. Siaden, vulgo Obako.
Sjaden, vulgo Obako, Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 912.
Creſcit prope Nagaſaki et alibi.
Floret Auguſto, Septembri.

ORIXA.

Iaponica. Orixa.
Caulis fruteſcens, flexuoſus, glaber, erectus, ramoſus, orgyalis.
Rami alterni, glabri, ultimi villoſi.
Folia alterna, petiolata, ovata, integra, ſupra viridia, ſubtus pallida, villoſa imprimis iuniora, patentia, ſemipollicaria.
Flores racemoſi; racemis alternis, pollicaribus.
Bracteae ſub pedicellis concavae, oblongae, glabrae.
Pedunculi et pedicelli villoſi.

OTHERA.

Iaponica. Othera.
Iaponice: Mukade Ko, id eſt millepeda.
Caulis fruticoſus.

Rami

Rami teretes, ſtriati, purpurei.
Folia alterna, petiolata, ovata, obtuſa, integra, glabra, coriacea, patentia ſeſquipollicaria.
Petioli ſemiteretes, glabri, lineam longi.
Flores axillares, aggregati, pedunculati.
Pedunculi ſemilineam longi.

SKIMMIA.

Iaponica. Skimmia.
Iaponice: Sin San, vulgo Mijama Skimmi, it. Portugal no Ki.
Sin San, vulgo Mijama Skimmi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 779.
Creſcit prope Nagaſaki et alibi.
Fructus maturus Decembri.
Caulis fruticoſus, erectus, glaber.
Rami alterni, ſubtetragoni.
Folia in ſummitatibus ramorum alterna, petiolata, frequentia, oblonga, undulata, integra, apicem verſus obſolete crenata, erecta, margine reflexo, digitalia; ſupra viridia, rugoſa; ſubtus pallida, punctata; ſemper virentia ſapore aromatico.
Petioli ſemiteretes, craſſiuſculi, unguiculares.
Flores terminales, paniculati.
Pedunculi teretes, incraſſati, unguiculares.

EPIMEDIUM.

alpinum. Epimedium.
Alpinum. Linn. ſpec. Plant. p. 171.
Iaponice: Iniokwaku, vulgo Ikari So.
Creſcit iuxta Iedo, mihi a Medicis Imperatoris traditum.

CORNVS.

ſanguinea. C. arborea cymis nudis, ramis rectis.
Cornus ſanguinea. Linn. ſpec. Pl. p. 171. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 134.
Iaponice: San Tu Iu.

C. ar-

alba. C. arborea cymis nudis, ramis recurvatis.
Cornus alba. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 149.
Creſcit in Inſula Nipon.

Iaponica. C. arborea umbellis involucrum ſuperantibus, foliis ſerratis.
Iaponice: Iaſu Suni, it. Iamma Simira vulgo, et Midſe.
Midſe, it. Iamma Simira. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 787.
Creſcit iuxta Nagaſaki, inque Koſido vulgaris.
Fructus maturatur Octobri, Novembri, Decembri.
Caulis arboreſcens, erectus, orgyalis.
Rami oppoſiti, ſtriati, cinerei, glabri.
Folia in extremitate ramorum oppoſita, petiolata, ovata, acuminata, ſerrata, baſi integra, nervoſa, ſubtus pallida, glabra, duos pollices lata, tripollicaria.
Petiolus angulatus, glaber, unguicularis.
Flores terminales, umbellati, albi.
Umbella decompoſita, quinqueradiata, quadriradiata et triradiata, patentiſſima.
Pedunculi et pedicelli ſemiteretes, canaliculati, glabri.
Involucrum 4-phyllum: foliola lanceolato-ſetacea, decidua, umbella multoties breviora.
Perianthium 1-phyllum, 4-partitum et 5-partitum, glabrum, corolla brevius, deciduum: *laciniae* ovatae, acutae.
Filamenta 4, corollae baſi inſerta, eaque breviora.
Antherae ſubrotundae.
Germen ſuperum ſtylo breviſſimo et ſtigmate trigono.
Drupa ovata, ſtylo perſiſtente, acuta, compreſſa, rubra, glabra, magnitudine piſi minoris.

Nux lentiformis, dura.

Nucleus albus durus. *Caro* drupae tenuis, ſubacida.

VISCUM.

album. V. foliis lanceolatis obtuſis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus.

Viſ-

Viſcum album. Linn. ſp. Pl. p. 1451.
Iaponice: Kſei, vulgo Iadoriki. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 785.
Creſcit in Mikawa. Siccum vidi in herbario in urbe Nagaſaki.

opuntia. V. caule prolifero ramoſo aphyllo compreſſo.
Viſcum opuntioides. Linn. ſp. Pl. p. 1452.
Creſcit hinc inde.

FAGARA.

piperita. F. foliolis crenatis.
Fagara piperita. Linn. ſp. Pl. p. 172.
Iaponice: Inu ſanſjo, it. Seo, Sanſjo, Naru. fatſi Kami, Kawa faſi Kami, Sjo et Iamma Sanſjo.
Seo et Sanſjo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 892. fig. p. 893.
Iamma Sanſjo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 895.
Creſcit in Papenberg, Koſido, alibi vulgaris.
Caulis fruticoſus, vix orgyalis.
Rami teretes, aculeati, purpurei.
Aculei ſparſi, horizontales.
Folia plura ex apicibus ramulorum, pinnata cum impari, circiter ſexiuga. *Foliola* alterna et oppoſita, ſubſeſſilia, ovata, emarginata, crenata, glabra, unguicularia.
Flores inter folia terminales, paniculati, parvi, albi.
Capſula globoſa, rugoſa, unilocularis.
Semen ſolitarium, glabrum, atrum.
Cortex folia et *fructus* aromatici, in iuſculis loco piperis, ſaepe adhibentur. Folia trita et cum farina oryzae in pultem redacta partibus e rheumatiſmo dolentibus inſtar veſicatorii imponunt, uti etiam Bubonibus.

AVKVBA.

Iaponica. Aukuba.
Iaponice: Aukuba. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 775.

Creſcit

Flor. Jap. p. 64. Tab. 12.



AUKUBA *japonica*.

Flor. Jap. p. 64. Tab. 13.



AUKUBA japonica.

Creſcit in Kokora alibique, culta, vulgaris.
Floret Iunio.
Fructus maturos Martio vidi.
Arbor magna, orgyalis et ultra.
Rami et ramuli dichotomi, glabri, ſubcarnoſi, divaricati, erecti, angulati, noduloſi a caſu foliorum.
Folia in apicibus ramulorum aggregata, petiolata, oppoſita, oblonga, acuta, remote ſerrata, glabra, ſubtus pallida, palmaria, nervoſa.
Flores terminales, paniculati, monoici.
Panicula trichotoma, ſupradecompoſita.
Pedunculi et pedicelli villoſi.
Bracteae lanceolatae.
Etiam puſilla arbor interdum floret.
Exſiccatione tota nigreſcit.
Variat α) foliis fuſco-viridibus, immaculatis.
β) foliis lacte viridibus, albo-variegatis.
Affinis ſerpiculae, ſed diſtincta receptaculo maris glabro, nec toruloſo, ſed medio perforato.

TRAPA.

natans. Trapa.
Trapa natans. Linn. ſpec. Pl. p. 175.
Iaponice: Rijuu, vulgo Fis. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 817.
Creſcit in aquis quietis Niponiae ſatis vulgaris et in foſſis.
Radices atrae eduntur coctae in iuſculis ubique, licet ſapor harum minime gratus.

NIGRINA.

ſpicata. Nigrina.
Caulis herbaceus, ſubſucculentus, teres, glaber, erectiuſculus, palmaris et ultra.
Folia oppoſita, petiolata, ovato-oblonga, obtuſa, ſerrata, glabra, ſupra viridia, ſubtus pallida, ſeſquipollicaria.
Petioli unguiculares.

 Floret

Flores ſpicati. *Spica* axillaris, compoſita ſpiculis alternis: floſculis oppoſitis.
Bractea ſub ſingulo floſculo ovata, acuta.
Planta ſiccatione nigreſcit.

ELAEAGNUS.

criſpa. E. inermis foliis lanceolato oblongis obtuſis undulatis, floribus ſolitariis.
Japonice: Gomi.
Caulis arboreus, erectus.
Rami et ramuli alterni, teretes, divaricati, erecti, cinerei, punctato-ſcabri. *Ramuli* ultimi angulati, albidi.
Folia alterna, petiolata, lanceolato-oblonga, obtuſa, integra, undulata; ſupra nuda, fuſceſcentia, punctata ſulco medio longitudinali; ſubtus argentea; erecto-patula, ſeſquipollicaria.
Petiolus ſupra ſulcatus, vix lineam longus.
Flores non in axillis, ſed in ultimis ramulis ſparſi, ſolitarii, pedunculati.
Pedunculus capillaris, flore brevior.

multiflora. E. inermis foliis obovatis obtuſis, floribus axillaribus aggregatis, pedunculis flore longioribus.
Caulis fruticoſus, parum ramoſus.
Rami et ramuli alterni, rari, teretes, fuſco-ferruginei, patentes, punctato-ſcabri.
Folia e ſingula gemma plura, alterna, petiolata, obovata, obtuſa, integra, erecta; ſupra ſeminuda punctis ſquamoſis argenteis; ſubtus tota ſquamoſo-argentea; inaequalia, ſubpollicaria.
Petioli capillares, lineam longi.
Flores e gemma inter folia plures, pedunculati.
Pedunculi capillares, flore ipſo longiores, laxi, argentei, ſubpollicares.
Calyx clavatus, oblongus.

umbellata. E. inermis foliis obovatis obtuſis, floribus axillaribus aggregatis, pedunculis flore brevioribus.
Japonice: Hawa Siro Gomi, vel Nawa Siro Gomi.



ELAEAGNUS *umbellata*.

Creſcit in monte Fakona.
Floret Aprili, Maio.
Caulis fruticoſus.
Rami et ramuli alterni, teretes, erecti, ferrugineo-fuſcentes, punctato-ſcabri.
Folia e gemmis alternis plura, petiolata, obovata, obtuſa, patula; ſupra nudiuſcula punctis argenteis; ſubtus argentea tota; unguicularia.
Petioli capillares, vix lineam longi.
Flores e gemma inter folia plures, ſubumbellati, pedunculati, cernui.
Pedunculi capillares, nutantes, flore breviores, vix lineam longi.
Calyx ovatus.
Haec praecedenti nimis affinis.

glabra. E. inermis foliis ovato-oblongis acuminatis, floribus axillaribus ſubſolitariis.
Caulis arboreſcens.
Rami ſubteretes, nudiuſculi, fuſci.
Ramuli angulati, cinereo-ruſeſcentes, punctato-ſcabri, alterni, erecto-patuli.
Folia alterna, petiolata, ovato-oblonga, acuminata, integra, patenti erecta; ſupra viridia, glabra, ſubtus ruſeſcenti-ſquamoſa interſparſis punctis ferrugineis, ſeſquipollicaria.
Petioli ſemiteretes, ſupra canaliculati, unguiculares.
Flores axillares, ſolitarii vel bini, pedunculati, erecti.
Pedunculus flore brevior, capillaris.

macrophylla. E. inermis foliis rotundato-ovatis argenteis.
Iaponice: Kotai, vulgo Gomi, it. Fon Gomi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 789.
Creſcit in Papenberg et Koſido utroque.
Floret Octobri.
Caulis arboreus, erectus, inermis.
Rami teretes, ſtriati, tuberculati ramulis deciduis, cinerei, puuctato-ſcabri, erecti.
Ramuli angulati, alterni, ramis ſimiles.

Folia alterna, petiolata, rotundato-ovata, integra, erecto patula; ſupra glabra, viridia; ſubtus argentea; pollicaria.
Petioli ſemiteretes, ſupra canaliculati, erecti, ſemipollicares.
Flores axillares, aggregati, pedunculati, ſuberecti.
Pedunculi quatuor et ultra, longitudine floris.
Differt ab E. *orientali*, cui folia oblongo-ovata:
I. foliis rotundato ovatis.
II. foliis argenteis.
ab E. *latifolia:*
I. foliis magis rotundatis.
II. ramulis inermibus, nec ſpineſcentibus.

pungens. E. ramulis ſpineſcentibus, foliis oblongis undulatis, floribus axillaribus binis.
Iaponice: Kotai, it. Sanſju; et Sinu Kotai, vulgo Gomi et Akin Gomi.
Sinu Kotai, vulgo Akin Gomi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 789.
Creſcit prope Nagaſaki, in Koſido, alibi.
Floret Septembri, Octobri.
Caulis arboreus, erectus, fuſcus, ſcaber, ramoſus, orgyalis.
Rami teretes, cauli ſimiles, flexuoſi, aphylli, patentes.
Ramuli alterni, ramis ſimiles, folioſi, rigidi, apice ſpineſcentes; ultimi ramuli axillares, ſpineſcentes, breviſſimi, aphylli.
Folia alterna, petiolata, oblonga, obtuſiuſcula, integra, undulata; ſupra glabra, viridia; ſubtus ſquamoſoargentea interſparſis punctis ferrugineis, reflexo-patentia, pollicaria, rigida.
Petiolus unguicularis.
Flores in axillis foliorum ſubbini, diſtincti, erecti.
Pedicelli flore breviores.
Differt ab E. *ſpinoſa:* I. ramulis ſpineſcentibus.
II. foliis oblongis, latioribus.
III. floribus ſubternis, maioribus.

GONO-

Flor. Jap. p. 69. Tab. 15.



GONOCARPUS micranthus

J. D. L.

GONOCARPUS.

micranthus. Gonocarpus.
Iaponice: Faro Guſo.
Creſcit iuxta Nagaſaki, copioſe.
Floret Auguſto.
Radix fibroſa, annua.
Caulis ſolitarius vel plures, tetragonus, baſi decumbens, apice erectiuſculus, ſuperne ramoſus, vix ſpithamaeus.
Folia oppoſita, breviſſime petiolata, ovata, acuta, ſerrata, glabra, patentia lineam longa.
Flores in ramis ſpicati, remoti, ſubſecundi, cernui, minuti.

URTICA.

dioica. U. foliis oppoſitis cordatis, racemis geminis.
Urtica dioica. Linn. ſpec. Pl. p. 1396.
Iaponice: Hatji Kuſa i. e. Planta apum, vel apibus expetita.
Creſcit hinc inde.

macrophylla. U. foliis oppoſitis ſubrotundis duplicato-ſerratis, floribus paniculatis.
Creſcit prope Nagaſaki et in Koſido.
Floret Septembri, Octobri.
Caulis tetragonus, ſulcatus, purpuraſcens, uti tota planta tenuiſſime pubeſcens.
Folia oppoſita, petiolata, ſubrotunda, minime cordata, acuta, profunde inciſo-ſerrata ſerraturis ſerratis, trinervia, piloſo-ſcabrida, palmaria.
Petiolus foliis brevior.
Flores axillares, paniculati.

ſpicata. U. foliis oppoſitis ovatis acutis ſerratis glabris, ſpicis capillaribus interruptis.
Iaponice: *Ira Guſa.*
Creſcit iuxta Nagaſaki et in Koſido montibus.
Floret Iulio, Auguſto, Septembri, Octobri.
Caulis teres, purpureus, glaber.
Rami filiformes, baſi hiſpidi.

Folia oppoſita, petiolata, ovata, acuta, ſerrata, glabra, trinervia, ſcabrida.
Petiolus capillaris, folio brevior.
Flores ſpicati.
Spica axillaris, capillaris, ſolitaria, digitalis floſculis interruptis.

Iaponica. U. foliis alternis cordatis villoſis, floribus glomerato-capitatis.
Iaponice: Itjibi, rarius Itjibu, it. Kramuſi.
Creſcit iuxta Nagaſaki.
Floret Septembri, Octobri.
Caulis tetragonus, ſulcatus, erectus, pubeſcens.
Folia alterna, petiolata, cordato-ovata, acuminata, inaequaliter ſerrata, villoſo-ſcabra, ſupra viridia, ſubtus pallida, ſeſquipollicaria.
Petioli foliis dimidio breviores.
Flores axillares, glomerati; glomerulis pedunculatis, globoſis.
Differt ab U. *capitata*: 1. caule pubeſcente.
2. foliis piloſis, inaequaliter ſerratis.
3. florum glomerulis ſubgloboſis.
Uſus: Ex huius cortice funes craſſiores pro naviculis conficiuntur.

villoſa. U. foliis alternis cordatis hirtis, globulis ſeſſilibus.
Iaponice: No Itjibu.
Creſcit in Nipon, inſularum regni maxima.
Caulis herbaceus, teres, vix ſpithamaeus.
Rami alterni, divaricati, patentiſſimi.
Folia alterna, breviſſime petiolata, cordata, obtuſa, ſerrato-crenulata, hirta, inaequalia, unguicularia.
Florum globuli in ramis ſparſi, ſeſſiles, minuti.

fruteſcens. U. foliis alternis oblongis cuſpidatis ſubtus niveis.
Iaponice: Kawa Siro.
Caulis ſuffruticoſus, erectus, purpureus.
Rami alterni, erecto patuli, cauli ſimiles.

Folia

Folia alterna, petiolata, oblonga; inferne rotundato attenuata, integra; apice cuſpidata: cuſpide lanceolato, integro, pollicari; ſerrata; ſupra ſcabra, glabra; ſubtus albo tomentoſa; trinervia, venoſa, inaequalia, pollicaria, usque digitalia.

nivea. U. foliis alternis ovatis acutis ſubtus tomentoſis.

Urtica nivea. Linn. ſpec. Pl. p. 1398.

Iaponice: Tſjo, vulgo Sjiro Oo, aliis Karakuſa, Karao et Mao. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 891.

Creſcit in Nagaſaki copioſiſſime, in Viſchers Eyland, Papenberg, Koſido, alibi.

Flores Auguſto, Septembri.

Uſus: 1. cortex pro funibus conficiendis et filis validis ad texturas expetitur.

2. e ſeminibus oleum cauſticum exprimitur.

DIGYNIA.

MORUS.

alba. M. foliis oblique cordatis laevibus.

Morus alba. Linn. ſpec. Pl. p. 1398.

Iaponice: Iamma Gua et Kaadſi Kadſura, it. Kago Kadſura.

Kaadſi Kadſura, it. Kago Kadſura. Kaempf. Am. exot. Faſc. II. p. 474. fig. p. 472. it. Faſc. V. p. 895.

Variat foliis integris, lobatis ſimpliciter et lobis inciſis.

Charta vilior ex huius cortice praeparatur.

nigra. M. foliis cordatis ſcabris.

Morus nigra. Linn. ſp. Pl. p. 1398.

Iaponice: Soo, vulgo Kuwa. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 788.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

 M. fo-

papyrifera. M. foliis palmatis, fructibus hiſpidis.
Morus papyrifera. Linn. ſp. Pl. p. 1899.
Iaponice: Sjo, Ri, vulgo Kaadſi vel Kaaſi et Kanſi. Kaempf. Am. ex. Faſc. II. p. 471. fig. 472. et Faſc. V. p. 895.

Creſcit iuxta Nagaſaki alibique, vulgaris.

Uſus: E cortice huius arboris omnis conficitur charta japonica, tam ſcriptoria, quam craſſior, rudior et tenuior, pro quovis alio uſu. Praeparandi methodum deſcribit Kaempferus: Stolones annui pingues, menſe Decembri poſt foliorum deliquium, amputantur, et in tripedales vel breviores baculos diviſi in faſciculos colligantur, cum aqua, interſperſo cinere, percoquendos.

Si dilata coctione exſiccati fuerint, per 24 horas in aqua communi emolliendi ſunt pridie ante coctionem. Coquuntur autem faſciculi arcte iuncti erectique in ahena capaci probe operculata eo usque, donec cortice contracto lignum nudum appareat ad ſemiunciae longitudinem. Tum exemtis refrigeratisque ſcapis, facta longitudinali inciſione, cortex exuitur; quae velut papyri materies, reiecto ligno, exſiccatur, et exſiccata aſſervatur ad ulteriorem praeparationem, quando opus eſt, inſtituendam. Haec conſiſtit in purificatione et ſelectione. Purificanda cortex horis tribus vel quatuor aquae immititur; ita quodam modo emollita cuticula atricolor, una cum viridante liberi ſuperficie abraditur, adhibito eam in rem ſcalpro, quod Kaadſi Kuſaggi, i. e. raſorium Kaadſi, appellant. Eodem actu annua et validior cortex ſeparatur a tenuiore, quae iuniores ſurculos veſtiverat; nam illa, uti chartam praeſtat candidiſſimam et optimam, ita haec obſcuram et infirmam. Annoſa ſi occurrat, pariter pro craſſiori et ſequioris notae materia reponitur. Eadem opera particulas nodoſas et quaecunque mendam maculamve referunt, vna ad poſteriorem claſſem reiiciunt. Cortex depurata et in bonitatis ordines diſiuncta, lixivio claro percolato decoquitur, cum primum ebullire incipit, valida arundi-

ne

ne perpetuo agitanda, affundendo de' lixivio cinerum ſubinde, quantum evaporatione deperditur. Finienda eſt coctio, quando materia levi digito in tomentum et fibras diſiungi poteſt. Coctionem excipit lotura, quae momenti alicuius heic eſt; nam debito brevior, chartam quidem validam, ſed viliorem reddit, longior vero candidiorem praeſtat, ſed pinguem, laxam et ſcriptioni minus commodam.

Fit lotio in flumine ex vanno aliquo, aquam permittente, in quo materia manibus lacertisque aſſiduo agitatur et in mollem lanuginoſam ſtupam diluitur. Pro charta ſubtiliori, lotura iteranda eſt in linteo, quod particulas ulteriori agitatione magis diſiungendas cohibeat. Eodem hoc actu inſtitui oportet rerum, ſi quae remanſerint, heterogenearum et inutilium ſpicilegium, cum exemtione duriorum floccorum, qui ad ſequiorem claſſem reiiciendi ſunt. Lota ſufficienter materia in tabulam deponitur ligneam, craſſam, glabram, et a duobus vel tribus mercenariis, vectibus e duro ligno Lauri camphoriferae factis, ſtrenue concutitur, donec ſatis emollita et attenuata pro deſiderio fuerit, pulpam referens chartae maceratae ſimilem, quae aquae immiſſa inſtar farinae diſiungatur. Sic elaborata cupae inditur anguſtae, addita ſimul aqua pingui ex infuſione Oryzae et aqua mucoſa infuſae radicis Hibiſci manihot. Haec tria congeſta, cum arundine pura et tenui miſcenda et agitanda ſunt ſolertiſſime, donec in homogeneum et debitae conſiſtentiae liquorem redigantur, id quod in anguſtiori vaſe melius ſuccedit. Paratus liquor in cupam effunditur ampliorem, Finè dictam noſtratibus, quas in officinis chartariis habent ſimilem, praeterquam quod foculo careat. Ex hac folia papyracea ſigillatim hauriuntur, prototypo, non ex chordis aeneis facto, ſed ex culmis iunceis, qualem vocabulo proprio appellant Mus. Hauſtae paginae ſupra tabulam duplici ſtorea tectam acervatim deponuntur, ſingulis ad oram interponendo tenue quoddam ex arundine filum, quod

Kamakura, id eſt pulvinar, vocant, quo prominulo diſtinguuntur, ut ſigillatim, cum opus eſt, tolli poſſint. Acervi ſingulis operiuntur aſſerculis, formae ac magnitudini chartae aptatis, quibus lapidum pondere primum levi, ne madidiores in unam maſſam coëant, mox graviori impoſito, omnis humor aqueus ſenſim exprimitur. Poſtridie, remotis oneribus, folia ſingula ad interſtitii ſigna, ope bacilli arundinacei tollunt, ac aſſeribus longis et glabris, eam in rem factis vola manus adfigunt, facile ob humiditatem adhaerentia. Sic ſoli expoſita ſiccant, ſiccata detrahunt ac acervatim collata emarginant, et deinde pro quovis uſu aſſervant ac divendunt.

Aqua ex infuſione et levi frictione granorum oryzae in chartopoeia requiritur, quia lenta ſua pinguedine ac ſummo candore, chartae conſiſtentiam et maiorem albedinem conciliat, quod nunquam praeſtiterit aqua ex farina oryzae facta, quia requiſito lentore careat.

Conficitur aqua haec in vaſe fictili, non incruſtato ſed ſcabro, in quo oryza decorticata, aqua prius madefacta, ſenſim perfricatur, mox ſuperfuſa aqua frigida per linteum colatur. Reſiduum iteratae frictioni ſubmiſſum denuo, ſuperfuſa aqua, exprimitur, donec faeces nullum amplius lentorem exerant.

Oryza japonica operi huic omnium praeſtantiſſima eſt, quia ceteris Aſiae pinguior et candidior.

Aqua Manihot radicis, ſeu oreni, ita praeparatur. Radix contuſa aut alio modo comminuta aquae frigidae immittitur, quae inde in mucilaginem una nocte converſa per linteum traiicienda eſt. Quantitas admiſcendae huius aquae, ratione anni temporis, moderanda eſt. Calor mucilaginem incidit, unde liberatius ſubſtituenda eſt aeſtate et parcius addenda menſibus algidioribus. Si nimia addatur copia, charta plus debito fiet tenuior; ſi omittatur, protinus charta reddetur inaequalis et hiulca. In defectu huius radicis, fruticem Uvariae japonicae ſubſtituunt, cuius praeprimis

mis folia infuſa largam mucilaginis copiam ſuppeditant, quamvis non aeque laudabilem.

Storea ex iunco quodam praeparata, pro deponendis foliis duplex requiritur; una inferior, quae craſſior eſt; altera ſuperior, e culmis tenuioribus et rarioribus texta, quae ſtillantem aquam facilius permittat et papyro nulla veſtigia imprimat.

Charta inſervit hic vario uſui, molliſſima omnium:

I. pro ſcribendis litteris, libris, ſchedulis, aliis; penicillis ex pilis leporinis plerumque et calamo arundinaceo factis, ſcribunt uno tantum in chartae latere, cum charta haec ſemper atramentum transmittat. Pagina chartae tenuiſſimis fibris ita obſita eſt, ut non bene ſuccedat, calamo anſerino ſcribere.

II. pro libris imprimendis, quod alterutra tantum pagina fit tabulis ligneis ſculptis.

III. pro variis mercibus obvelandis, aliisque rebus involvendis.

IV. pro veſtibus vel induſiis rarius. Haec craſſior et validior in metropoli Syrigae venditur, affabre picta et longa.

V. pro emungendo naſo et ſudore ſordibusque aliis abſtergendis.

Variat charta valde magnitudine, craſſitie, colore et ſaepe picturis.

I. charta caeſarea, forma quadrata ſpithamaea, valde craſſa, altera pagina picta et glaberrima eſt.

II. charta pro literis amatoriis inſervitura, etiam craſſa et picta, non vero glabra; ſpithamam lata, ſaepe tripedalis.

III. pro operibus minoribus vernice obductis conſervandis, tenuiſſima et albiſſima, inſtar telae araneorum.

IV. vul-

IV. vulgaris charta ſcriptoria et uſui oeconomico inſervitura etiam magnitudine et craſſitie variare ſolet in diverſis provinciis.

indica. M. foliis ovato-oblongis utrinque aequalibus inaequaliter ſerratis.
Morus indica. Linn. ſp. Pl. p. 1399.
Iaponice: Kuwa noki.
Variat foliis indiviſis et lobatis, ut ceterae ſpecies.

BETULA.

alba. B. foliis ovatis acuminatis ſerratis.
Betula alba. Linn. ſpec. Plant. p. 1393.
Creſcit in Iaponia. Vivam ipſe non inveni, ſed vidi in herbario ſicco cuiusdam Botanophili in urbe Nagaſaki, ex interioribus regni provinciis allatam.

alnus. B. pedunculis ramoſis.
Betula alnus. Linn. ſp. Pl. p. 1394.
Iaponice: Iaſia.
Coni huius ad nigrum tingendum adhibentur, eumque in finem vulgares exhibentur venales ſiccati.

MYRICA.

nagi. M. foliis lanceolatis integris aveniis.
Iaponice: Na, vulgo Nagi, it. Tſikura Siba. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 773. fig. p. 874.
Caulis fruticoſus, glaber, erectus.
Rami decuſſati, teretes, noduloſi, patentiſſimi, folioſi.
Folia elliptica, ſeſſilia, obtuſiuſcula, integerrima, obliqua, avenia, glabra laevia, oppoſita, patentia, coriacea, digitalia.
Bacca globoſa, glabra, monoſperma, magnitudine Ceraſi.

CUSCUTA.

europaea. C. floribus ſeſſilibus.
Cuſcuta europaea. Linn. ſp. Pl. p. 180.

Creſcit iuxta Nagaſaki.
Floret Septembri, Octobri.

TRIGYNIA.

BUXUS.

virens. Buxus
Buxus ſempervirens. Linn. ſp. Pl. p. 1394.
Japonice: Ojo, Ko Tſuge, et Tſuge, it. In Tſuge.
Ojo, vulgo Tſuge. Kaempf. Amoen. exot. Faſc. V. p. 781.
Tſuge altera. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 781.
Creſcit hinc inde vulgaris, ſaepe etiam cultus.
Uſus ligni pro pectinibus conficiendis, quos portant feminae crinibus infixos, rubro plerumque vernice obductos.

TETRAGYNIA.

ILEX.

integra. I. foliis oblongis obtuſis integris, pedunculis unifloris.
Japonice: Kuro ganni motji.
Caulis fruticoſus, erectus.
Rami et ramuli alterni, angulati, fuſci, patentes.
Folia alterna, petiolata, ovata, obtuſa, integerrima, margine parum reflexo, ſubtus pallida, ſupra viridia, pollicaria.
Petioli triquetri, vix unguiculares.
Flores axillares, umbellati umbella ſeſſili.
Pedunculi ſubquaterni, angulati, erecti, uniflori, ſemiunguiculares.

rotunda. I. foliis rotundatis acutis integris, pedunculis umbelliferis.

Caulis fruticoſus.

Rami ſubumbellati, noduloſi.

Folia verſus apices ramulorum ſparſa, frequentia, petiolata,

lata, rotundato-ovata, acuta, integra, glabra, ſubtus pallidiora, ſeſquipollicaria.
Petioli dimidio breviores folio.
Flores axillares pedunculis umbelliferis.

crenata. I. foliis ovatis crenatis, pedunculis rameis ſparſis ſubtrifloris.
Caulis fruticoſus, erectus.
Rami et ramuli ſubteretes, noduloſi, patuli.
Folia ſparſa, petiolata, ovata, obtuſa, crenata margine reflexo, ſupra viridia, ſubtus pallida, unguicularia.
Petioli breviſſimi.
Flores ſparſi in ramulis, pedunculati.
Pedunculi ſimplices, bifidi et trifidi, cernui, vix unguiculares pedicellis breviſſimis.

emarginata. I. foliis obovatis emarginatis, floribus axillaribus binis.
Japonice: Ubame.
Creſcit circum Nagaſaki.
Caulis fruticoſus.
Rami teretes, flexuoſi, cinerei, glabri, ramuloſi.
Ramuli alterni, ſubſtriati, patuli.
Folia alterna, breviſſime petiolata, obovata, obtuſa, emarginata, crenata, margine revoluta, ſupra viridia ſulco longitudinali, ſubtus pallida carina media elevata, ſempervirentia.
Flores axillares, pedunculati, bini, rariſſime ſolitarii.

ſerrata. I. foliis ovatis acutis ciliato-ſerratis, floribus axillaribus ſolitariis.
Creſcit in Inſula Nipon.
Floret Iunio.
Caulis fruticoſus, erectus, ramoſiſſimus.
Rami teretes, laeves, glabri, cinerei.
Ramuli filiformes, patuli.
Folia alterna, petiolata, ovata, acuminata, ciliato ſerrata, ſupra viridia, ſubtus pallida, tenuia, patentia, ſemipollicaria.
Petioli vix lineam longi.
Flores axillares, pedunculati, ſolitarii.
Pedunculi filiformes, cernui, ſemilineares.

Perian-

Perianthium 4-dentatum.
Corolla 4-petala.
Stigmata quatuor, ſeſſilia.

aquifolium. I. foliis ovatis acutis ſpinoſis.
Ilex aquifolium. Linn. ſp. Pl. p. 181.
Iaponice: Koo Kots, vulgo Firagi. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 781.
Creſcit iuxta Nagaſaki et alibi.
Florentem habui menſe Decembris, ab interpretibus japonicis allatam.
Variat foliis ſpinoſis et integris in eodem ſaepe ramo.

Iaponica. I. foliis oppoſitis ſeſſilibus, floribus racemoſis terminalibus.
Iaponice: Saſa Nanting.
Floret Aprili.
Cultum inveni in Inſula Nipon, ſub itinere ad aulam imperatoriam.
Caulis fruticoſus, glaber, humilis.
Folia oppoſita, ſeſſilia, ovata, acuminata, dentato-ſpinoſa, glabra, ſeſquipollicaria.
Flores terminales, racemoſi.
Racemus bracteatus, digitalis.
Bracteae oppoſitae, ternae vel quaternae, ovatae, acutae, glabrae, patentes, ſemiunguiculares.
Pedunculi ex axillis bractearum ſolitarii, uniflori, capillares, bracteis paullo longiores.
Calyx corolla brevior, tetraphyllus potius videbatur.
Corolla ſubrotata. *Petala* obovata, integra, alba.
Germen ſuperum, oblongum.
Stylus nullus, ſed ſtigmata quatuor ſeſſilia.

latifolia. I. foliis ovatis ſerratis, floribus axillaribus aggregatis.
Iaponice: No Ko Giri.
Caulis arboreſcens.
Rami rigidi, angulati, fuſci.
Folia alterna, petiolata, ovata, obtuſiuſcula, ſerrata margine reflexo, ſupra nitida, ſubtus pallida, patentia, duos pollices lata, tripollicaria.

Petioli

Petioli ſubtriquetri, canaliculati, fuſci, unguiculares.

Flores ſupraaxillares, e gemmis plurimi aggregati, pedunculati.

Pedunculi unguiculares.

SAGINA.

procumbens. S. ramis decumbentibus, petalis breviſſimis.

Sagina procumbens. Linn. ſpec. Pl. p. 185.

Japonice: Takanotsme.

Creſcit ubique locis humidis.

Floret tota aeſtate a Martio in Novembris menſem.

Folia ſaepiſſime ſolitaria et longa, rarius faſciculata et brevia ut in europaea.

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

MYOSOTIS.

apula. M. ſeminibus nudis, foliis hiſpidis, racemis folioſis.

Myoſotis apula. Linn. ſp. Pl. p. 189.

Creſcit in montibus Fakoniae.

Floret Aprili.

LITHOSPERMVM.

arvenſe. L. ſeminibus rugoſis, corollis vix calycem ſuperantibus.

Lithoſpermum arvenſe. Linn. ſp. Pl. p. 191.

Iaponice: Skon, it. Muraſakki.

Creſcit iuxta Nagaſaki, alibi.

Radix fuſiformis, tenuis, rubra, rubro-tinctoria, digitalis.

CYNOGLOSSVM.

laponicum. C. foliis oblongis, villoſis, caulibus proſtratis.

Iaponice: Guſtabira So.

Radix fibroſa fibris longis, capillaribus, annua.

Caules circiter quatuor vel quinque, teretes, villoſi, decumbentes, flexuoſo-erecti, inaequales, palmares.

Folia amplexicaulia, oblonga, acuta, tenuiſſime ſerrulata, utrinque villoſa, patentia; radicalia ſubdigitalia; ramea ſenſim minora, unguicularia.

Flores terminales, racemoſi.

Calyx totus villoſus.

Corolla purpurea, calyce longior.
Stylus ſimplex, ſtigmate obtuſo.

PRIMVLA.

cortuſoides. P. foliis petiolatis cordatis ſublobatis crenatis.
Primula cortuſoides. Linn. ſp. Pl. p. 206.
Iaponice: Fakutjoke, it. Tjuoſin Aſagawo.
Creſcit in Inſula Nipon hinc inde, ſaepe in hortis culta.
Floret Aprili.
Folia radicalia, petiolata, cordata, ovata, obtuſa, inciſo-ſublobata, dentata imprimis baſi, utrinque nuda, pollicaria.
Petiolus linearis, glaber, digitalis.
Scapi plures, ſimplices, glabri, ſpithamaei.
Flores terminales, ſubumbellati.
Pedunculi capillares, inaequales, uniflori.
Involucrum univerſale 5-phyllum: foliolis lanceolatis, glabris.
Corollae limbi laciniae cordatae, patentes.

MENYANTHES.

nymphoides. M. foliis peltatis integris.
Menyanthes nymphoides. Linn. ſpec. Plant. p. 207.
Iaponice: Sjun, it. Sjunſai, vulgo Nonawa.
Sjun, vulgo Nonawa. Kaempf. Am. ex. Faſcic. V. p. 828.
Folia peltata, latiora quam longa, integerrima, tenuia, glabra.
Petiolus floriferus.
Differt a M. indica foliis peltatis.
Uſus: Folia cum petiolis et pedunculis florentibus ſale condiuntur inque uſum ſervantur; hinc valde glutinoſa facta. Condimentum hocce, viſcido et ſalino in aqua tepida prius ablutis, iuſculo cuidam parato et calido inditur atque ſic comeditur; partes enim huius mox a calore iuris cocti evadunt tenerrimae.

LYSIMACHIA.

Ephemerum. L. racemis ſimplicibus terminalibus, petalis obtuſis, ſtaminibus corolla brevioribus.

Lyſimachia Ephemerum. Linn. ſp. Pl. p. 209.

Creſcit iuxta vias in inſula Saikokf.

Floret Iunio, Iulio.

Folia ſeſſilia, alterna, oblongo-lanceolata, acuminata, integra, nuda, nervoſa, ſubtus non atro-punctata.

Racemus ſimplex, ſenſim florens, terminalis, ſpithamaeus.

Pedunculi lineam longi.

Bracteae ſetaceae, pedunculo paullo longiores.

Petala obtuſa.

Stamina corolla breviora.

Iaponica. L. foliis ſubcordatis, floribus axillaribus, pedunculis folio brevioribus.

Radix annua, fibroſa.

Caulis filiformis, decumbens, apice flexuoſo-erectus, villoſus, ſimplex, palmaris.

Folia oppoſita, petiolata, ſubcordata, ſubrotunda, obtuſa, integra, tenuiſſime villoſa, patentia, unguicularia.

Petioli foliis duplo breviores.

Flores axillares, rarius ſolitarii, ſaepius bini.

Pedunculi uniflori, florentes erecti, fructiferi reflexi, petiolis breviores.

Capſula polyſperma.

ANAGALLIS.

arvenſis. A. foliis ovatis ſeſſilibus, caule decumbente.

Anagallis arvenſis. Linn. ſpec. Pl. p. 211.

Caulis ramoſus, palmaris, decumbens.

Rami tetragoni, divaricati, diffuſi.

Folia oppoſita, ſeſſilia, ſubcordata, ovata.

Flores purpurei.

DORAENA.

Iaponica. Doraena.
Iaponice: Tuſu Kaki, it. Fitatſi et Sonrjo.
Caulis arboreus, orgyalis.
Rami alterni, teretes, cinerei, glabri, divaricati.
Folia alterna, petiolata, oblonga, acuminata, remote et obſolete ſerrata, nervoſa, glabra, patentia, digitalia.
Petioli ſemiteretes, ſupra ſulcati, glabri, unguiculares.
Flores racemoſi, albi, minuti.
Racemi axillares, vix unguiculares.

AZALEA.

indica. A. floribus ſubſolitariis, calycibus piloſis.
Azalea indica. Linn. ſp. Pl. p. 214.
Iaponice: Teki Tſjocku, vulgo Tſutſuſi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 845, 847. Fig. p. 846.
Tſutſuſi, Rjuku Tſutſuſi, Iedogawa Tſutſuſi, Iamma Tſutſuſi, Mijamma Tſutſuſi et Kiriſima Tſutſuſi Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 848, 849.
Token, vulgo Satſuki, Satſuma Satſuki et Iedogaua Satſuki. ibid. 849, 850.
Creſcit inter Miaco et Iodo in collibus alibique.
Cultae ubique habentur plurimae varietates, ob inſignem floris elegantiam et infinitos fere colores.
Floret Aprili, Maio.
Ratione colorum et magnitudinis corollae plures exſtant varietates pulcherrimae, quas enumerat Kaempferus.
Plures varietates pentandrae ſunt; aliae, licet rarius, hexandrae et heptandrae inveniuntur. Aliis calyx valde viſcoſus, aliis valde hirſutus.

CONVOLVULUS.

edulis. C. foliis cordatis integris trilobisque glabris, caule repente angulato.
Iaponice: Imo, it. Kara Imo.

Creſcit

Creſcit in Nagaſaki montibus et eius regionibus copioſiſſime culta, a Luſitanis huc primum allata et in ſuperioribus regionibus adhuc incognita.

Floret rariſſime; neque ego flores unquam vidi; Ipomoea triloba tamen eſſe nequit.

Radices magnitudine ſaepe pugni, tuberculatae, carnoſae, uti Batatas, eſculentae, molliſſimae et ſapidiſſimae.

Differt a C. Batatas: foliis cordatis integris, trilobis et 5-lobis, nec anguſtatis in medio, ut ſagittata evadant.

trinervis. C. foliis cordatis oblongis glabris trinerviis, caule volubili tereti, pedunculis unifloris.

Caulis filiformis, volubilis, glaber, ſimplex.

Folia oppoſita, petiolata, cordata, ovato-oblonga, acuminata, integerrima, trinervia nervis a petiolo continuatis, ſubtus pallidiora, glabra, pollicaria et paullo ultra.

Petiolus linearis, glaber, unguicularis.

Flores axillares, ſolitarii vel bini, ſubſeſſiles.

Calyx 5-partitus: *laciniae* lanceolato-ſetaceae, glabrae, longitudine dimidia corollae.

Corolla purpurea.

Stamina et piſtillum corolla breviora.

Stylus apice bifidus.

Stigmata duo, capitata.

Iaponicus. C. foliis haſtatis lanceolatis: lobis lateralibus unidentatis, pedunculis unifloris, caule volubili.

Iaponice: Kos et Kudſi, vulgo Firagawo. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 856.

Creſcit iuxta Iedo, Nagaſaki, alibi; etiam cultus.

Floret Maio, Iunio, Iulio.

Caulis filiformis, volubilis, ſimplex, glaber.

Folia alterna, ſubſecunda, petiolata, haſtata, glabra: *Lobus intermedius* lanceolatus, integerrimus, acutus, pollicaris; *laterales lobi* parum reflexi, poſtice unidentati dente interdum brevi, interdum longitudine dimidia lobi, ſemipollicares.

Petioli filiformes, reflexi, glabri, folio triplo breviores.

Flores axillares, ſolitarii, pedunculati.

Pedunculus longitudine folii, filiformis, glaber.

Calycis foliola ovata, acuta, integra, glabra.

Soldanella. C. foliis reniformibus, pedunculis unifloris.
Convolvulus Soldanella. Linn. ſp. Pl. p. 226.
Iaponice: Iugawo.
Creſcit in marginibus viarum, inter Iado et Miaco, locisque humidis et depreſſis, etiam iuxta rivos.
Floret Maio, Iunio.
Herba tota decumbens, late ſerpens foliis floribusque ſecundis erectis.

IPOMOEA.

triloba. I. foliis trilobis cordatis, pedunculis trifloris.

Ipomoea triloba. Linn. ſp. Plant. p 229.

Iaponice: Kingo, it. Kekva, vulgo Aſagawo.

Kingo, vulgo Aſagawo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 856.

Creſcit prope Nagaſaki copioſe, in Koſido alibique, etiam culta.

Floret Auguſto, Septembri, Octobri.

Folia cordata, ſemper triloba ſeu potius profunde trifida; *lobis* ſubaequalibus, integerrimis.

Affinis C. eduli; ſed ille gerit prima folia indiviſa, dein accipit folia trifida et tandem quinquefida, atque interdum ſeptemfida lobis lateralibus autem minimis.

Variat α. floribus ſolitariis, binis et ternis.

β. floribus violaceis, rubris et albis.

Huic tubera radicum vel nigra vel alba. Nigra laxantia ſunt.

POLE-

POLEMONIUM.

coeruleum. P. foliis pinnatis, floribus erectis, calycibus corollae tubo longioribus.

Polemonium coeruleum. Linn. ſp. Pl. p. 230.

Floret Iunio.

CAMPANULA.

triphylla. C. foliis ternis linearibus, floribus verticillato-ternis.
Japonice: Todoki Niſjin, it. Suriganne Niſji.
Creſcit circum Nagaſaki.
Floret Septembri.
Radix fuſiformis.
Caulis herbaceus, erectus, totus glaber.
Folia terna, ſeſſilia, linearia, acuta, integra, margine reflexo, patentia, glabra, pollicaria.
Flores ex axillis foliorum terni, pedunculati.
Pedunculi capillares, uniflori, rarius diviſi, foliis triplo longiores.

tetraphylla. C. foliis quaternis oblongis ſerratis.
Caulis angulatus angulis obſoletis, articulatus, glaber, inferne ſimplex, ſuperne paniculatus, bipedalis.
Rami quatuor, oppoſiti et alterni, virgati, diffuſi, ſubtetragoni, floriferi, glabri, ſuperioribus brevioribus capillaribus.
Folia quaterna, ſeſſilia, oblonga, inferne attenuata, acuta, ſerrata; ſupra viridia; ſubtus pallida nervo medio elevato; glabra, erecta, pollicaria vel paullo ultra, longitudine internodiorum.
Flores in ramis racemoſi, cernui.
Bracteae ſetaceae, glabrae.
Racemi multiflori pedunculis capillaribus, unguicularibus.
Perianthium perſiſtens, per capſulam decurrens.
Corolla albida.
Antherae lineares.
Stylus corolla duplo longior.
Stigma trifidum.

glauca. C. foliis ſeſſilibus ovatis ſerratis ſubtus glaucis, caule angulato paniculato, pedunculis unifloris.

Iaponice: Keko, vulgo Kikjo et Kirakoo. Kaempf. Am. ex. Faſcic. V. p. 822.

Creſcit iuxta Nagaſaki, etiam culta.

Floret Iulio, Auguſto.

Caulis ſuffruticoſus, angulatus, glaber, erectus, ſuperne paniculato-ramoſus, bipedalis.

Rami valde angulati, flexuoſi, erecti, ſubfaſtigiati, glabri.

Folia ſeſſilia, ſparſa, ovata, acuta, ſerrata ſerraturis argutis, margine parum reflexo, ſupra viridia; ſubtus glauca, ſcabra, venoſo-reticulata; inferiora maiora, patula; ſuperiora ſenſim minora, erecta, circiter pollicaria.

Flores axillares in ſummitate ramorum, ſolitarii, pedunculati.

Pedunculi erecti, bracteati, pollicares.

Bracteae ſeu foliola unum vel duo in pedunculo alterna, lanceolata, foliis ſimilia.

Calyx ſubangulatus, glaucus: *laciniae* lanceolatae, reflexae.

Corolla magna, coerulea.

Trachelium. C. caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis.

Campanula Trachelium. Linn. ſpec. Pl. p. 235.

Iaponice: Suriganni So. Suriganni campanulam ſignificat.

Floret Iunio, Iulio.

Caulis ſubangulatus, hirtus, ſimplex, pedalis et ultra.

Folia inferiora petiolata, cordata; ſuperiora ſeſſilia, oblonga; omnia inaequaliter ſerrata, acuta, utrinque villoſa.

Flores in ſummitate caulis axillares, pedunculati, cernui.

Pedunculi erecti, uniflori, biflori et triflori, bipollicares.

Pedicelli breviſſimi.

Calyx totus villoſus, imprimis baſi hiſpidus.

Varie-

Varietas duplex: α) floribus albis.
β) floribus rubris.

margi-nata. C. foliis lanceolatis undulatis ſerratis marginatis, ramis debilibus, floribus terminalibus ſolitariis.
Iaponice: Fime Kikjo, i. e. Virginum Viola.
Creſcit in marginibus viarum inter Arai et Quana.
Floret Maio, Iunio.
Caulis baſi craſſus, ſublignoſus, decumbens.
Rami plurimi, capillares, debiles, erectiuſculi, parum ramuloſi, ſtriati, glabri, ſpithamaei.
Folia in inferiori parte ramorum, ſeſſilia, alterna, lineari-lanceolata, marginata margine albo, undulata, ſerrata ſerraturis remotis, pilis albis hiſpida, unguicularia.
Flores in ramis et ramulis terminales, ſolitarii.

LONICERA.

nigra. L. pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, foliis ellipticis integris.
Lonicera nigra. Linn. ſp. Pl. p. 247.
Rami valde divaricati, flexuoſi, teretes, villoſi.
Folia oppoſita, ſeſſilia, elliptica ſeu ovata utrinque attenuata, integerrima, nervoſa, glabra, parum nervis villoſa.
Flores axillares, breviter pedunculati pedunculis vix lineam longis.
Baccae diſtinctae, nigrae.

Iaponi-ca. L. floribus binis terminalibus ſeſſilibus, foliis omnibus diſtinctis, caule volubili.
Iaponice: Nin too. it. Sin too, vulgo Sui Kadſura. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 785.
Creſcit prope Nagaſaki.
Caulis teres, volubilis, hirſutus, parum ramoſus.
Rami oppoſiti, teretes, diphylli, florentes, valde hirſuti, patentes, unguiculares.
Folia omnia, petiolata, oppoſita, ovata, acutiuſcula, integerrima, villoſa, ſubtus pallida, pollicaria ſuperioribus minoribus.

Petioli deflexo-patentes, hirſuti, ramis paullo breviores.
Flores in apicibus ramorum terminales, bini, ſeſſiles.
Calyx breviſſimus.
Corolla tubuloſa, irregularis, villoſa rubra, pollicaris.
Stamina corollae aequalia.
Antherae incumbentes.
Stylus longitudine corollae.
Stigma capitatum, indiviſum.

WEIGELA.

Iaponica. Weigela. Thunb. Act. Stockholm. 1780. p. 137. tab. 5. vid. etiam iconem ſubnexam.

Weigela japonica. Hornſt. Diſſ. Nov. Plant. Gener. p. I. p. 5.

Iaponice: Korei Utſugi, it. Sima Utſugi et Nippon Utſugi. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 855.

Creſcit prope Iedo et in regionibus Fakoniae.

Floret Aprili, Maio.

Caulis fruticoſus.

Rami oppoſiti, teretes, cinerei, glabri.

Ramuli ſubtetragoni, erecti, ceterum ramis ſimiles.

Folia oppoſita, petiolata, ovata, acuminata, ſerrata, venoſa, glabra, venis utrinque hirtis, ſubtus pallida, patentia, bipollicaria.

Petioli depreſſi, ſupra valde hirti, lineam longi.

Flores in ramis et axillis foliorum.

Pedunculus communis ſolitarius e ſingula ala, compreſſus, dilatatus, triflorus, unguicularis.

Pedicelli tres, uniflori, pedunculo longiores.

Bracteae in apice pedunculi et infra medium pedicellorum binae, ſubulatae, erectae.

Corolla purpurea.

MIRA-



WEIGELA
japonica.

MIRABILIS.

Ialappa. M. floribus congeſtis terminalibus erectis.
Mirabilis Ialappa. Linn. ſp. Pl. p. 252.
Iaponice: Keſo, Fooſen et Kinſokva.
Fooſen et Kinſokva. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 910.
Creſcit in Satſuma, alibi.
Floret Septembri, Octobri.
E farina ſeminum conficiunt Iaponenſes fucum album, quo faciem quandoque obducunt feminae.

DATVRA.

Stramonium. D. pericarpiis ſpinoſis erectis ovatis, foliis ovatis glabris.
Datura Stramonium. Linn. ſp. Pl. p. 255.
Creſcit iuxta Nagaſaki.
Floret Octobri, Novembri.

NICOTIANA.

Tabacum. N. foliis lanceolato ovatis ſeſſilibus decurrentibus, floribus acutis.
Nicotiana Tabacum. Linn. ſp. Pl. p. 258.
Iaponice: Tabaco.
Nomen, uti ipſa planta et uſus a Luſitanis ſine dubio primum introductum fuit.

PHYSALIS.

angulata. P. ramis angulatis glabris, foliis ovatis dentatis.
Phyſalis angulata. Linn. ſp. Pl. p. 262.
Iaponice: Sanſjo, vulgo Foo Ski, ſeu Too Dſuki.
Sanſjo, vulgo Foo dſuki. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 785.
Creſcit prope Nagaſaki.
Floret Auguſto.

SOLA-

SOLANVM.


aethiopicum. S. inerme herbaceum foliis ovatis repando-angulatis, pedunculis fertilibus unifloris cernuis.
Solanum aethiopicum. Linn. ſp. Plant. p. 265.
Iaponice: Naſſubi vulgo, it. Ka et Kja. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 810.
Hollandis: Fokke Fokkes.
Creſcit prope Nagaſaki, Satſuma, cultum.
Floret Auguſto, Septembri, Octobri.
Fructus edulis, in iuſculis ſaepe adhibetur.

nigrum. S. inerme herbaceum foliis ovatis dentato-angulatis, umbellis nutantibus.
Solanum nigrum. Linn. ſp. Pl. p. 266.
Iaponice: Tenka et Tenkja, vulgo Ko Naſſubi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 912.
Creſcit prope Nagaſaki.
Floret Septembri.

tuberoſum. S. inerme herbaceum foliis pinnatis integris, pedunculis ſubdiviſis.
Solanum tuberoſum. Linn. ſp. Pl. p. 265.
Creſcit rarius prope Nagaſaki cultum, ſed non facile heic propagatur, neque admodum grati ſit ſaporis.

lyratum. S. inerme herbaceum erectum foliis lyrato-haſtatis tomentoſis.
Iaponice: Fijodori Diogo.
Creſcit iuxta Nagaſaki.
Floret Septembri, Octobri.
Tota planta, caulis, rami, petioli, folia utrinque, pedunculi denſe et obſcure tomentoſa et inermia.
Caulis herbaceus, teres, parum flexuoſus, erectus, ramoſus.
Rami pauci, alterni.
Folia ſparſa, petiolala, ovata, inferiora lyrato-pinnatifida, ſuperiora haſtata, pollicaria: *pinnae laterales* ſuboppoſitae, quatuor, rarius plures, integrae; *terminalis* maior, acuminata, integra.

Petio-



LYCIUM *japonicum*

Petiolus ſolio paullo brevior.

Flores verſus ſummitates axillares et terminales, paniculati.

Panicula ſubdichotoma.

Pedicelli glabri, uti et calyx.

Antherae flavae, pertuſae.

CAPSICUM.

annuum. C. herbaceum pedunculis ſolitariis.

Capſicum annuum. Linn. ſp. Pl. p. 270.

Iaponice: Banſjo, vulgo Toogaras. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 826.

Creſcit ubique cultum.

groſſum. C. caule ſuffruteſcente, fructibus incraſſatis variis.

Capſicum groſſum. Linn. Syſt. Nat. p. 189.

Creſcit iuxta Nagaſaki, et alibi.

Cultum habetur puſillum, valde pulchrum, multum deſideratum a Iaponenſibus, qui omnia monſtroſa et nana amant.

LYCIUM.

Iaponicum. L. inerme foliis ovatis nervoſis planis, floribus ſeſſilibus.

Iaponice: Manteſi ſeu Mantes, vulgo Kome Gomi, it. Tjakutjo Ke.

Kome Gomi, it. Manteés. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 780.

Creſcit prope Nagaſaki et alibi vulgare.

Floret ab Aprili usque in Novembris menſem.

Fructus non producit.

Frutex vix orgyalis, ramoſiſſimus, erectus.

Rami

Rami et ramuli ſparſi, teretes, tenues ſeu filiformes, cinerei, glabri, patuli, apice cernui.
Folia oppoſita, ſubſeſſilia, ovata, inferne attenuata, obtuſa cum acumine, nervoſa, integerrima, glabra, patentia, ſupra ſaturatius viridia, unguicularia. *Axillae* foliorum plurimis foliis minoribus onuſtae.
Flores in ramulis e faſciculo foliorum ſeſſiles, erecti, ſolitarii vel aggregati, decidui.
Perianthium 1-phyllum, perſiſtens, viride, corolla multo brevius, glabrum, 5-dentatum.
Corolla 1-petala. *Tubus* cylindricus, ſuperne ampliatus, viridi-albus, lineam longus; *Limbus* 5-partitus: *laciniae* ovatae, obtuſae, patentes, albo-incarnatae, tubo paullo breviores. *Os* tubi villis clauſum.
Filamenta 5, tubo infra os longitudinaliter adnata, alba.
Antherae oblongae, erectae, ſubexſertae, albae.
Germen ſuperum.
Stylus capillaris, albus, longitudine corollae.
Stigmata duo, raro tria, oblonga, albida, villoſa.
Variat: α. flore ſimplici.
β. flore pleno.
Uſus: ſaepes vivae hinc inde plantatae inveniuntur.

barbarum. L. ſpinoſum folis lanceolatis, calycibus ſub-bifidis.
Lycium barbarum. Linn. ſp. Pl. p. 277.
Japonice: Kooki vulgo Kuko, aliis Numi Guſſuri. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 777.
Creſcit prope Nagaſaki.
Floret Auguſto, Septembri, Octobri, Novembri.
Uſus: 1. Frutex pro ſepimentis areolarum iuxta domos inſervit.
2. Folia inſtar Theae quandoque adhibentur in morbis.
3. Fructus etiam veſcendos aliquando praeſcribunt Medici.

RHAM-

BLADHIA.

Iaponi-ca. B. foliis ſerratis glabris.
Bladhia japonica. Hornſtedt. Diſſ. Nov. Plantar. Gener. P. I. p. 6, 7. cum figura vid. etiam tab. ſubnexam.

Iapo-



BLADHIA *japonica*.

RHAMNVS.

Zizy-phus. R. aculeis geminatis rectis, floribus digynis, foliis ovato-oblongis glabris.

Rhamnus Zizyphus. Linn. ſpec. Plant. p. 282.

Iaponice: Naatsme. Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 789.

Caulis fruticoſus, ramoſus.

Rami et ramuli filiformes, glabri.

Aculei ſparſi, ſolitarii et gemini, ſaepius erecti.

Folia alterna, breviſſime petiolata, vix cordata, ovata et ovato-oblonga, obtuſa cum acumine tenuiſſimo, rarius retuſa, ſerrata, glabra, ſupra viridia, ſubtus pallida, trinervia, pollicaria.

Flores axillares, duo, tres vel plures aggregati, breviſſime et inaequaliter pedunculati.

Styli duo breviſſimi.

Stigmata capitata.

CEANOTHVS.

aſiaticus. C. foliis ovatis enerviis.

Ceanothus aſiaticus. Linn. ſp. Pl. p. 284.

Rami alterni, flexuoſi, ſtriati, glabri.

Folia in apicibus ramulorum aggregata, alterna, petiolata, ovata, obtuſa, crenata, venoſa, glabra, inaequalia, vix pollicaria.

Petioli foliis duplo breviores.

Flores axillares, paniculati.

BLADHIA.

Iaponica. B. foliis ſerratis glabris.

Bladhia japonica. Hornſtedt. Diſſ. Nov. Plantar. Gener. P. I. p. 6, 7. cum figura vid. etiam tab. ſubnexam.

Iapo-

Iaponice: Kvåkits, it. Iabokoſi, vulgo Fanna Tadſi banna; etiam ſjiro Tadſi baona.

Sankits, vulgo Iamma Tadſi banna. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 775.

Creſcit prope Nagaſaki inter montium frutices, alibique culta in hortis.

Floret Iulio.

Fructus maturus a Decembri usque in Aprilis menſem.

Radix perennis, repens, fibrilloſa.

Caulis fruteſcens, flexuoſus, erectus, rariſſime ramoſus, palmaris atque pedalis.

Folia verſus ſummitatem frequentia, oppoſita, petiolata, ovata, acuta, ſerrata, glabra, patentia, pollicaria ſummis paullo maioribus.

Petiolus linearis, lineam longus.

Flores ex axillis foliorum umbellato-racemoſi, cernui.

Pedunculus ſtriatus, glaber, erectus, umbelliferus, bipollicaris.

Pedicelli teretes, rubri, glabri, cernui, unguiculares.

Corolla alba, ſuaveolens.

villoſa. B. foliis ſerratis villoſis.

Iaponice: Iamma Tadſi banna.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Caulis filiformis, erectiuſculus, tomentoſus, digitalis.

Folia oppoſita, petiolata, ovata, acuta, remote ſerrata, ciliata, villoſo-ſcabra, unguicularia.

Petioli foliis duplo breviores.

Flores laterales, pedunculati.

Pedunculi capillares, pauciflori, tomentoſi,

Priori longe minor et tota villoſa.

B. fo-



BLADHIA *villoſa*.

criſpa. B. foliis oblongis criſpis glabris.

Iaponice: Kvakits, vulgo Fanna Tadſi banna. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 776.

Creſcit in inſula Nipon.

Floret Martio, Aprili, Maio.

Caulis teres, glaber, ſimplex, erectus, ſpithamaeus vel ultra.

Folia alterna, petiolata, valde oblonga, apice attenuata ſed obtuſiuſcula, tenuiſſime criſpa, glabra, ſubtus pallidiora, nervoſa, erecta, ſuperiora longiora, ſpithamaea.

Petioli unguiculares.

Flores laterales, paniculati.

Bacca rubra, magnitudine piſi.

CELASTRUS.

articulatus. C. inermis foliis rotundatis acuminatis, pedunculis axillaribus ſubtrifidis.

Caulis fruticoſus, erectus.

Rami polygoni, punctis albis adſperſi, ferruginei, glabri.

Folia alterna, petiolata, ſubrotunda, acuminata, ſerrata, glabra, nervoſa, patentia, ſeſquipollicaria.

Petioli canaliculati, folio triplo breviores.

Flores axillares, pedunculati.

Pedunculi bifidi trifidique.

Capſula trilocularis.

punctatus. C. inermis ramis ſcandentibus punctatis, foliis ovatis ſerratis.

Iaponice: Kutſi Kadſura, et Tſuro Ome.

Caulis fruticoſus, ramoſus.

Rami elongati, polygoni, punctis albis ſcabridi, ferruginei, nudi, ſcandentes, ramuloſi.

Ramuli ſparſi, ſtriati, patentiſſimi, ſaepe recurvi, folioſi, breves.

Folia in ramulis alterna, petiolata, ovata, acuta, ſerrata, ſubtus pallidiora, glabra, pollicaria.

Petiolus ſemiunguicularis.

Flores in ramulis ſparſi, ſolitarii, pedunculati.
Pedunculi articulati, laxi, ſemiunguiculares.
Capſula trilocularis.
Semina arillata arillo flavo, rugoſo.

ſtriatus. C. inermis ramulis erectis ſtriatis, foliis ovatis acuminatis ſerratis, pedunculis ſparſis unifloris.
Caulis fruticoſus.
Rami teretes, ſubrugoſi, cinerei, erecti.
Ramuli oppoſiti, ſtriati, divaricato-erecti.
Folia oppoſita, breviſſime petiolata, ovata, acuminata, tenuiſſime ſerrata, glabra, patentia, pollicaria.
Flores in ramulis ſparſi, pedunculati.
Pedunculi capillares, articulati, patentiſſimi.
Capſula unilocularis, 2, 3 vel 4-locularis, ſeu potius capſulae aggregatae.
Differt a priori: 1. ramis non punctatis, nec ſcandentibus.
2. foliis ſubſeſſilibus.

alatus. C. inermis ramis alatis.
Japonice: Nili Kingi. Kaempf. Amoen. exot. Faſc. V. p. 796.
Creſcit iuxta templa Nagaſaki et alibi in regionibus Satſumae, in hortis domeſticis non raro cultus.
Fructus gerit Septembri.
Caulis fruticoſus, orgyalis.
Rami oppoſiti, alati, laxi, erecti, glabri.
Ramuli oppoſiti, patentiſſimi, breves, alati.
Alae ſuberoſae, irregulares, hinc inde per totos ramos et ramulos ſparſae, cortici adhaerentes, facile ſecedentes.
Folia oppoſita, breviſſime petiolata, elliptica, acuminata, tenuiſſime ſerrata, glabra, patentia, pollicaria.
Flores in ramulis ſparſi, pedunculati.
Pedunculi capillares, uniflori, infra florem ſupra medium glandulis duabus inſtructi, pollicares.
Capſulae 1-loculares, 2-loculares, rarius 3-loculares.
Semina arillata.

An

An ſit Evonymus vel Celaſtrus, certe determinari difficile poteſt, cum flores nunquam viderim et capſulae loculamenta varient; coniicio tamen eſſe Celaſtrum, ob capſulam plerumque 1 locularem. Praeterea haec duo genera valde affinia ſunt vixque ſeparari deberent.

Ramis alatis ſingularis et pulcher eſt frutex, cuius cymis florum ante fores parentum inſertis, filiarum amores procant iuvenes.

EVONYMUS.

Tobira. E floribus 5-fidis, foliis oblongis retuſis integris.

Iaponice: Tobera ſ. Tobira rarius. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 796. fig. p. 797.

Creſcit in Papenberg, iuxta Iedo, prope Miaco, alibi.

Floret Maio.

Caulis fruticoſus, erectus, aphyllus, ramoſus, vix orgyalis.

Rami alterni, teretes, erecti, fuſci, aphylli.

Ramuli alterni, erecti, virides, glabri, folioſi.

Folia in ultimis ramulis aggregata, alterna oppoſitaque, petiolata, oblonga, ſubretuſa, integerrima; ſupra viridia, nitida, nervo longitudinali albo; ſubtus pallida, reticulata, marginibus deflexis; erecta, craſſiuſcula, pollicaria et bipollicaria, obliqua, glabra.

Petioli compreſſi, pallidi, glabri, unguiculares.

Flores in apicibus ramulorum aggregato ſubumbellati, pedunculati, erecti.

Pedunculi teretes, uniflori, raro diviſi, pubeſcentes, petiolis duplo longiores.

Perianthium 1-phyllum, profunde 5-partitum, raro 4-partitum, pubeſcens, viride, erectum, clauſum, corolla quadruplo brevius: *laciniae* lanceolatae, obtuſiuſculae, carinatae, concavae.

Corolla 5-petala, raro 6-petala, germini inſerta, alba, odore florum Citri ſvaveolens. *Petala* oblongo-ovata, obtuſa, integra, patula.

Filamenta 5, rariſſime 6, filiformia, receptaculo inſerta, erecta, alba, petalis breviora.

Antherae ovatae, didymae, erectae, flavae.
Germen ſuperum, punctatum.
Stylus unicus, ſubulatus, ſemilineam longus, perſiſtens, flaveſcens.
Stigma ſimplex, obtuſum.
Capſula ovata, obtuſa, ſtylo perſiſtente coronata, glabra, triſulca, trivalvis, raro quadrivalvis, rariſſime 5-valvis, 5-ſulca.
Semina intra ſingulam valvulam ſubquaterna, ovata, angulata, rubra, arillo viſcido involuta, intus alba.
Tota planta ſublacteſcens, tetra.

Iaponicus. E. floribus quadrifidis, foliis ovatis obtuſis ſerratis.
Japonice: Iſo Kuroggi h. e. Arbor nigra littoralis; item Tamma tſu Baki, Bupo et Maijumc.
Iſo Kuroggi. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 790.
Creſcit in Papenberg, Koſido, inſula Nipon, alibi.
Floret Iunio, Iulio.
Caulis fruticoſus, ſtrictus, cinereus, nudus, orgyalis.
Rami oppoſiti, erecto-patentes, virides, parum folioſi.
Ramuli decuſſati, folioſi, breves, virides.
Folia in ultimis ramis oppoſita, approximata, petiolata, ovata, obtuſa, ſerrata ſerraturis obtuſis, inferne integra, craſſa, ſubtus pallidiora, nervoſa, glabra, erecto-patentia, pollicaria.
Petiolus ſemiteres, glaber, lineam longus.
Flores axillares, paniculati.
Panicula trichotoma, decompoſita, divaricata, ſubfaſtigiata.
Pedunculus et pedicelli angulati, glabri, compreſſi.
Perianthium 4-phyllum, perſiſtens, inferum: *Laciniae* lato-ovatae, obtuſae, concavae, glabrae, corolla duplo breviores, pallide virides.
Corolla 4-petala, alba, patula. *Petala* rotundata, concava, integra, lineam longa.
Filamenta quatuor, germini inſerta, ſubulata, apice inflexa, alba, patentia, longitudine calycis.
Antherae rotundae, didymae, flavae.
Germen ſuperum, tetragono-conicum, glabrum.
Stylus filiformis, longitudine corollae, perſiſtens.

Stigma

Stigma ſimplex, truncatum.

Capſula ſubgloboſa ſtylo calyceque perſiſtentibus, quadriſulcata, glabra, 4-valvis, 4-locularis, quadrifariam dehiſcens.

Semina quatuor, oblonga, cortice externo rubra, intus alba, centro viridia. Interdum ſemina tria quarto non foecundato.

Interdum calyx triphyllus, germen triquetrum et capſu-pſula trilocularis, triſulca.

Varietas duplex: α) foliis viridibus totis.
β) foliis albo-maculatis.

Fructus maturus Novembri, Decembri.

europaeus. E. floribus ſubquadrifidis, foliis ovatis acutis ſerratis.
Evonymus europaeus. Linn. ſp. Pl. p. 198.
Iaponice: Maijume.
Creſcit in Inſula Nipon et alibi.
Floret Iunio.
Variat 1. foliis maioribus et minoribus.
2. floribus paucis et panicula trichotoma compoſita.
3. Capſulis 3, 4 et 5-locularibus.

Semper huic rami laeves; folia petiolata, acuta, tenuia et tenuiſſime ſerrata.

HOVENIA.

dulcis. Hovenia.

Hovenia dulcis. Hornſtedt Diſſert. Nov. Gen. Plant. P. I. p. 7, 8, 9.

Iaponice: Siku, vulgo Ken et Kenpokonas. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 808. fig. p. 809.

Creſcit prope Nagaſaki.

Floret Iunio, Iulio, Auguſto.

Fructus maturus Novembri, Decembri.

Radix perennis.
Caulis arboreus, craſſus, ſeſquiorgyalis.
Rami teretes glabri.
Folia alterna, petiolata, ſubcordata, ovata, acuminata, ſerrata, dependentia, nervoſa, glabra, palmaria.
Petiolus ſemiteres, reflexus, glaber, pollicaris.
Flores axillares et terminales, paniculati.
Panicula dichotoma, compreſſa.
Pedunculi ſubteretes, dichotomi, poſt floreſcentiam incraſſati, carnoſi carne dulci rubente; *pedicelli* divaricati, flexi retroflexique, glabri, unguiculares, lineam longi.
Flores facile decidui.
Raro calyx 4-partitus ſtaminibus quatuor.
Pedunculi carnoſi a Iaponenſibus eduntur, ſuntque ſapore dulci, fere Pyri.

RIBES.

cynosbati. R. aculeis ſubaxillaribus, baccis racemoſis aculeatis.
Ribes cynosbati. Linn. ſpec. Pl. p. 292.
Japonice: Fun Boku, it. Iodoriki.
Creſcit inter Miaco et Iedo.
Floret Aprili.
Folia cordata, orbiculata, inaequaliter et parum profunde inciſa crenataque, 5-nervia, glabra.
Petiolus longitudine folii.
Pedunculi ſaepe uniflori, longitudine floris, ſemiunguiculares.
Bacca aculeata ſquamis lanceolatis longis.

HEDERA.

helix. H. foliis ovatis lobatisque.
Hedera helix. Linn. ſpec. Pl. p. 292.
Iaponice: Fologi Tſta. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 887.
Creſcit in Dezima, prope Nagaſaki alibique.
Folia heic communiter indiviſa, rarius lobata.

VITIS

VITIS.

indica. V. foliis cordatis dentatis ſubtus villoſis, paniculis longis.

Vitis indica. Linn. ſpec. Pl. p. 293.

Iaponice: Itadori.

Caulis flexuoſus, teres, cinereus, glaber.

Folia petiolata, cordata, acuta, ſerrata, ſubtus imprimis nervis villoſa.

Paniculae florum longae floſculis glomeratis.

vinifera. V. foliis lobatis ſinuatis nudis.

Vitis vinifera. Linn. ſp. Pl. p. 293.

Iaponice: Foto, vulgo Iebi et Budo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 786.

Creſcit in Nagaſaki, Dezima et iuxta Iedo culta, forſan huc allata primum ab europaeis.

Uvae virides heic non optime maturantur neque admodum ſapidae evadunt.

labruſca. V. foliis cordatis ſubtrilobis dentatis ſubtus tomentoſis.

Vitis labruſca. Linn. ſp. Pl. p. 293.

Iaponice: Ganebu. Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 786.

Creſcit prope Nagaſaki, in inſula Piſcatorum, Papenberg, Koſido et aliis locis, ſatis vulgaris.

Floret Septembri.

Folia ſubtus ferrugineo-tomentoſa.

heterophylla. V. foliis ſimplicibus inciſo-trilobis quiuquelobisque ſerratis nudis.

Iaponice: Inu Gaucbu, i. e. Vitis ſilveſtris.

Creſcit prope Nagaſaki, inque Papenberg.

Floret Iulio, Auguſto.

Caulis ſcandens, ſubangulatus, laevis, glaber, articulatus, nodoſus, ramoſus.

Rami alterni, patentes, cauli ſimiles.

Folia alterna, petiolata; inferiora maiora, 5-loba; ſuperiora ſenſim minora, triloba lobis inciſis, dentatis; ſuprema indiviſa, ſerrata; ſupra ſaturate viridia,

ridia, laevia; ſubtus pallidiora venis exſtantibus ſcabris.

Petioli teretes, ſupra ſulcati ſulco brunneo tomentoſo, patuli, longitudine folii, pollicares usque digitales.

Cirrhi pedunculis oppoſiti, bifidi, glabri.

Flores axillares, paniculati.

Panicula ſubdichotoma, glabra.

Perianthium 1-phyllum, glabrum, corolla triplo brevius, 5-dentatum, perſiſtens: *dentes* obtuſi.

Corolla 5-petala, alba. *Petala* ovata, acuta, concava, intus ſub apice dente incurvo, albo-virentia, ſemilineam longa, decidua.

Filamenta nectarii ſulco ſupra baſin extus inſerta, ſubulata, erecta, nectario paullo longiora.

Antherae rotundae, flavae.

Nectarium ſertiforme, intra ſtamina, truncatum, 5-ſulcatum, calyce paullo longius, albo-vireſcens.

Germen ſuperum, nectario coronatum, ovatum, viride, glabrum.

Stylus unicus, filiformis, corolla brevior, perſiſtens, vireſcens.

Stigma ſimplex, obtuſum.

Bacca globoſa, calyce coronata, viridis, glabra, diſperma, magnitudine piſi.

Semina duo, tria, quatuor, cortice duriuſculo albo cincta, ſubcordata, inferne attenuata, ſubbilocularia.

Huic folia in eodem ramo ſaepe indiviſa, triloba, et quinqueloba; in aliis ramis triloba et 5-loba; in aliis triloba et indiviſa; in aliis omnia indiviſa, triangulata, ſerrata.

Vitis et Ciſſus idem genus erit, varians ſtaminibus 4 et 5.

Iaponica. V. foliis quinatis ſubpedatis glabris: foliolis crenatis, crenis ariſtatis.

Creſcit circum Nagaſaki, inque Papenberg.

Floret in fine Auguſti.

Caulis herbaceus, angulatus, parum ramoſus, decumbens, glaber.

Folia

Folia alterna, petiolata, 5-partita, patentia: *foliola* omnia petiolata, glabra, ſerrata, nervoſa, ſupra viridia, ſubtus pallidiora; intermedium maius et longius, petiolatum, acutius; inferiora duplo minora, ſemipollicaria, obtuſiora, petiolo bifido inſidentia.

Petioli teretes, ſupra ſulcati.

Cirrhi foliis oppoſiti, angulati, bifidi.

Flores axillares, paniculati.

Panicula ſupradecompoſita, faſtigiata, primo trichotoma, dein dichotoma, ultimo racemoſa.

Pedunculus teres, ſtriatus, foliis longior.

Perianthium viride, minimum, obſolete 4-dentatum, perſiſtens.

Corolla 4-petala, decidua: *Petala* ovata concava, ſub apice fornicata, acuta, viridia, patentia, ſemilineam longa.

Nectarium ſertiforme, germen cingens, 4-ſulcatum, corolla multo brevius, croceum.

Filamenta quatuor, nectarii ſulcis externe et inferne inſerta, ſubulata, corolla breviora, vireſcentia.

Antherae minimae, rotundae, flavae.

Germen ſuperum, planiuſculum, croceum.

Stylus unicus, filiformis, longitudine filamentorum.

Stigma ſimplex, obtuſum.

penta-phylla. V. foliis quinatis: foliolis indiviſis ſerratis.

Caulis herbaceus, filiformis, ſcandens, ſulcatus, glaber.

Folia alterna, petiolata, quinata: *foliola* ovata, baſi attenuata, acuminata, ſerrata, tenuia, glabra, lateralia minora, ſubpollicaria.

Petioli bipollicares.

Flores racemoſi.

Racemi axillares folio longiores, floſculis remotis minimis.

ACHYRANTHES.

aſpera. A. caule erecto, calycibus reflexis ſpicae adpreſſis.
Achyranthes aſpera. Linn. ſpec. Plant. p. 295.

Iaponice: Oni no Ia, i. e. tela (ja) Diaboli (oni), cum ſemina, telorum inſtar, veſtibus adhaereant.

Creſcit iuxta Nagaſaki, in Koſido, vulgaris in cultis ubique.

Floret Septembri, Octobri.

CELOSIA.

argentea. C. foliis lanceolatis, ſtipulis ſubfalcatis, pedunculis angulatis, ſpicis ſcarioſis.

Celoſia argentea. Linn. ſp. Pl. p. 296.

Iaponice: Gooſits. vulgo Ino Kadſits; Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 863.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Floret Septembri, Octobri.

criſtata. C. foliis lanceolato-ovatis recurvis ſubundatis, pedunculis angulatis, ſpicis oblongis criſtatis.

Celoſia criſtata. Linn. ſp. Pl. p. 297.

Iaponice: Keikvan, vulgo Keitoge. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 962. it. Fjak Nange.

Creſcit prope Nagaſaki.

Floret Septembri, Octobri.

Varietas triplex: α) criſta florum rubra.
β) criſta florum flava.
γ) criſta rubro et flavo variegata.

Criſtae ſaepe pedales pedemque latae pluribus interdum coloribus, ut flavo et rubro, ſuperbiunt.

Omnium maxima et pulcherrima heic creſcit; ad alias vero regiones allata degenerat.

PAEDERIA.

foetida. Paederia.

Paederia foetida. Linn. ſyſt. Nat. 2. p. 208.

Apocynum foetidum. Burm. Flor. Ind. p. 71.

Iapo-

Iaponice: Panja et Kuſa, Panſa, vulgo Fekuri Kadſura vel Feifuri Kadſura; it. Fakubokon, vulgo Fekuſo Kadſura.

Fakubukon, vulgo Fekuſo Kadſura. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 784.

Creſcit prope Nagaſaki, in Dezima, Papenberg, Koſido.

Floret Auguſto, Septembri.

Caulis volubilis, filiformis, glaber.

Folia oppoſita, petiolata, cordata, acuminata, integerrima, nervoſa, patula, ſubtus pallidiora, pollicaria, glaberrima. In iuniori planta folia lanceolata, in adultiori ovata.

Petioli teretes, ſupra ſulcati, glabri, folio paullo breviores.

Flores axillares, paniculati, ſenſim florentes.

Pedunculus teres, glaber, longitudine petioli.

Pedicelli inferiores oppoſiti, ſuperiores alterni.

Perianthium ſuperum, glabrum, 5-phyllum, *laciniae* acutae, erectae, perſiſtentes, corolla multoties breviores.

Corolla 1-petala, tubuloſa. *Tubus* inflatus, extus albo-tomentoſus, intus purpureus, ſuperne albo-villoſus, ſemiunguicularis. *Limbus* 5 et 6-partitus, patens: *laciniae* rotundatae, criſpae, albae, lineam longae. *Os* tubi purpureum, villoſum, parum clauſum.

Filamenta 5 et 6, corollae baſi longitudinaliter adnata, capillaria, rubra, tubo dimidio breviora.

Antherae dorſo inſertae, lineares, erectae, ſtriatae, albidae.

Germen inferum, ſerto breviſſimo cinctum, obtuſe 6-lobatum, glabrum, purpuraſcens.

Stylus unicus, filiformis, erectus, longitudine filamentorum, purpuraſcens.

Stigmata duo, capillaria, criſpa, albida, antheris longiora.

Bacca calyce coronata, globoſa, immatura viridis, glaberrima, fragilis, ſaepius bilocularis, rarius trilocularis.

Semina duo vel tria.

Saepe

Saepe calyx 7-phyllus, corolla 7-fida; interdum calyx 6-phyllus.
Rarius ſtamina ſeptem.
Planta ſiccatione nigreſcit, recens valde foetet.
Varietas: α) foliis latioribus, brevioribus.
β) foliis anguſtioribus, longioribus.

CARISSA.

ſpinarum. C. foliis ovatis acutis.
Cariſſa ſpinarum. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 208. Mant. p. 559, 560.
Iaponice: Sonoki, aliis Fira et viraſi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 784.
Creſcit hinc inde in Iaponia rarius, ſaepe culta in ollis.
Floret Aprili cum baccis maturis adhuc inſidentibus.

GARDENIA.

florida. G. inermis corollis obtuſis, calyce angulato, foliis ovatis acutis.
Gardenia florida. Linn. ſp. Pl. p. 305. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 208.
Gardenia florida. Djuped. Diſſert. de Gardenia. Upſ. 1780. p. 13, 18.
Iaponice: Si vulgo Kutſjinas. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 808.
Creſcit ubique, ſepes ſaepe vivas formans in hortis magnatum, etiam ab aliis ob elegantiam florum culta.
Floret Iunio, Iulio.
Caulis arboreſcens, erectus, totus glaber, orgyalis.
Rami et ramuli oppoſiti, erecti.
Folia oppoſita, ſubſeſſilia, ovata, acuminata, integra, glabra, venoſa, patentia, pollicem lata, bipollicaria.
Stipulae intrafoliaceae, vaginantes, ovatae, obtuſae, membranaceae.
Flores in ramulis terminales, ſolitarii, ſubſeſſiles.
Calyx angulatus, glaber, 5-6 partitus: *laciniae* lanceolatae, verticales, erectae, decurrentes, perſiſtentes, tubo duplo breviores.

Corolla



GARDENIA *radicans.*

Corolla nivea, coriacea: *tubus* cylindricus, pollicaris; *limbus* 5-6 partitus: *laciniae* ovatae, obtuſae, planae, pollicares.

Bacca oblonga, calyce perſiſtente coronata et angulata, glabra, 5-6 valvis, unilocularis, pollicaris. *Pulpa* lutea.

Raro corolla ſimplex, ſaepe plena, antheris plerumque ſex, calyce 6-partito, limbo corollae 6-partito et bacca hexagona.

Fructus pro luteo tingendo adhibentur, in plurimis tabernis venales.

radicans. G. inermis corollis obtuſis, calyce angulato, foliis ellipticis, caule radicante.

Gardenia radicans. Djuped. Diſſert. de Gardenia, Upſ. 1780. p. 12. tab. I. fig. 1.

Japonice: Sanſiſi, Miſuktjinaſi et Kutſjinas.

Kutſjinas altera. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 808.

Creſcit vulgaris culta.

Floret Iulio, Iunio.

Caulis decumbens, radicans, glaber, craſſitie calami, circiter pedalis.

Rami oppoſiti, rudimentis foliorum tuberculati, flexuoſi, erecti.

Folia in apicibus ramorum confluentia, oppoſita, ſubſeſſilia, elliptica, integra, parallelo-nervoſa, glabra, erecta, pollicaria usque bipollicaria.

Stipulae intrafoliaceae, ovatae, obtuſae, vaginantes, membranaceae.

Flores in ramis terminales, ſolitarii, ſubſeſſiles.

Calyx angulatus, glaber, 5-6 partitus: *laciniae* lanceolatae, verticales, erectae, perſiſtentes, tubo dimidio breviores.

Corolla ſaepius plena, alba, coriacea: *limbi* laciniae oblongae, obtuſae, planae.

Differt a G. florida eo, quod multoties minor ſit, caule tenui, fruteſcente, decumbente, radicante foliisque anguſtis, ellipticis ſeu lanceolatis utrinque attenuatis.

VINCA.

VINCA.

roſea. V. fruteſcens erecta floribus geminis ſeſſilibus, foliis oblongis, petiolis baſi bidentatis.

Vinca roſea. Linn. ſp. Pl. p. 305.

Creſcit iuxta et in Nagaſaki, ſaepe culta in ollis, ob pulchritudinem florum.

Floret Septembri, Octobri.

NERIUM.

Oleander. N. foliis lineari-lanceolatis ternis.
Nerium oleander. Linn. ſp. Pl. p. 305.
Iaponice: Kjotjekſto, et Kjotikto.
Creſcit hinc inde cultum.
Floret Auguſto, Septembri.

divaricatum. N. foliis ovatis, caule ſcandente.
Nerium divaricatum. Linn. ſpec. Pl. p. 306.
Iaponice: Uno Fanna. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 909.
Creſcit inter Miaco et Nagaſaki vulgare.
Floret Iunio.

Caulis fruteſcens, teres, decumbens, vel ſcandens, ferrugineus.

Rami alterni, divaricati, villoſi.

Folia oppoſita, petiolata, ovata, acuminata acumine obtuſo, integerrima margine reflexo, parallelo-nervoſa, ſubtus pallidiora, glabra, pollicaria, ultima minora.

Petioli ſemiteretes, vix lineam longi.

Flores in ramis terminales, paniculati.

Panicula trichotoma et dichotoma.

Pedunculi et pedicelli filiformes, glabri.

Calyx corolla tubo brevior.

Corolla albida.

Stigma capitatum, truncatum.

TABER-

TABERNAEMONTANA.

elliptica. T. herbacea foliis ſubternis lanceolatis.

Caulis herbaceus, teres, ſenſim attenuatus, ſimplex, glaber, pedalis vel pauſſo ultra.

Folia ſubpetiolata, ſparſa, bina, terna quaternaque, elliptica ſeu lanceolato-acuminata, integra, nervoſa, glabra; ſubtus parum pallida, laevia; patentia, ſeſquipollicaria ſuperioribus minoribus.

Petioli breviſſimi, ſenſim dilatati in folium, ſubverticillato-quaterni, terni vel bini, approximati, nec oppoſiti.

Flores terminales, racemoſi.

Pedunculi capillares, alterni, uniflori, lineam longi.

Bractea ſetacea ſub pedunculo ſingulo eoque brevior.

Calyx 5-partitus, corolla multoties brevior laciniis ſetaceis.

Corolla coerulea, vix unguicularis.

Valde affinis eſt T. Amſoniae, differt vero

I. foliis anguſtioribus, utrinque attenuatis, ſubtus vix reticulatis; duobus, tribus vel quatuor approximatis ſubverticillatis.

II. caule tereti, nec angulato.

DIGYNIA.

PERGULARIA.

Japonica. P. foliis cordatis glabris.
Creſcit prope Nagaſaki.
Floret Auguſto.
Caulis volubilis, teres, glaber, ſimplex.
Folia oppoſita, petiolata, cordata, acuta, integerrima; nervoſa, glabra, patula, pollicaria.
Petioli teretes, glabri, unguiculares.

Flores

Flores axillares, pedunculati, umbellati, erecti.

Umbella ſimplex.

Perianthium 1-phyllum, ad baſin fere 5-partitum, corolla brevius, erectum: *laciniae* lanceolatae, hirtae.

Corolla 1-petala, tubuloſa. *Tubus* campanulatus, calyce paullo brevior. *Limbus* 5-partitus: *Laciniae* ovatae, obtuſae, patenti-reflexae, intus villoſae, extus glabrae.

Nectaria 5, ſubſagittata, erecta, compreſſa, cum antheris connata in cylindrum, baſi exterius dente nutante notata, apice incurva et cum ſtigmate connata.

Filamenta ſubnulla.

Antherae cum nectario in cylindrum connatae nectarium formantes et genitalia tegentes.

Germina duo ovata, acuminata, erecta, glabra, longitudine calycis.

Styli nulli, ſed germina attenuata in ſtylos.

Stigma piſtilla tegens, cum apicibus nectarii connatum, terminatum in filum longum, erectum, apice attenuatum, flexuoſum, album, longitudine corollae.

Folliculi duo.

CHENOPODIUM.

album. C. foliis rhomboideo-triangularibus eroſis poſtice integris: ſummis oblongis, racemis erectis.
Chenopodium album. Linn. ſp. Pl. p. 319.
Iaponice: Rei, vulgo Akaſa vel Akadſa. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 897.

viride. C. foliis rhomboideis dentato-ſinuatis, racemis ramoſis ſubfoliatis.

Chenopodium viride. Linn. ſp. Plant. p. 319.
Creſcit iuxta Nagaſaki.
Flores Octobri.

C. fo-

ambroſioides. C. foliis lanceolatis dentatis, racemis foliatis ſimplicibus.
Chenopodium ambroſioides. Linn. ſpec. Pl. p. 320.
Creſcit prope Nagaſaki.
Floret Octobri, Novembri.

Scoparia. C. foliis lineari-lanceolatis planis integris.
Chenopodium Scoparia. Linn. ſp. Pl. p. 321.
Iaponice: Tſiſu, vulgo Fawa Kingi, it. Niwa guſa et Fooki guſa. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 885. Guſa herbam denotat, Fooki vero faſciculum.
Creſcit iuxta Nagaſaki.
Floret Septembri, Octobri.
Inſigne medicamentum Iaponenſibus praeſtat.

BETA.

vulgaris. B. caule erecto.
Beta vulgaris. Linn. ſp. Pl. p. 322.
Iaponice: Toodiſia.
Radix heic ſatis rubra evadit, dum in ceteris Indiae orientalis regionibus fere albida eſt.

HUMULUS.

lupulus. Humulus.
Humulus lupulus. Linn. ſp. Pl. p. 1457.
Creſcit prope Nagaſaki, in montibus ſponte, nunquam cultus.
Floret Auguſto, Septembri.
Caulis longe repens.

CANNABIS.

ſativa. Cannabis.
Cannabis ſativa. Linn. ſp. Pl. p. 1457.
Iaponice: Ba et Ma, vulgo Aſa. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 897.
Creſcit hinc inde, etiam culta.

GOMPHRAENA.

globoſa. G. caule erecto, foliis ovato-lanceolatis, capitulis ſolitariis, pedunculis diphyllis.
Gomphraena globoſa. Linn. ſp. Pl. p. 326.
Iaponice: Sennitsko.
Creſcit hinc inde, ſaepe culta in ollis.
Floret Septembri, Octobri.

CELTIS.

orientalis. C. foliis oblique cordatis ſerratis ſubtus villoſis.
Celtis orientalis. Linn. ſp. Plant. p. 1478.
Iaponice: Ie no Ki, aliis Me no Ki. Me fructus dicitur.
Creſcit prope Nagaſaki, in inſula Nipon et alibi.
Floret Aprili.
Gumi ſtillat arbor gumi ceraſorum ſimile.

BUMALDA.

trifolia. Bumalda.

Creſcit in montibus Fakoniae.

Floret Maio, Iunio.

Caulis fruticoſus, denſe ramoſus, omnibus partibus glaber.

Rami teretes, obſolete angulati, geniculati, purpurei.

Ramuli oppoſiti, filiformes, ramis ſimiles, patentiſſimi, folioſi.

Folia oppoſita, petiolata, ternata. *Foliola* ovata, acuminata, tenuiſſime ſerrata, ſubtus pallida, breviſſime petiolata, unguicularia.

Petioli capillares, patentiſſimi vel reflexi.

Flores in ramis terminales, racemoſi pedunculis capillaribus.

SWER-

SWERTIA.

rotata. S. corollis 5-fidis, foliis lanceolato-linearibus.

Swertia rotata. Linn. ſpec. Pl. p. 328.

Tota planta glabra.

Caulis baſi fruteſcens, tetragonus, erectus.

Rami alterni, cauli ſimiles.

Folia oppoſita, ſeſſilia, ſubamplexicaulia, lanceolato linearia, acuta, integra, erecto patentia, pollicaria.

Flores in ramis alterni, ſubſecundi, pedunculati, albo-incarnati.

Pedunculi angulati, uniflori, unguiculares.

Perianthium ad baſin fere infimam 5-partitum: *laciniae* lanceolatae, acutae, unguiculares.

Nectarii laminae aliquot ad baſin corollae, in ſetas plurimas tenuiſſimas diviſae, albidae, corolla triplo breviores.

Filamenta 5, linearia, corollae baſi inſerta, corolla dimidio breviora, albida. *Filamentum* unum vel alterum inveni apice bifidum cum totidem antheris.

Antherae ſub apice dorſo affixae, bifidae, vireſcentes.

Germen ſuperum, oblongum.

Stylus nullus.

Stigmata duo, compreſſa, obtuſa, interdum vix conſpicua.

Capſula elliptica, bivalvis, 1-locularis apice dehiſcens.

Semina numeroſa.

GENTIANA.

aquatica. G. corollis 5-fidis infundibuliformibus terminalibus ſeſſilibus, foliis margine membranaceis.

Gentiana aquatica. Linn. ſp. Pl. p. 332.

Japonice: Sekirintoru, vulgo Kiranſo, Kokerindo et Har Rindo. *Har* ſignificat ver.

Creſcit inter Miaco et Iedo, locis depreſſis.

Flores Aprili, Maio.

Folia radicalia maiora, ovata, acuta, plurima; *caulina* perfoliata, minuta, ovato-oblonga; omnia margine albo-membranacea.

Caules ſimplices, uniflori, digitales.

Flores terminales.

Calyx margine et lineis decurrentibus membranaceis.

Corolla infundibuliformis, calyce duplo longior, quinquefida, coerulea.

Iaponicum meum ſpecimen paullo maius eſt, quam quod e Sibiria obtinui.

HYDROCOTYLE.

vulgaris. H. foliis peltatis, umbellis quinquefloris.
Hydrocotyle vulgaris. Linn. ſp. Pl. p. 238.
Creſcit hinc inde.

aſiatica. H. foliis reniformibus aequaliter crenatis.
Hydrocotyle aſiatica. Linn. ſp. Pl. p. 338.
Iaponice: Sakuſets, vulgo Kakidoro, it. Tſubo Guſa. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 887.
Confundunt Iaponenſes ſub hoc ipſo nomine Hydrocotylen aſiaticam et vulgarem, ob ſimilitudinem foliorum.
Creſcit in Papenberg.
Floret Septembri.

SANICULA.

canadenſis. S. foliis radicalibus compoſitis: foliolis ovatis.
Sanicula canadenſis. Linn. ſp. Pl. p. 339.
Creſcit hinc inde.

DAUCUS.

Carota. D. ſeminibus hiſpidis, petiolis ſubtus nervoſis.
Daucus Carota. Linn. ſpec. Plant. p. 348.
Iaponice: Koſuk, vulgo Niſji et Iabu Nenſin. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 822.
Creſcit ubique culta.

Gingidium. D. radiis involucri planis: laciniis recurvis.
Daucus Gingidium. Linn. ſpec. Pl. p 348.
Creſcit in inſula Nipon.
Floret Maio.

PEUCEDANUM.

Iaponicum. P. foliis quinquies tripartitis: foliolis cuneiformibus trifidis.

Iaponice: San Boſu, vulgo Fama Boſu ſeu Iamma Boſu, i. e. Boſu littoralis. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 825.

Creſcit in littoribus maris circa Nagaſaki et adiacentium regionum inſularumque, Koſido, Papenberg, aliis.

Floret Septembri, Octobri.

Tota planta glabra.

Caulis teres, flexuoſus, erectus, ramoſus, craſſitie pennae anſerinae, vix pedalis.

Rami alterni, divaricati, ramuloſi, cauli ſimiles.

Folia petiolata, quinquies tripartita: *foliola* cuneiformia, inciſo-quinquefida vel trifida.

Petioli vagina amplexicaulis, lata, ſtriata.

Umbellae in ramis et ramulis terminales, multiradiatae, compoſitae, ſubfaſtigiatae.

Semina ovata, compreſſa, lineis elevatis exarata, margine parum alata.

SIUM.

Siſarum. S. foliis pinnatis: floralibus ternatis.
Sium Siſarum. Linn. ſp. Pl. p. 361.
Japonice: Mukago Niſin, it. Sjakuna.
Creſcit hinc inde in inſula Niphon.

Ninſi. S. foliis pinnatis quinatis ternatisque ſerratis.
Sium Ninſi. Linn. ſp. Pl. p. 361.
Iaponice: Sju Sjin, vulgo Niſji, Nindſin et Dſindſom. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 818. fig. p. 819.
Summum cordiale in Iaponia creditur et cariſſime emitur e China boreali huc allata radix. Dum ego in Iaponia verſabar, libra unica ſelectae radicis Ninſi conſtitit 600 imperialibus.

Iaponicum. S. foliis pinnatis: foliolis inciſis, umbellis terminalibus.
Iaponice: Saiko, it. Mits Suba Seri.
Creſcit in inſula Nipon, florens Iunio.
Caulis erectus, flexuoſus, ſuperne ramoſus.
Folia pinnata glabra; *infima* maxima: *pinnae* difformes, oblongae, ovatae, integrae, inciſae, patentes. *Superiora* minuta: *foliola* lanceolata, integra.
Umbellae in ramis terminales, compoſitae.

decumbens. S. foliis bipinnatis, caule decumbente.
Iaponice: Iingoſaku
Creſcit in inſula Nipon, prope Iedu et Fakonam.
Floret Martio.
Caulis decumbens, puſillus.
Folia radicalia, longe petiolata, glabra, bipinnata: *foliola* trifida.
Umbella terminalis, ſubſimplex.
Semina ovata, obtuſa ſtylis perſiſtentibus, ſtriata, glabra.

SISON.

canadenſe. S. foliis ternatis.
Siſon canadenſe. Linn. ſp. Pl. p. 363.

Iapo-

Japonice: Tſuru Ninſin. Tſuru gramen denotat.
Creſcit iuxta Iedo.
Radix faſciculata, fibrilloſa.
Caulis teres, erectus, glaber, parum ramoſus, bipedalis et ultra.
Folia petiolata, omnia ternata, ſubtus pallidiora, glabra, inferiora maiora, ſuperiora minora. *Foliola* ovata, acuta, inciſa, argute ſerrata, ſubaequalia, lateralia ſeſſilia, intermedium ſubpetiolatum.
Petioli radicales, capillares, glabri, foliis multoties longiores; caulini paullo breviores.
Flores axillares, paniculati et umbellati.
Pedunculi et pedicelli capillares, laxi, glabri.
Corollae albae.
Semina oblonga, linea exarata, glabra.

CHAEROPHYLLVM.

ariſtatum. C. caule laevi geniculis tumido, ſeminibus hirtis biariſtatis.

Caulis teres, ſtriatus, glaber, erectus, geniculis tumidis.

Folia bipinnata, villoſa, vaginis petiolorum ciliatis.

Umbellae terminales, compoſitae.

Involucra et involucella ſubulata, reflexa.

Semina oblonga, ſtylis divaricatis ariſtata, albo-villoſa.

Differt a Ch. bulboſo: 1. foliis hirtis, ſcabris.
2. ſeminibus villoſis, ariſtatis.

ſcabrum. C. caule aequali, foliolis inciſis acutis hirtis, pedunculis ſcabris.

Iaponice: Iamma Ninſin, Kiſinſo et Oni no Fari, i. e. Acus Diaboli, it. No Ninſin, et Hebi Muſiro.

Iamma Ninſin, Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 822.

Creſcit prope Iedo et alibi.

Floret Aprili, Maio.
Radix fibroſa.
Caulis ſubflexuoſus, erectus, angulatus, ſtriatus, inferne glaber, ſuperne hirſutus, pedalis et ultra.
Rami alterni, patuli, ſubfaſtigiati, cauli ſimiles.
Folia bipinnata, hirta: *foliola* inciſo-ſerrata, acuta.
Umbellae terminales.
Petioli et pedunculi pilis albis adpreſſis valde hirſuti et ſcabri.
Semina ovato oblonga.
Differt a Ch. hirſuto: 1. foliolis minoribus et magis diviſis, nec vaginis dilatatis.
2. umbellis minoribus.

ANETHUM.

Foenicu-lum. A. fructibus ovatis.
Anethum Foeniculum. Linn. ſp. Pl. p. 377.
Iaponice: Sen Rio, it. Kute no Womo.
Creſcit iuxta Iedo ſeminibus e China allatis cultum.

PIMPINELLA.

Aniſum. P. foliis radicalibus trifidis inciſis.
Pimpinella Aniſum. Linn. ſpec. Pl. p. 379.
Iaponice: Kvaiko, vulgo Uikjo ſive Koikjo, it. Kureno Ommo, et Seri Niſi.
Kvaiko, Uikjo, vulgo Kureno Ommo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 825.
Creſcit hinc inde rarius, cultum.

APIUM.

petroſe-linum. A. foliolis caulinis linearibus, involucellis minutis.
Apium petroſelinum. Linn. ſp. Pl. p. 379.
Iaponice: Kin, vulgo Seri. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 825.
Creſcit in Dezima alibique cultum.

TRI-

TRIGYNIA.

RHUS.

Iavanicum. R. foliis pinnatis ovatis acuminatis ſerratis ſubtus tomentoſis.

Rhus javanicum. Linn. ſp. Pl. p. 380.

Creſcit prope Nagaſaki inque Papenberg.

Floret Septembri.

Folia pinnata cum impari: *foliola* oppoſita, ſeſſilia, circiter ſeptemiuga, ovata, acuta, crenato-ſerrata, parallelo-nervoſa, ſupra glabra, ſubtus ferrugineo-tomentoſa, pollicaria, ſuperioribus ſenſim maioribus.

Petiolus infra foliola teres, glaber, inter foliola utrinque alatus.

Flores terminales, paniculati.

Panicula compoſita, tomentoſa, floribus minutis.

vernix. R. foliis pinnatis integris annuis opacis, petiolo integro aequali.

Rhus vernix. Linn. Syſt. Nat. tom. 2. p. 242.

Iaponice: Sits vel Sits dſju, id eſt Sits planta; vulgo Urus no Ki. Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 791. fig. p. 792.

Creſcit hinc inde, imprimis culta et frequens in provinciis Tſi Koko et Figo.

Uſus. Haec vera eſt arbor vernicem Iaponicam ſelectiſſimam ſtillans, vernicem Chinenſem et Siamenſem multum ſuperantem. Cortex arboris cultro vulneratus lacteum ſuccum fundit, humore quodam cryſtallino ex aliis ductibus ſtillante permixtum, in aëre nigreſcentem: Surculi divulſi, foliorum petioli et nervi eundem ſuccum produnt, nullius omnino ſaporis, ſine acredine parum calefacientem. Liquor ex caudicibus praecipue triennibus excipi-

 tur,

tur, iterata ſectione, donec exſucci marceſcant. Succo orbati caules amputandi, ut nova e radice proveniat ſoboles. Optima vernix circa urbem Iaſſino colligitur. Per duplicatam chartam ſubtiliſſimam, telae aranearum pene ſimilem torqueri ſolet, ut a particulis heterogeneis mundetur; mundatae centeſima circiter pars olei Toi dicti, e Bignoniae tomentoſae fructu expreſſi, admiſcetur et ſic vaſis ligneis indita, vel pura, vel colorata ſive cinnabari nativa, ſive atramenti materia, per Iaponiam venalis fertur. *Oleum* ſeminum expreſſum pro candelis inſervit.

ſuccedaneum. R. foliis pinnatis integris perennantibus lucidis, petiolo integro aequali.

Rhus ſuccedaneum. Linn. Syſt. Nat. T. II. p. 242.

Iaponice: Faſi no Ki. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 794. fig. pag. 795.

Creſcit prope Nagaſaki, in Papenberg, Koſido, alibi.

Oleum huius ſeminum contuſorum et poſt coctionem adhuc calentium prelo ſubmiſſorum expreſſum candelis conficiendis inſervit et ſebi conſiſtentiam acquirit. *Vernicem* quidem fundit haec arbor, ſed adeo parcam, ut eam colligere, operae non ſit pretium.

VIBURNUM.

dentatum. V. foliis ovatis dentato ſerratis plicatis.

Viburnum dentatum. Linn. ſpec. Plant. p. 384.

Iaponice: Fundar, vulgo Te Marikva, aliis Kote Mawari. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 854.

Creſcit iuxta Faminamato, in Fakona, alibi.

Floret Aprili, Maio.

Folia plicata, imprimis ante quam bene explicata ſunt.

V. fo-

tomentoſum. V. foliis ovatis acuminatis ſerratis venoſis ſubtus tomentoſis, umbellis lateralibus.

Iaponice: Sijo, vulgo Adſai. it. Anſai et Adſiki, communiſſime Te Marikwa. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 854.

Creſcit in ſylvis variis inter Miaco et Iedo, etiam cultum.

Floret Aprili, Maio.

Rami teretes, glabri, rubentes, divaricati, ramuloſi.

Folia oppoſita, petiolata, ovata (non cordata) acuminata, ſerrata, nervoſa, ſubtus tomentoſa imprimis ſuperiora.

Petioli, ramuli et pedunculi tomentoſi.

Umbellae axillares in apicibus ramulorum floſculis radiantibus.

Differt a V. Lantana: α foliis ovatis nec cordatis.
β. umbellis lateralibus, confertis.

virens. V. foliis oblongis acuminatis apice ſerratis glabris, ramis ſcandentibus.

Caulis fruteſcens, ramoſus.

Rami et ramuli alterni, teretes, cinerei, glabri, ſcandentes.

Folia oppoſita, petiolata, ovato-oblonga, acuminata, baſi acumineque integra, medio tenuiſſime ſerrata, tenuia, glaberrima, laete virentia, ſubtus pallidiora, aequalia, ſeſquipollicaria.

Petiolus ſemiteres, ſemiunguicularis.

Flores terminales, umbellati, radiati.

Calyx reflexus.

Filamenta decem, longitudine calycis, antheris flavis.

Styli tres, divaricati, ſtigmatibus capitatis.

Differt a V. caſſinoide: 1. petiolis minime carinatis et
2. foliis ſerratis.

V. fo-

ſerratum. V. foliis oblongis ſerratis baſi integris ſubtus pallidis.
Folia oppoſita, petiolata, oblonga, acuminata, inferne attenuata, dentato-ſerrata, baſi integra, ſubtus pallida, glabra.
Cymae terminales floribus radiantibus.

eroſum. V. foliis ovatis acuminatis, eroſo-ſerratis glabris, petiolis tomentoſis.
Caulis fruticoſus, erectus, ramoſus.
Rami oppoſiti, angulati, cinerei, glabri, patenti-erecti.
Folia oppoſita, petiolata, ovata, acuminata, eroſo ſerrata, infima baſi integra, tenuia, glabra, ſubtus pallida, inaequalia, ſuprema maiora, bipollicaria.
Petiolus breviſſimus, tomentoſus.
Flores in ramulis terminales, paniculati, non radiati.
Panicula decompoſita, umbellata.
Pedunculi et pedicelli angulati, piloſi.
Bracteae ſetaceae, piloſae.
Stamina quinque.
Stylus ſimplex, breviſſimus.
Stigma obtuſum.
Differt foliis ovatis, craſſo-dentatis dentibus acutis, apice longius acuminatis.
Variant Viburna 1. floribus radiatis et non radiatis.
2. ſtylo unico et piſtillis tribus.
3. ſtaminibus quinque et decem.

hirtum. V. foliis ovatis ſerratis, villoſis, petiolis hirtis.
Caulis flexuoſo-erectus, teres, glaber.
Rami et ramuli alterni, teretes, baſi glabri, apice hirti.
Folia oppoſita, petiolata, ovata, (urticae ſimilia) acuta, profunde et aequaliter ſerrata, venoſa venis hirtis pilis albis decumbentibus, pollicaria.
Petioli et pedunculi hirti pilis horizontalibus.
Umbellae terminales, compoſitae floribus minutis non radiantibus.
Stigma bilobum.

dilatatum. V. foliis obovatis acuminatis inaequaliter dentatis villoſis.

Caulis

Caulis fruticoſus, erectus, ſubangulatus, cinereus, villoſus.

Folia oppoſita, petiolata, obovata, acuminata, inaequaliter et eroſodentata, nervoſa, utrinque villoſa, bipollicaria, inferiora minora.

Petiolus teres, villoſus, unguicularis.

Flores paniculati, non radiati.

Panicula axillaris, ſupradecompoſita, quadrifida et trichotoma, patentiſſima.

Pedunculi et pedicelli tomentoſi.

Stamina quinque.

Stylus ſimplex, breviſſimus ſtigmate obtuſo.

macrophyllum. V. foliis obovatis acuminatis dentatis glabris.

Tota planta glabra.

Caulis teres, uti et rami.

Folia oppoſita, petiolata, obovata, acuminata, dentata, nervoſa, glabra, ſubtus pallidiora, palmam lata et paullo longiora.

Petiolus folio triplo brevior.

Umbella terminalis, compoſita, floribus radiantibus.

cuſpidatum. V. foliis ovatis cuſpidatis ſerratis villoſis.

Folia ovata, cuſpidata, aequaliter acuteque ſerrata, pilis ſparſis, villoſa, palmam fere lata et paullo longiora.

Umbella ſupradecompoſita, terminalis floribus radiantibus.

SAMBUCUS.

japonica. S. fruticoſa cymis tripartitis, ſtipulis nullis.

Japonice : Heb no Ki.

Caulis fruticoſus ramis inanibus, glabris, oppoſitis, teretibus, patulis.

Folia

Folia oppoſita, pinnata cum impari, petiolata: *foliola* triiuga, quinqueiuga et ſeptemiuga, ovata, acuta, ſaepe acuminata, ſerrata margine cartilagineo-albo, glabra, pollicaria vel paullo ultra.
Petiolus communis teres, glaber.
Petioli partiales, unguiculares.
Flores terminales, paniculato cymoſi.
Cyma ſupradecompoſita, trichotoma, nuda absque bracteis, glabra, patens.
Corollae albae.
Filamenta 5, corolla breviora.
Germen ſuperum.
Stylus filiformis, ſtaminibus brevior.
Stigma capitatum, album.

canadenſis. S. fruteſcens cymis quinquepartitis, foliis ſubbipinnatis.
Sambucus canadenſis. Linn. ſp. Pl. p. 385.
Iaponice: Sokuſa So, it. Saki Teki.
Creſcit iuxta Nagaſaki et alibi.
Floret Iunio, Iulio, Auguſto.
Folia infima vix vel rariſſime compoſita, uti in canadenſi americes.
Frutex baſi, ſupra terram quotannis perit.
Fructus heic non maturatur.

nigra. S. cymis quinquepartitis, caule arboreo.
Sambucus nigra. Linn. ſp. Pl. p. 385.
Iaponice: Niwa Toka ſeu Niwa Tonga. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 787.
Caulis arboreus heic perennat.
Fructus neque huius in hiſce regionibus maturantur.

TAMARIX.

gallica. T. floribus pentandris.
Tamarix gallica. Linn. ſp. Pl. p. 386.
Iaponice: Iione.
Creſcit in regionibus Iedo.
Floret Maio.

ALSI-

ALSINE.

media. A. petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis.

Alſine media. Linn. ſpec. Plant. p 389.

Iaponice: Fan ru, vulgo Fakobi, it. Fagu Iera. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 896.

Creſcit ubique in cultis.

BASELLA.

rubra. B. foliis planis, pedunculis ſimplicibus.
Baſella rubra. Linn. ſp. Pl. p. 390.
Iaponice: Muraſakki no Fanna. it. Muraſakki. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 784.
Creſcit in regionibus Nagaſaki et alibi.
Floret Decembri.
Baccae pro tingendis ſerico et goſſypio rubris Iaponenſibus inſerviunt.

PENTAGYNIA.

ARALIA.

cordata. A. herbacea caule angulato inermi, foliis ſimplicibus cordatis.
Iaponice: Doku Kvats; vulgo Doſjen, it. Udo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 826.
Caulis ſuffruticoſus, angulatus, adſcendens, villoſus, parum ramoſus.
Rami alterni.
Folia alterna, petiolata, cordata, ovata, acuta, ſerrato-dentata, utrinque ſcabra, ſubtus pallida nervoſa, duos pollices lata, bipollicaria, inaequalia.
Petioli folio breviores,
Flores axillares, umbellati.
Pedunculi trichotomi et pedicelli tomentoſi.
Styli 5, divaricati.

A. ar-

penta-phylla. A. arborea aculeata foliis quinatis.
Iaponice: Wu Ko Gi, it. Kioh, vulgo Dara.
Kioh vulgo Dara. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 895.
Creſcit inter Miaco et Quana, atque iuxta Iedo.
Floret Maio, Iunio.
Caulis arboreus, aculeatus.
Rami aculeati, teretes, flexuoſi, cinerei, glabri.
Aculei axillares, ſolitarii, horizontales.
Folia e gemmis tria, quatuor vel plura, petiolata, quinata. *Foliola* ſubpetiolata, ovata, acuta; ſuperne ſerrata, inferne integra, attenuata; inermia, glabra; inferiora minora; intermedium maximum; pollicaria.
Petioli lineares, inermes, ſtriati, glabri, laxi, patentes, palmares.
Flores e gemmis inter folia umbellati.
Umbella ſimplex, pedunculata.
Pedunculus petiolo dimidio brevior.
Pedicelli plurimi, capillares, patuli.
Stamina 5, corolla longiora.

Iaponica. A. fruteſcens foliis lobatis.
Iaponice: Iaatsde i. e. octodigitatum folium, item Iaats Ta. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 790.
Creſcit prope Nagaſaki.
Floret Novembri, Decembri.
Caulis fruticoſus, inermis, erectus, orgyalis.
Folia verſus ſummitatem frequentia, alterna, petiolata, inciſo-ſeptemloba, iuniora quinqueloba, adultiora triplo et quadruplo maiora, nervoſa nervis totidem craſſis quot lobi, reticulata, ſupra viridia, ſubtus pallida; *lobi* inciſuris rotundatis a medio ad apicem ſerrati, acuti, digitales.
Petioli teretes, carnoſi, craſſi, baſi lati, amplexicaules, pallide virides, erecti, longitudine folii.
Bracteae ante explicationem plurimae, totam paniculam florum involventes, ovatae, acutae, valde concavae, pubeſcentes, diciduae, ſubpollicares vel unguiculares, ſuperne ſenſim minores.
Flores in ultimo apice paniculati, terminales.
Panicula compoſita; pedunculis alternis, umbelliferis.

Um-

Umbella ſimplex, ſubrotunda.
Pedicelli ſubaequales.
Involucrum univerſale et partiale nullum, niſi forſan caducum.
Corolla 5-petala, aequalis, alba. *Petala* ovata, acuta, reflexa, decidua, lineam longa.
Filamenta 5, ſubulata, erecta, alba, corolla longiora.
Antherae incumbentes, albidae.
Germen inferum, convexum, album.
Styli 5, filiformes, corolla breviores, albi, perſiſtentes.
Stigmata ſimplicia.
Bacca ſubtetragona, obtuſiſſima, ſtriata, 5-locularis.
Semina minuta.

STATICE.

Limonium. S. ſcapo paniculato tereti, foliis laevibus.
Statice Limonium. Linn. ſpec. Pl. p. 394.
Creſcit in Koſido.
Floret Septembri.

CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

MUSA.

paradiſiaca. M. floribus nutantibus, maſculis perſiſtentibus.
Muſa paradiſiaca. Linn. ſp. Pl. p. 1477.

Iaponice: Baſo. Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 905.

Creſcit hinc inde, fructus maturos non proferens.

CHAMAEROPS.

excelſa. C. foliis palmatis nervoſis ſerratis, petiolis inermibus.

Iaponice: α) Sjuro et Sodio. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 898.

Caulis arboreus, excelſus.

Folia petiolata, palmata, ſupra viridia, ſubtus pallida, glabra: *lobi* baſi cohaerentes, lineares, apice fiſſi, ſerrati, venoſi venis ſcabris.

Petioli trigoni, integri, longitudine foliorum.

Flores paniculati.

Panicula decompoſita, patula, floſculis in ultimis pedicellis ſeſſilibus.

E cortice trunci tenui reticulato ſcopae conficiuntur.

β) Soo Tſiku, vulgo Sjuro Tſiku. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 898.

Prioris eſt ſpecies ſed longe humilior.

PONTEDERIA.

vaginalis. P. foliis ovatis, racemo cernuo.
Pontederia vaginalis. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 261.

Creſcit

Creſcit iuxta Nagaſaki.
Radix fibroſa, faſciculata, ferruginea.
Folia radicalia, petiolata, ovata, vix cordata, acuta, integra, glabra, pollicaria.
Petioli radicales; inferne laxi, vaginantes; debiles, erecti, pedales, floriferi.
Caulis vel ſcapus nullus.
Flores e vagina petiolorum ſupra medium, racemoſi, pedicellati, ſecundi, cernui.
Pedunculus vix digitalis.
Pedicelli uniflori, ſemiunguiculares.
Specimini, quod in inſula Iava inveni, folia ſubcordata ſunt, alias ſimillima.

NARCISSUS.

Tazetta. N. ſpatha multiflora, nectario campanulato truncato breviore petalis, foliis planis.
Narciſſus Tazetta. Linn. ſp. Pl. p. 416.
Iaponice: Gitude et flore pleno Sui Sin, it. Siſen.
Siſen. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 873.
Creſcit iuxta Nagaſaki in montibus et alibi, ſponte et culta.
Floret Ianuario, Februario.
Iaponenſes radicem venenatam dicunt.

CRINUM.

latifolium. C. foliis ovato-lanceolatis acuminatis ſeſſilibus planis.
Crinum latifolium. Linn. ſp. Pl. p. 419.
Iaponice: Famma ſu.
Creſcit circum Nagaſaki.

AMARYLLIS.

ſarnienſis. A. ſpatha multiflora, corollis revolutis, genitalibus erectis.
Amaryllis ſarnienſis. Linn. ſpec. Plant. p. 421.
Iaponice: Seki San, vulgo Sibito banna, aliis Doku Simira. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 872.

Creſcit circum Nagaſaki in collibus.

Floret Septembri.

Radicem venenatam eſſe ſciunt Iaponenſes.

ALLIUM.

arenarium. A. ſcapo planifolio bulbifero, vaginis teretibus, ſpatha mutica, ſtaminibus tricuſpidatis.

Allium arenarium. Linn. ſp. Pl. p. 426.

Creſcit hinc inde in inſula Nipon.

ſeneſcens. A. ſcapo nudo ancipiti, foliis linearibus ſubtus convexis laevibus, umbella ſubrotunda, ſtaminibus ſubulatis.

Allium ſeneſcens. Linn. ſp. Pl. p. 430.

Creſcit in inſula Nipon, iuxta Nagaſaki, alibi.

Floret Iunio et ſequentibus menſibus.

odorum. A. ſcapo nudo teretiuſculo, foliis linearibus canaliculatis ſubtus angulatis, umbella faſtigiata.

Allium odorum. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 267.

Iaponice: Nobir.

Creſcit in Koſido, florens Octobri.

Bulbus ovatus, tunicatus.

Scapus teres, nudus, ſtriatus, glaber, ſeſquiſpithamaeus.

Folia linearia, ſaepe paullo longiora, debilia.

Cepa. A. ſcado nudo inferne ventricoſo longiore foliis teretibus.

Allium Cepa. Linn. ſp. Plant. p. 431.

Iaponice: Soo, vulgo Fitomoſi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 830.

Creſcit hinc inde cultum.

A. ſca-

fiſtuloſum. A. ſcapo nudo folia aequante, foliis terretibus ventricoſis.
Allium fiſtuloſum. Linn. ſp. Pl. p. 432.
Iaponice: Onegi, it. Oning et Oningi.
Creſcit cultum.
Floret Aprili, Maio.

LILIUM.

candidum. L. foliis ſparſis, corollis campanulatis intus glabris.
Lilium candidum. Linn. ſp. Pl. p. 433.
Iaponice: Sjire, Sjiroi, Oſjiroi et Siro Iuri. Siro album et Iuri Lilium appellatur.
Sjire, rectius Sjiroi et Oſjiroi. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 870.
Creſcit in Nagaſaki, Miaco, alibi.
Floret Iunio.
Corollae heic longiores evadunt, quam in Europa, fere ſpithamaeae.
Varietatem quoque inveni ſcapo villoſo.

Iaponicum. L. foliis ſparſis lanceolatis, corollis cernuis ſubcampanulatis.
Iaponice: Tametomo Iuri. Tametomo nomen viri cuiusdam eſt, in cuius foſſa creſcere dicitur haec planta.
Kasbiako, vulgo Konokko Iuri, it. Korei Iuri. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 871.
Creſcit in Miaco alibique, ſaepe cultum et formoſum.
Floret Iunio.
Caulis teres, ſimplex, laevis, glaber, bipedalis.
Folia alterna, petiolata, lanceolata, acuminata, integerrima, marginata, glabra, ſeſquipalmaria; ſubtus pallidiora, trinervia et quinquenervia.
Flores terminales, reflexo-cernui.
Corolla campanulata, albida, palmaris.
Affinis L. albo, differt vero
α. foliis paucis in caule, remotis, longiſſimis, petiolatis, nervoſis et
β. caule debiliori, unifloro.

pompo-nicum. L. foliis ſparſis ſubulatis, floribus reflexis, corollis revolutis.
Lilium pomponicum. Linn. ſp. Pl. p. 434.
Iaponice: Santan, vulgo Fime Iuri. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 871.
Creſcit in Iedo, Nagaſaki, alibi, ſaepe cultum.
Floret Maio, Iunio.
Folia ſubulata, linearia et lanceolata in diſtinctis individuis.
Corollae in meo ſpecimine revolutae vix ſunt; varietas tamen potius, quam diſtincta ſpecies.

bulbife-rum. L. foliis ſparſis, corollis campanulatis erectis intus ſcabris.
Lilium bulbiferum. Linn. ſp. Pl. p. 433.
Iaponice: Kentan, vulgo Oni Iuri, aliis Iamma Iuri. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 871.
Radix bulboſa, eſculenta.

ſuper-bum. L. foliis ſparſis ovato-oblongis, floribus reflexis, corollis revolutis, caule ramoſo.
Lilium ſuperbum. Linn. ſp. Pl. p. 434.
Creſcit iuxta Nagaſaki et alibi, cultum ob ſpecioſos ſuos flores.
Floret Iulio.
Caulis teres, laeviſſimus, glaber, ſuperne paniculatus, bipedalis et ultra.
Rami alterni, divaricati, erecti, cauli ſimiles, apice reflexi, florentes.
Folia caulina alterna, ſubpetiolata, baſi complicata, ovato-oblonga, acuta, integerrima, glabra, ſubtus quinquenervia, patentia, pollicaria vel paullo ultra; *ramea* ſub ſingulo ramo et in medio multo minora.
Petiolus depreſſus, vix ſemiunguicularis.
Flores in apicibus ramorum terminales, ſolitarii.
Corollae revolutae, magnae et ſpecioſae.
Petala oblonga, acuta, alba, maculis magnis purpureis et minoribus nigris a medio ad baſin adſperſa, bipollicaria. *Carina* nectarea barbata.

Fila-

Filamenta ſex, ſubulata, alba, longitudine fere corollae.

Antherae lineares, unguiculares.

canadenſe. L. foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis campanulatis.

Lilium canadenſe. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 268.

Iaponice: Kentan, vulgo Oni Iuri, et Iamma Iuri.

Creſcit hinc inde in ſylvulis, Nagaſaki montibus, alibi.

Floret Iunio, Iulio.

Folia verticillata, lanceolata, ſubtus nervoſa, erecta, pollicaria

Corolla campanulata, apicibus reflexa, purpureo-maculata.

philadelphicum. L. foliis verticillatis, floribus erectis, corolla campanulata, petalis unguiculatis.

Lilium philadelphicum. Linn. ſp. Pl. p. 435.

Folia inferiora alterna, ſuperiora terna et quaterna oblonga, ſubtus nervoſa, ſeſquipollicaria.

UVULARIA.

ſeſſilis. U. foliis ſeſſilibus oblongis.
Uvularia ſeſſilifolia. Linn. ſp. Pl. p. 437.
Iaponice: Saſa Iuri.
Creſcit in inſula Nipon.
Floret Maio, Iunio.
Radix fibroſa fibris longis.
Caulis ſtriato-angulatus, erectus, glaber, pedalis, ſuperne bifidus vel trifidus; ramis ſubfaſtigiatis, divaricato-erectis.
Folia ſeſſilia, alterna, ovata et oblonga, acuta, integra, nervoſa, glabra, pollicaria et ultra.
Flores terminales, pedunculati, ſolitarii vel bini, cernui.
Corolla campanulata, alba.

U. fo-

cirrhoſa. U. foliis ſeſſilibus cirrhoſis.
Iaponice: Bai Mo.
Caulis teres, articulatus, ſtriatus, glaber, ſimplex, erectus.
Folia ex eadem gemma duo, ſeſſilia, linearia, apice cirrhoſa, integra, glabra, digitalia.
Flores e gemma foliorum, pedunculati, cernui.
Pedunculus reflexus, uniflorus, unguicularis.
Petala 6, oblonga, lutea, ſubpollicaria.
Filamenta ſex, germini inſerta, alba, corolla duplo breviora.
Antherae oblongae, didymae, incluſae.
Stylus unicus, corolla paullo brevior, ſtaminibus longior.
Stigmata tria, reflexa.

hirta. U. foliis amplexicaulibus hirtis, caule villoſo.
Iaponice: Iamma Fotogis.
Creſcit iuxta Iedo.
Caulis teres, pilis longis denſis valde hirſutus, erectus, craſſitie calami, pedalis.
Folia alterna, amplexicaulia, cordata, oblonga, acuminata, 7-nervia, patentia, villoſa pilis breviſſimis, bipollicaria.
Flores non vidi.

HYPOXIS.

ſpicata. H. erecta foliis enſiformibus falcatis glabris, floribus ſpicatis.
Iaponice: Funſjoiſai, it. Madang Guſa.
Creſcit in Nipon, inter Miaco et Quana.
Floret Maio, Iunio.
Radix fibroſa fibris capillaribus faſciculatis.
Folia radicalia, plurima, enſiformia, ſubfalcata, integra, trinervia, glabra, ſcapo breviora, ſpithamaea.
Scapus filiformis, ſubangulatus, flexuoſus, erectus, villoſus, pedalis.
Flores e medio ſcapo ad ſummitatem ſpicati, alterni, remoti, plurimi.
Capſula, uti et rachis valde hirta.

ORNITHOGALUM.

Iaponicum. O. racemo ſpicato cylindrico longiſſimo, ſcapo ſtriato.
Iaponice: Menſoni, it. Kui Simira, i. e. Simira edulis.
Kui Simira. Kaempf Am. ex. Faſc. V. p. 872.
Creſcit iuxta Iedo, Nagaſaki, alibi.
Floret Auguſto, Septembri.
Radix bulboſa. *Bulbus* conicus, carnoſus, albus, nuce avellana paullo maior.
Folia radicalia, linearia, plana, glabra, erecta, digitalia, ſcapo breviora.
Scapus teres, ſtriatus, glaber, erectus, pedalis vel longior.
Flores racemoſi, erecti.
Racemus ſpicatus, cylindricus, ſenſim florens, digitalis vel ultra.
Bractea ſub pedunculis linearis, marceſcens, perſiſtens, pedunculo brevior.
Pedunculi capillares, erecti, uniflori, lineam longi.
Corolla 6-petala, purpureo coerulea, patens, perſiſtens. *Petala* lanceolata, lineam longa.
Filamenta ſex, ſubulata, erecta, alba, corollae longitudine; alterna baſi latiora.
Antherae ovatae, didymae.
Germen ſuperum.
Stylus ſubulatus, erectus, albus, longitudine corollae.
Stigma ſimplex, obtuſum, album.
Capſula ovata, acuta, triquetra, 6-ſtriata, ſubvilloſa, trivalvis, trilocularis.

SCILLA.

Iaponica. S. florum umbella terminali faſtigiata.
Iaponice: Kotjo.
Scapus erectus, ſimplex, glaber, palmaris.
Bracteae in ſcapo et ſub floribus alternae, membranaceae, lanceolatae, erecto-adpreſſae, unguiculares, interſtitiis breviores.
Flores terminales, ſubumbellati.

Pedunculi ſemiunguiculares.

Corolla 6-petala, patens, albo-purpurea. *Petala* in ungues attenuata, oblonga, obtuſa, unguicularia.

Filamenta ſex, infima baſi petalorum inſerta, filiformia, corolla paullo breviora.

Antherae oblongae, coeruleſcentes.

Germen ſuperum, ovatum, glabrum.

Stylus filiformis, erectus, corolla paullo longior.

Stigma capitatum, lobatum.

Folia nunquam vidi in planta florente.

bifolia. S. floribus erectis racemoſis, foliis ſubbinis radice ſolida.

Scilla bifolia. Linn. ſp. Pl. p. 443.

Creſcit in Niphon, inſularum iaponicarum maxima.

ANTHERICUM.

Iaponicum. A. foliis enſiformibus convolutis glabris, ſcapo ramoſo angulato, floribus racemoſis cernuis.

Creſcit in Iaponia, China et Iava.

Folia ſubradicalia, enſiformia, apice valde attenuata, convoluto-canaliculata, integra, glabra, coriacea, erecta, pedalia.

Scapus angulatus, ramoſus, bracteatus, flexuoſus, erectus, glaber, longitudine foliorum.

Flores in ramis et ramulis ſcapi racemoſi, cernui, albi, decidui.

Filamenta ſubulata, breviſſima.

Antherae lineares, erectae, longitudine corollae.

POLLIA.

Iaponica. Pollia.

Pollia iaponica. Hornſtedt Diſſ. Nov. Plant. Gen. P. I. p. 11, 12, 13.

Iapo-

Iaponice: Iamma Mioga.

Creſcit prope Nagaſaki; in inſula Iaua quoque creſcit.

Floret Septembri.

Caulis angulatus, erectus, articulatus, parum ramoſus, villoſo-aſperatus, bipedalis.

Rami alterni, breves, ſenſim florentes, cauli ſimiles.

Folia in infimo caule approximata, in ſupremo valde remota, alterna, amplexicaulia, enſiformia, longitudinaliter nervoſa, integra, glabra ſed tamen retrorſum aſpera, ſubtus albida, patula, pedalia ſuperioribus brevioribus, pollice latiora.

Flores verticillato-corymboſi.

Pedunculi verticillati, 4-6, villoſi, virides, patentes, biflori vel triflori, pollicares.

Pedicelli breves, nivei.

Bractea ſub ſingulo pedunculo lanceolata, convexa, alba.

ASPARAGUS.

offici- A. herbaceus, erectus foliis ſetaceis, ſtipulis paribus.
nalis. Aſparagus officinalis. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 274. ſp. Pl. p. 448.
Iaponice: Kikak Kuſi.
Creſcit in Iedo cultus.

falca- A. aculeis ſolitariis, foliis enſiformibus falcatis.
tus. Aſparagus falcatus. Linn. ſp. Plant. p. 449.
Iaponice: Kemundo, it. Ten Mondo.

CONVALLARIA.

Iaponi- C. ſcapo nudo ancipiti, racemo cernuo.
ca. Convallaria Iaponica. Linn. ſupplement. Syſtem. p. 204.
Duplex varietas datur, maior et minor.
α. *Iaponice*: Iamma Sob, it. Iawrang.

Creſcit

Creſcit circum Nagaſaki, inque Koſido.

Fructus maturus Decembri, Ianuario.

Folia radicalia, plura, 10 vel ultra, linearia; inferne attenuata, trigona, inde plana, integra, ſtriata, recurva, bipedalia et ultra.

Scapus anceps, tenuiſſime ſtriatus, glaber, ſpithamaeus; apice floriferus, tetragonus, cernuus.

Flores racemoſi, pedunculati, ſecundi.

Pedunculi aggregati, 2-6, plerumque uniflori, raro biflori vel quadriflori, a baſi ad medium filiformes, a medio ad apicem incraſſati, glabri, cernui, unguiculares, albi, aetate vireſcentes.

Bractea ad baſin pedunculi, lanceolata, alba, pedunculo brevior.

Perianthium nullum.

Corolla 1-petala, alba, 6-partita: *laciniae* lanceolatae, patulae, lineam longae.

Filamenta ſex, breviſſima, ut fere nulla.

Antherae lineares, acutae, erectae, fuſcae, corolla breviores.

Stylus unicus, filiformis, erectus, longitudine corollae, albus.

Stigma ſimplex obtuſum.

Bacca ovata, obtuſa, glabra, calyce perſiſtente ornata, coerulea, magnitudine piſi, unilocularis.

Semen unicum, album, totam baccam replens.

β. *Iaponice:* Mondo, it. Biakf Mondo, vulgo Riuno Fige, i. e. Barba ſerpentina. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 823. fig. p. 824.

Creſcit iuxta Nagaſaki locis umbroſis inter frutices.

Fructus maturus Decembri.

Radix fibroſa, tuberculata, alba.

Folia radicalia, inferne membrana tenuiſſima involuta, linearia, acuta, ſtriata, integra, incurvata, ſecunda,

cunda, glabra, palmaria vel ultra, ſemilineam lata.

Scapus anceps, glaber, foliis duplo brevior.

Flores ut in priori.

Bacca ovata, coerulea, glaberrima, magnitudine piſi, intus albida carne tenui, unilocularis.

Semen unicum, totam baccam replens, duriuſculum, ſubdiaphanum, album odore alliaceo.

Radicum tubera ſaccharo condita aegrotis commendant et Sinenſes et Iaponenſes.

ſpicata. C. ſcapo nudo ſtriato, racemo ſpicato, floribus aggregatis.

Creſcit prope Nagaſaki.

Floret Septembri.

Radix fibroſa.

Folia radicalia, linearia, inferne attenuata, obtuſiuſcula multiſtriata, glabra, ſcapo longiora.

Scapus ſtriato-angulatus, ſimplex, erectus, glaber, palmaris, usque pedalis.

Flores racemoſi.

Racemus digitalis floſculis ſparſim aggregatis.

Pedunculi teretes, patentes, glabri, uniflori, lineam longi.

Corolla 6-petala, ſubgloboſa, glabra, violacea; *petala* ovata, obtuſa, concava.

Filamenta ſex, germini inſerta, breviſſima, erecta.

Antherae ovatae, didymae, erectae.

Germen ſuperum, 6-ſtriatum, glabrum.

Stylus unicus, erectus, albus, ſtaminibus brevior.

Stigma ſimplex.

Fructus obſcurus; ſed bacca videtur globoſa. In alio ſpecimine videbatur capſula trilocularis ſeminibus in ſingulo loculamento duobus.

C. ſe-

Polygonatum. C. foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus ſubunifloris.

Convallaria Polygonatum. Linn. ſp. Pl. p. 451.

Iaponice: Sayoru, it. Iſui et Amatokoro.

Creſcit prope Iedo, in Fakona alibique, locis montoſis.

Floret Aprili, Maio.

multiflora. C. foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris.

Convallaria multiflora. Linn. ſp. Pl. p. 452.

Iaponice: Wooſy.

Creſcit in inſula Nipon prope Fakonam.

Floret Maio, Iunio.

HEMEROCALLIS.

fulva. H. foliis enſiformibus canaliculatis, corollis fulvis.

Hemerocallis fulva. Linn. ſp. Pl. p. 462.

Iaponice: Ken, vulgo Qwanſo, it. Waſriguſa. Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 872.

Creſcit hinc inde, ſaepe culta.

Floret Iunio, Iulio.

Variat flore ſimplici et pleno; foliis unilocularibus et albo pictis.

Iaponica. H. foliis petiolatis ovato-lanceolatis ſeptemnerviis.

Iaponice: Iakſan, vulgo Gibbooſi, it. Simagi Gibbooſi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 863.

Creſcit in regionibus Fuſi et Fakoniae, Nagaſaki et alibi.

Saepe culta occurrit in hortis et domibus ob elegantiam.

Floret Auguſto, Septembri.

Folia radicalia, petiolata, ovato-lanceolata, acuminata apice

apice patulo, integra, ſeptemnervia, erecta, ſupra ſaturatius viridia, digitalia. Quaedam folia palmam fere, alia pollicem lata.

Petioli canaliculati, carnoſi, ſubulati, glabri, folio longiores.

Scapus teres, articulatus, erectus, glaber, foliis longior.

Bracteae ad genicula ſcapi et ſub pedunculis ovatae, concavae, glabrae.

Flores in ſummitate ſcapi racemoſi, cernui.

Pedunculus teres, glaber, unguicularis.

Corolla 1-petala, tubuloſa, alba. *Tubus* cylindricus, ſulcatus, apice campanulatus, unguicularis. *Limbus* 6 partitus, campanulatus: *laciniae* ovatae, extrorſum flexae.

Filamenta ſex, corollae baſi ad litus capſulae affixa, filiformia, declinata, reflexa, alba, aequalia, corolla longiora.

Antherae oblongae, incumbentes, flavae.

Germen ſuperum, ovatum, glabrum.

Stylus unicus, filiformis, declinatus, reflexus, albus, ſtaminibus longior.

Stigma ſimplex, obtuſum, album.

Capſula oblonga, 6-ſulca, glabra, trivalvis, trilocularis.

Semina plurima.

cordata. H. foliis cordatis venoſis.

Japonice: Bakuli et Tepuli, it. Iamma Sakuſo.

Creſcit in inſula Nipon, iuxta Nagaſaki, ſaepe culta.

Caulis teres, erectus, glaber, pedalis et ultra.

Folia alterna, petiolata, cordata, ovato-oblonga, acuta, ſupra viridia, ſubtus pallida, utrinque glabra, venoſa, erecta, ſpithamaea, palmam lata; iuniora ſenſim minora et minus cordata.

Petioli compreſſi, alati, longitudine folii.

Flores terminales, alterni, erecti. Defloratos tantum vidi.

Capſula angulata, ovata, ſexvalvis, ſexlocularis, glabra, pollicaris.

Semina in ſingulo loculamento plurima, imbricatim impoſita, orbiculata, depreſſa, glabra, ala membranacea cincta, matura Octobri.

ARI-

ARISTOLOCHIA.

longa. A. foliis cordatis petiolatis integris obtuſis, caule infirmo, floribus ſolitariis.

Ariſtolochia longa. Linn. ſpec. Plant. p. 1364.

Iaponice: Koma no ſuſu i. e. Campanula equina, ex ſimilitudine ſeminum.

Creſcit iuxta Iedo.

ACORUS.

Calamus. Acorus.

Acorus Calamus. Linn. ſp. Pl. p. 462.

Iaponice: Kawa Sob, Kawa Sobu. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 912.

Creſcit prope templum Meoſuſi iuxta Nagaſaki, prope Iedo et alibi.

ORONTIUM.

Iaponicum. O. foliis enſiformibus venoſis.
Sinicè: Manneſi.
Iaponice: Kiro et Rirjo, vulgo Omotto. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 785.
Creſcit prope Nagaſaki et alibi.
Fructus maturus Decembri, Ianuario.
Folium radicale ſolitarium, enſiforme; inferne attenuatum, convolutum; venis pluribus longitudinalibus venoſum, integrum, glabrum, duos pollices latum, bipedale.
Scapus teres, glaber, erectus, digitalis usque palmaris.
Flores in apice ſcapi ſpicati, diſtincti.
Spica oblonga, pollicaris.
Differt ab O. aquatico: 1. foliis multo longioribus, inferne attenuatis et venis plurimis elevatis notatum.
2. ſcapo breviori.

IUN-



LINDERA umbellata.

IUNCUS.

glome-ratus. I. culmo nudo ſtricto, capitulo laterali.
Iuncus conglomeratus. Linn. ſp. Pl. p. 464.
Creſcit in regionibus Fuſi et Fakoniae, iuxta vias.
Floret Aprili, Maio.

effuſus. I. culmo nudo ſtricto, panicula laterali.
Iuncus effuſus. Linn. ſp. Pl. p. 464.
Iaponice: Rin, vulgo Sikiſo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 900.
Creſcit in foſſis et agris oryzae, vulgaris.
Floret Iunio.
Ex hoc conſtruuntur tapetes meliores, quibus culmo farctis ſternuntur pavimenta domorum. Ut praelongus evadat, in agris paludoſis, inſtar oryzae, colitur. Irrigatione et inſolatione dealbatur.

piloſus. I. foliis planis piloſis, corymbo ramoſo.
Iuncus piloſus. Linn. ſp. Pl. p. 468.
Creſcit hinc inde, locis montoſis.
Floret Aprili.

campe-ſtris. I. foliis planis ſubpiloſis, ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque.
Iuncus campeſtris. Linn. ſp. Pl. p. 468.
Iaponice: Sine ſuge.
Creſcit in marginibus viarum vulgaris.
Floret Aprili.

LINDERA.

umbella-ta. Lindera. vid. Iconem tabula libro ſubnexa.
Iaponice: Kuro Noſji, Kuro Moji. it. Kuro Ganni Motij.
Kuro Noſji. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 908.
Creſcit in Fakona.
Floret Aprili, Maio.
Caulis fruticoſus, laxus.
Rami et ramuli alterni, flexuoſi, glabri, patentiſſimi.

Folia in ultimis apicibus ramulorum aggregata, petiolata, oblonga, acuta, integra; ſupra viridia, glabra; ſubtus pallida, villoſa; pollicaria.

Petioli vix lineam longi, ſupra villoſi.

Flores terminales, umbellati.

Umbella ſimplex, multiflora.

Pedunculi parum piloſi, unguiculares.

Pedicelli tomentoſi, duplo fere breviores.

Uſus: e ligno conficiunt Iaponenſes penicillos molles pro purificandis dentibus.

BERBERIS.

vulgaris. B. foliis ſerratis.

Berberis vulgaris. Linn. ſpec. Pl. p. 471.

Iaponice: Suo Ki, it. Tori Tomara Soo.

Creſcit in monte Fakona.

Floret Aprili, Maio.

cretica. B. foliis integris.

Berberis cretica. Linn. ſp. Pl. p. 472.

Caulis et rami angulati, purpurei, glabri, aculeati.

Aculei inferiores tres, reflexi; ſuperiores ſolitarii, horizontales.

Folia faſciculata, inaequalia, attenuata in petiolos, ovata, obtuſa, integerrima, glabra, patentia, unguicularia.

Flores racemoſi.

Corolla baſi glandulis duabus minutis.

Stigma capitatum, planum.

NANDI-

NANDINA.

domeſtica. Nandina.

Nandina domeſtica. Hornſtedt Diſſ. Nov. Plant. Genera P. 1. p. 14, 15, 16.

Iaponice: Nandſjokf, vulgo Natten vel Nandin. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 776.

Creſcit ubique, omnium vulgatiſſima in omni villa culta.

Floret Maio, Iunio.

Radix perennis, caules plures edens.

Caulis fruticoſus, erectus, laxus, ſuperne ramoſus, orgyalis, craſſitie digiti vel pollicis.

Rami vaginis foliorum veſtiti, flexuoſi, apice folioſi.

Folia petiolata, ſupradecompoſita, ternata.

Foliola ſubſeſſilia, ovata, ſetaceo-acuminata, integerrima margine reflexo, glabra.

Petioli ſulcati, glabri.

Flores terminales, paniculati.

Panicula ſupradecompoſita.

Pedunculi et Pedicelli angulati.

DIGYNIA.

ORYZA.

ſativa. Oryza.

Oryza ſativa. Linn. ſp. Pl. p. 475.

Iaponice: Kome vel Waſi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 834.

Ko, vulgo Motſj, Gome, it. Uruſjine. Da et Motſj no Ione. ibidem p. 834.

Creſcit ubique per totum regnum culta, non modo locis aquoſis depreſſis ſed etiam in collibus et montibus artificio ſingulari.

Oryza Iaponica omnium aliarum regionum praeſtat et praefertur, ob albedinem, mollitiem et pinguedinem. Cara tamen eſt et raro in Europam transvehitur.

TRIGYNIA.

RUMEX.

criſpus. R. floribus hermaphroditis: valvulis integris graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis.

Rumex criſpus. Linn. ſp. Pl. p. 476.

Iaponice: Giſigiſi.

Creſcit iuxta vias et margines agrorum vulgaris.

Floret Aprili, Maio.

perſicarioides. R. floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis lanceolatis planis.

Rumex perſicarioides. Linn. ſpec. Pl. p. 477.

Iaponice: Suiba, vulgo Skanbo.

Creſcit prope Nagaſaki, in Viſchers Eyland, Koſido, Papenberg alibique.

Floret Septembri.

RAIANIA.

quinata. R. foliis quinatis: foliolis emarginatis, floribus umbellatis axillaribus.

Iaponice: Fagi Kadſura, it. Akebi.

Creſcit circum Nagaſaki, inque Koſido.

Floret Aprili, Maio.

Caulis volubilis, teres, cinereus, glaber, ramoſus.

Folia ex axillis plura, petiolata, quinata, glabra.

Foliola umbellata, petiolata, ovata, emarginata cum acumine, integra, unguicularia usque pollicaria.

Petioli

Petioli communes filiformes, glabri, bipollicares et ultra; partiales ſemiunguiculares

Flores ex eadem gemma cum foliis petiolati, umbellati.

Pedunculi filiformes, longitudine petiolorum.

Pedicelli capillares, unguiculares.

Differt a R. pentaphylla α) foliis quinatis petiolatis et petiolulatis.
β) floribus umbellatis axillaribus.
R. 6-phylla. a) foliis emarginatis.
b) floribus umbellatis.

hexaphylla. R. foliis ſenatis: foliolis oblongis acutis, floribus racemoſis.

Iaponice: Akebi, it. Mbe Kadſura, et Tſu So.

Creſcit in regionibus Fakoniae, inter frutices.

Floret Aprili.

Caulis teres, ſtriatus, glaber, ſcandens.

Folia alterna, petiolata, ſenata, glabra.

Foliola umbellata, petiolulata, oblonga, acuta, integra, venoſa, ſupra viridia, ſubtus pallida, bipollicaria.

Petioli teretes, baſi apiceque incraſſati, flexi, palmares.

Petioluli filiformes, patuli, ſemipollicares.

Flores axillares, racemoſi, nivei.

Differt a R. quinata: α) foliolis plerumque ſenis, acutis, ſubtus venoſo-reticulatis, maioribus.
β) floribus racemoſis, niveis.

DIOSCOREA.

ſeptemloba. D. foliis cordatis ſeptemlobis ſeptemnerviis.

Caulis teres, ſcandens, uti tota planta glaber.

Folia alterna, cordata, ſeptemangulato lobata lobi medio maximo acuminato, 7-nervia, integra, laevia, palmam lata et longa, ſupremis ſenſim minoribus.

Petioli digitales.

Flores axillares, racemoſi, minimi.

Capſula ovata, triangularis angulis alatis, emarginata ſtylo perſiſtente, trivalvis, trilocularis, unguicularis.

quinqueloba. D. foliis cordatis quinquelobis novemnerviis. *Iaponice*: Kaſſuda, it. Fanna Dakka et Karaſuno Seni. Fanna ſignificat naſum et Dakka altiorem; infantes enim capſulas alatas naſo imponentes, ſic naſum criſtatum reddunt, unde ratio nominis. Karaſu ſignificat Corvum et Seni baccam i. e. Bacca Corvi.

Kaî, vulgo Tokoro. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 827.

Creſcit prope Nagaſaki copioſe, in Papenberg et Koſido.

Floret Auguſto, Septembri.

Caulis filiformis, volubilis, ſubtortus, longiſſimus, uti tota planta glaber.

Folia alterna, petiolata, ſecunda; *infima* ſeptemloba, maxima; *ſuperiora* quinqueloba; *ſuprema* triloba, minora; novemnervia, integra, acuminata, patentia.

Petioli baſi et apice incraſſati, reflexi, digitales.

Flores maſculi et feminei diſtincti in diſtincta planta, racemoſi, pedicellati.

Racemi axillares duo vel tres, laxi, ſubſpithamaei.

Pedicelli patuli, triflori vel quadriflori, lineam longi.

Bracteae ovatae, acutae, ſub ſingulo pedicello.

♂ *Perianthium* 1-phyllum, 6-partitum, croceum: *laciniae* ovatae, obtuſae, patentes, perſiſtentes.

Corolla nulla.

Filamenta ſex, calyci inſerta, breviſſima.

Antherae rotundae, minutae.

♀ *Germen* inferum, glabrum.

Styli tres, ſubulati, erecto-patuli, breves.

Stig-

Stigmata ſimplicia, obtuſa.

Capſula oblonga, triquetra, calyce perſiſtente coronata, glabra; angulis acutis productis compreſſis: ſemiunguicularis, ſaepe ſterilis, trivalvis, trilocularis.

Semina minuta, bina in ſingula ala.

Fructus potius dicatur Capſula, cum ſemina includat, quam ſemen nudum.

Calyx potius corolla dicendus, cum ſit coloratus.

Japonica. D. foliis cordatis acuminatis novemnerviis.

Japonice: Dioio, vulgo Iamma Imo. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 828.

Creſcit prope Nagaſaki.

Floret Septembri.

Caulis filiformis, angulatus, volubilis, ramoſus, uti tota planta glaber.

Rami ſparſi, pauci, cauli ſimiles.

Folia oppoſita, petiolata, cordata, oblonga, integra, acuminata, novemnervia, reticulata, pollicaria vel ſeſquipollicaria.

Petioli ſubangulati, reflexo-patentes, longitudine fere folii.

Flores axillares, maſculi et feminei in diſtincta planta.

Spicae ſolitariae vel duae, patentes, rachide angulata, foliis longiores.

Valde ſimilis eſt R. cordatae, differt vero foliis 9-nerviis.

Radix edulis cocta et in fruſta conciſa.

Sativa. D. foliis cordatis alternis, caule tereti laevi.

Dioſcorea ſativa. Linn ſp. Pl. p. 1463. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 744.

Japonice: Kaſjuo Kadſura.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Floret Septembri, Octobri.

Oppoſita. D. foliis ovatis acuminatis.

Dioſcorea oppoſitifolia. Linn. ſp. Pl. p. 1463. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 744.

Japonice: Tſukne Imo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 828.

Creſcit in inſula Nipon.

SMILAX.

china. S. caule aculeato tereti, foliis inermibus cordato-ovatis quinquenerviis.
Smilax china. Linn. ſp. Pl. p. 1459.
Japonice: Sankira it. Bakats, vulgo Kuakuara.
Sankira, vulgo Kuakuara. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 781. fig. p. 782.
Creſcit in Papenberg, Koſido.

pſeudo-china. S. caule inermi tereti, foliis inermibus: caulinis cordatis, rameis ovato-oblongis quinquenerviis.
Smilax pſeudochina. Linn. ſpec. Pl. p. 1461.
Japonice: Sankira.
Bacca globoſa, glabra.
Semina 2, 3, 4 ſeu 5, rubentia.

MELANTHIUM.

luteum. M. floribus ſpicatis, foliis lanceolatis planis integris.
Veratrum luteum. Linn. ſpec. Plant. p. 1479.
Japonice: Iuki no Fute, i. e. Penicillus nivalis, ob ſimilitudinem ſpicae florum cum penicillo, ex nive quaſi confecto. Item Sira Ito So.
Creſcit in aquis iuxta Nagaſaki.
Floret Septembri, Octobri.
Folia radicalia non vidi; *caulina* alterna, ſeſſilia, lanceolata, integra, glabra, internodiis breviora, pollicaria.
Caulis herbaceus, ſimplex, teres, ſtriatus, glaber, flexuoſus, ſpithamaeus.
Flores in caule terminales, ſpicati, lutei.
Spica ſenſim excreſcens, digitalis.
Petala 6, oblongo-linearia ſeu inferne anguſta, dein latiora, obtuſa, integra, patentia, perſiſtentia, unguicularia.
Filamenta ſex, baſi petalorum inſerta, ſubulata, breviſſima, vix ſemilineam longa.
Antherae quadratae, luteae.
Germen ſuperum, unicum, ovatum, glabrum.
Styli tres, revoluti, luteſcentes, longitudine germinis.
Stigmata ſimplicia, obtuſa.
Capſula fructus eſt.

Ex hiſce patet, minime plantam pertinere ad claſſem Polygamiae; flores enim omnes fertiles; germen unicum, nec tria; petala integra, nec ſerrata; capſula unica, nec tres.

POLYGYNIA.

ALISMA.

flava. A. foliis ovatis acutis, floribus globoſis.
Aliſma flava. Linn. ſp. Pl. p. 486.
Iaponice: Tokuſa, vulgo Saſi Omodaka. Omodaka eſt cochleae ſimilis et Saſi cochlear denotat.
Creſcit in aquis circum Nagaſaki.
Floret Auguſto, Septembri.

cordifolia. A. foliis cordatis obtuſis, floribus dodecandris, ſeminibus uncinato-muricatis.
Aliſma cordifolia. Linn. ſp. Pl. p. 487.
Iaponice: Mids obacko.
Creſcit in rivulis.

CLAS-

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

AESCULUS.

Pavia. A. floribus octandris.
Aeſculus Pavia. Linn. ſp. Pl. p. 488.
Japonice: Totji no Ki.
Creſcit in inſula Nipon.

TETRAGYNIA.

SAURURUS.

cernuus. Saururus.
Saururus cernuus. Linn. ſpec. Pl. p. 489.
Japonice: Kampakso, vulgo Hange So.
Creſcit ubique vulgatiſſimus iuxta vias et foſſas.
Floret Iunio, Iulio.

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

OENOTHERA.

Parvi-flora. O. foliis ovato-lanceolatis planis, caule laevi ſubvilloſo.

Oenothera parviflora. Linn. ſpec. Pl. p. 492.

Creſcit iuxta Nagaſaki in collibus et in horto Dezimae.

Floret Septembri.

VACCINIUM.

hirtum. V. pedunculis unifloris, foliis ovatis ſerratis, ramis teretibus divaricatis.

Iaponice: Ko Utſugi, et contracte Kuſki, it. Ko Utſungi.

Creſcit in regionibus montis Fakoniae, inter Miaco et Iedo.

Floret Aprili.

Caulis fruteſcens, ramoſiſſimus.

Rami alterni, teretes, divaricato-patentiſſimi, ferruginei, glabri.

Ramuli filiformes, rugoſi, apice villoſi.

Folia annua, alterna, ſubſeſſilia, ovata, acuta, ſerrata, villoſa, ſubtus paullo pallidiora, patentia, inaequalia, unguicularia.

Flores in ramulis ſparſi, ſolitarii, pedunculati, cernui.

Pedunculus ſemilineam longus.

Perianthium quadrifidum, corolla triplo brevius.

Corolla

Corolla monopetala, campanulata, quinquefida laciniis revolutis.
Filamenta octo, breviſſima.
Antherae ovatae, corolla breviores, apiculatae apice ſubulato bifido.
Stylus filiformis, angulatus, corolla paullo longior, exſertus.
Stigma obtuſum.

bracteatum. V. racemis foliatis, foliis ſerratis acutis.
Iaponice: Ki Fuſi.
Creſcit in inſula Nipon.
Floret Iunio.
Caulis fruticoſus, totus glaber.
Rami et ramuli alterni, divaricati.
Folia caulina alterna, breviſſime petiolata, ovata, acuta, ſerrata margine revoluta, venoſa, utrinque glabra, pollicaria; *racemorum* lanceolata, ſerrata lineam longa.
Flores racemoſi, ſecundi.
Racemus axillaris, ſuprafoliaceus, foliatus, folio longior, patentiſſimus, digitalis.
Bracteae in medio pedunculi binae, ſetaceae, longitune pedunculi.
Pedunculus vix ſemilineam longus.
Calyx breviſſimus.
Corolla cylindrica, alba.

ciliatum. V. racemis foliatis, foliis ovatis integris hiſpidis.
Iaponice: Saſjebu.
Caulis fruticoſus, cinereus, glaber.
Ramuli alterni, erecti, villoſi.
Folia ramea ſparſa, ovata, acuta, integra, nervoſa nervis undique hiſpidis, inaequalia, pollicaria et bipollicaria; *racemorum* lanceolata, glabra, ſemiunguicularia.
Flores racemoſi, ſecundi.
Racemus in ramulis terminalis, foliatus, *digitalis*.

Calyx

Calyx breviſſimus.
Corolla rubra.

DIOSPYROS.

Kaki. D. pedunculis tripartitis.

Varietas duplex occurrit.

α. *Iaponice:* Si, vulgo Kaki, ſit. Ono Kaki, Kineri Gaki et Siba Kaki. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 805, 807, 808. fig. p. 806.

Creſcit vulgaris ſponte et culta.

Floret Iunio.

Fructus maturus Octobri, Novembri, Decembri.

Caulis arbor mediocris, ramoſiſſima.

Rami et ramuli alterni, teretes, punctati, glabri, apice tomentoſi, patentes.

Folia alterna, petiolata, ovata, acuminata, integerrima; ſubtus pallidiora, vix manifeſte villoſa, reticulato-nervoſa; ſupra glabra; pollicem lata et ultra, pollicaria usque tripollicaria, patentia.

Petioli ſemiteretes, ſubtomentoſi, unguiculares.

Flores axillares, pedunculati.

Pedunculi tripartiti, tomentoſi, unguiculares.

Pedicelli uniflori pedunculis ſimiles.

Perianthium 1-phyllum, villoſum, perſiſtens, 4-partitum: *laciniae* ovatae, acutae, corolla breviores.

Corolla 1-petala, ſubcampanulata, 4-fida: *tubus* aequalis; *limbi* laciniae ovatae, obtuſae, reflexae.

Filamenta octo, corollae baſi inſerta, breviſſima.

Antherae didymae, quaſi duplicatae, lanceolatae, pallidae, erectae, corolla breviores, duplici ſerie approximatae, villoſae, interioribus paullo brevioribus.

Germen ſuperum, conicum.

Stylus

Stylus ſubulatus, erectus, calyce brevior.

Stigma ſetaceo-bifidum.

Pomum ſubgloboſum, obſolete tetragonum, glabrum, immaturum viride, maturum flavum, baſi truncatum, calyce perſiſtente ornatum, obtuſum ſtigmate perſiſtente, octovalve, octoloculare, magnitudine pomi mediocris, ſapore fere pruni albi dulcis, carnoſum.

Semina in ſingulo loculamento ſolitaria, ſemilunata, altero margine compreſſa, glabra. Interdum unum, duo vel plura loculamenta ſterilia.

Fructus copia comeſus diarrhoeam et dyſenteriam excitat menſibus Septembri et Octobri.

Fructus farina vel ſaccharo inſparſis conſervantur uti Ficus.

Reduci certe debet hoc Genus ad Octandriam; ſemper enim ſtylus adeſt in omnibus floribus, licet non ſemper fertilis ſit. Nulli flores alterutrius tantum ſexus dantur, ſed hermaphroditi omnes.

β. *Iaponice*: Sina no Kaki, it. Futo Gaki et Iamma Kaki.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Fructus maturus Octobri, Novembri.

Folia alterna, petiolata, oblongo-ovata, acuta, integerrima, nervoſa, ſupra viridia, ſubtus pallida, patentia, glabra, digitalia.

Petioli ſemiteretes, canaliculati, unguiculares.

Flores in ramulis alterni, approximati, ſubſeſſiles, pedunculis breviſſimis.

Perianthium 1-phyllum, viride, patens, perſiſtens, 4-partitum: *laciniae* ovatae, obtuſiuſculae, glabrae.

Germen ſuperum, 4-ſtriatum, rarius 5-ſtriatum.

Stylus breviſſimus, tetragonus, albidus.

Pomum ovatum, obtuſiſſimum, glabrum, flavum, carne molli aurantiaca adſtringente; ſaepius 8-loculare,

lare, raro 10 loculare, rariſſime 9-loculare; magnitudine ovi columbini ſemper ſterile mihi viſum.

DAPHNE.

odora. D. floribus aggregatis ſeſſilibus terminalibus, foliis ovatis alternis glabris.

Iaponice: Din no Fanna, it. Sjiko et Suiko, vulgo Rintſjo, Rantſioge et Iamma Rinſjo.

Sjiko, vulgo Rintſjo, Rantſjoge et Iamma Rintſjo. Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 844.

Creſcit in Nagaſaki, alibi.

Floret Februario.

Caulis fruteſcens, dichotomus, fuſcus, glaber, nudus, erectus.

Rami cauli ſimiles, divaricato-erecti.

Folia in apice ultimorum ramulorum approximata; ſeſſilia, alterna, oblongo ovata, acuta, integerrima, patentia apice recurvo; ſupra ſaturate viridia, ſulco medio; ſubtus pallidiora; glabra, inaequalia; craſſa, ſempervirentia, pollicaria.

Flores in ultimo ramulorum apice aggregati, ſeſſiles, circiter undecim.

Bracteae inter folia et florum umbellam ſeſſilem imbricatae, lanceolatae, circiter decem, integrae, concavae, virides, glabrae, calyce duplo breviores.

Corolla 1-petala, tubuloſa, glabra, 4-partita: *tubus* laevis, purpureus, lineam longus; *limbi* laciniae ſubcordato-ovatae, obtuſae, extus purpureae ſubrugoſae, intus incarnatae, patentes, alternatim incumbentes.

Filamenta octo, tubo infra os inſerta, breviſſima, alba; quatuor ſuperiora, quatuor inferiora.

Antherae oblongae, didymae, erectae, flavae, quatuor inferiores incluſae, quatuor ſuperiores exſertae.

Germen ſuperum, ovatum, glabrum.

Stylus

Stylus nullus.

Stigma ſimplex, ſeſſile, globoſum, ſulco transverſo retuſum, albidum.

Pericarpium ovatum, glabrum, 1-valve, 1-loculare. An bacca ſit, videre non potui.

Semen unicum, ovatum, glabrum.

Differt I. a Paſſerinis ſtylo nullo.

II. a Daphne indica: α. capitulo ſeſſili.

β. foliis alternis.

Daphne et Paſſerina nimis affinia ſunt genera, vixque a flore diſtinguenda, niſi ſtylo, qui in Paſſerinis filiformis et longitudine tubi corollae eſt, in Daphne autem breviſſimus.

DIGYNIA.

CORYLUS.

Avellana. C. ſtipulis ovatis obtuſis.

Corylus Avellana. Linn. ſpec. Pl. p. 1417.

Iaponice: Timbai, it. Sin, vulgo Faſi bami et Fa.

Sin, vulgo Faſi bami, it. Fa. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 816.

Creſcit iuxta Iedo, Iagami et alibi.

Floret Martio.

Nuces maturae Iunio, Iulio.

ACER.

diſſectum. A. foliis multipartito-palmatis: laciniis ſubpinnatifidis ſerratis.

Iaponice: Momidſi.

Creſcit in regionibus rivi Oigawae.

Floret Maio.

Caulis arboreus.

Rami

Rami et ramuli trichotomi et dichotomi, ſubangulati, glabri, patuli.

Folia oppoſita, petiolata, multipartito-palmata, glabra: *laciniae* ſubpinnatifidae, lanceolatae, ſerratae.

Petioli capillares, glabri.

Flores terminales in apice ramulorum, pedunculati, umbellati.

Umbella ſimplex.

Pedunculi capillares, longitudine petiolorum.

Pedicelli capillares, unguiculares.

Corollae purpureae, minutae.

Variat: α) foliis viridibus.

β) foliis rubris.

Differt I. ab A. Negundo: α) foliis ad baſin 8-10 partitis: laciniis integris pinnatifidisque acute ſerratis.

β) floribus corymboſis.

II. ab A. japonico: foliis ad baſin diſſectis, attenuato-ſubpetiolulatis.

Iaponicum. A. foliis multipartito-inciſis villoſis, floribus ſubumbellatis.

Iaponice: Momiſi, it. Fanna Momiſi. Momiſi appellant omnes in genere Aceres.

Creſcit in regionibus montium Fuſi et Fakoniae.

Floret Aprili, Maio.

Caulis arboreus.

Rami et ramuli teretes, purpurei, glabri.

Folia oppoſita, petiolata, ſubrotunda, inciſo 13 partita, ſerrata, utrinque villoſa imprimis venis hirſutis.

Petioli foliis breviores.

Flores terminales in ultimis ramulis ex apice cum foliis, pedunculati, umbellati.

Umbella ſimplex, multiflora.
Pedunculi petiolis longiores, glabri.
Pedicelli hirſuti, unguiculares.
Corolla purpurea.
Semina alata, lanata.

palmatum. A. foliis palmatis ſerratis glabris, floribus umbellatis.
Iaponice: Kekvan Mokf, vulgo Kaide, it. Momidsi, ſive Momiſi. Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 892.
Creſcit prope Nagaſaki et alibi.
Floret Maio.
Arbor mediocris, tota glabra.
Rami et ramuli oppoſiti, teretes, purpuraſcentes, patentes.
Folia in extremitatibus ramulorum duo, petiolata, inciſo-palmata, 5 vel 7-nervia, utrinque glabra: *lobi* 5 vel 7, lanceolati, acuti, aequaliter argute ſerrati. *Nervi* interdum piloſi.
Flores ex apicibus cum foliis pedunculati, umbellati.
Differt ab A. platanoide foliis non lobatis ſed inciſo-palmatis.

ſeptemlobum. A. foliis ſeptemlobis glabris: lobis acuminatis aequaliter argute ſerratis.
Creſcit in Fakona.
Caulis arboreus.
Folia petiolata, ſeptemloba, ſeptemnervia, utrinque glabra, ſupra viridia, ſubtus pallidiora. *Lobi* ovati, acuminati, argute aequaliter ſerrati.
Differt ab A. pſeudoplatano: α. lobis nervisque ſeptem.
β. lobis aequaliter ſerratis, acutis.

pictum. A. foliis ſeptemlobis glabris: lobis acuminatis integris.
Iaponice: Momiſi, it. Kekvan eadem. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 892.
Creſcit in regionibus Fuſi et Fakoniae.
Arbor mediocris.

Rami

Rami et ramuli teretes, cinerei, glabri.

Folia in ſummitatibus aggregata, alterna, petiolata, ſeptemloba, ſeptemnervia, utrinque glabra, albo-variegata: *lobi* oblongi, acuminati, integri.

Petioli glabri, folio longiores.

Differt ab A. pſeudoplatano et rubro: lobis ſeptem, integris, acuminatis.

trifidum. A. foliis indiviſis trifidisque integris.
Japonice: Kakure Mino.
Creſcit in Fakoniae regionibus.
Caulis arboreus.
Ramuli teretes, glabri, purpuraſcentes.
Folia in ſummitatibus ramulorum, ſparſa, indiviſa, biloba et triloba, integra, utrinque glabra, ſupra viridia, ſubtus pallida; integra, ovata, acuta; triloba lobis ovatis, acutis, patulis.
Differt facile ab A. penſylvanico: foliis integris.
monſpeſſulano: α. foliis integris et lobatis.
β. foliis multoties maioribus.

TRIGYNIA.

POLYGONUM.

Biſtorta. P. caule ſimplici monoſtachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus.
Polygonum Biſtorta. Linn. ſp. Pl. p. 516.
Japonice: Kenſin, vulgo Ibaki Toranoo i. e. cauda Tigris.
Creſcit iuxta Nagaſaki.
Floret Octobri.

filiforme. P. floribus pentandris digynis, ſpicis filiformibus, foliis ovatis, ſtipulis ciliatis.
Japonice: Misiki, i. e, corda ceremonialis, ob ſimilitunem ſpicae.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Floret Septembri, Octobri.

Caulis teres, lineis elevatis obſoletis lineatus, erectus, villoſus pilis adpreſſis, ferrugineus.

Rami alterni, hirſuti, erecti.

Folia alterna, petiolata, ovata, acuta, integra, ciliata, nervoſa, villoſa, erecta, pollicaria.

Petioli baſi dilatati, amplexicaules, vaginantes.

Stipulae intrafoliaceae, inflatae, truncatae, ciliatae, membranaceae.

Flores ſpicati, inferne remoti, ſuperne approximati, minuti, ſenſim florentes.

Spica terminalis, filiformis, apice cernua, ſpithamaea.

Bractea amplexicaulis, barbata, triflora. Intra hanc duae bracteae, ſingulum florem obvolventes, lanceolatae, integrae.

Corolla ad baſin fere 4-partita, glabra: *laciniae* ovatae, ſemilineam longae; tribus ſuperioribus rubris, inferiora verſus flexis; infima alba.

Filamenta quinque, prope germen inſerta, capillaria, calyce paullo breviora, tribus brevioribus, alba.

Antherae globoſae, flavae.

Germen triquetrum, ſuperum.

Styli duo, ſubulati, albi, erecti, longitudine filamentorum.

Stigmata ſimplicia, obtuſa, patula, alba.

Affinis valde P. *barbato*, differt vero:

1. floribus pentandris, digynis.
2. foliis ovatis, nec ellipticis.
3, ſpicis filiformibus, ſimpliciſſimis, longiſſimis.
4. ſtipulis ciliatis ciliis brevibus.

P. flori-

barbatum. P. floribus hexandris trigynis, ſpicis virgatis, ſtipulis ciliatis, foliis lanceolatis.

Polygonum barbatum Linn. ſp. Pl. p. 508.

Plures huius ſunt varietates, ſatis exſtantes, quarum in Iaponia ſequentes habui:

Iaponice: α. Rio, vulgo Tade. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 891.

β. Koo, vulgo Ke Tade, it. Inu Tade. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 891.

γ. Ai, it. Bonome.

Creſcit circum Nagaſaki, in Dezima alibique in foſſis et locis aquoſis, vulgare. In capite bonae ſpei, Ceilona et Iava commune inveni, licet valde varians hocce Polygonum.

Floret Auguſto, Septembri.

α. *Caulis* teres, erectus, glaber, purpureus.

Rami alterni, erecti, cauli ſimiles.

Folia petiolata, alterna, elliptica, acuminata, integra, ciliata, villoſa imprimis nervis, parallelo-nervoſa, nervo medio craſſo, tripollicaria ſuperioribus minoribus.

Petioli baſi dilatati, amplexicaules, ſtriati, breviſſimi.

Stipulae intrafoliaceae, cylindricae, hirſutae, truncatae, ariſtatae ariſtis erectis, longitudine ſtipulae.

Spicae terminales, ſolitariae, ſaepe binae, rarius tres, filiformes, erectae, imbricatae, digitales.

Bracteae ut in P. filiformi.

β. *Caulis* teretiuſculus, parum villoſus.

Rami alterni, ſtriati, erecti, villoſi.

Folia petiolata, elliptica, acuminata, integra, ciliata, nervoſa nervis parallelis villoſis, bipollicaria et ultra.

Spicae terminales, cylindricae, diviſae, binae vel plures, pollicares.

Semina atra nitida, laevia.

γ. *Caulis* teres, debilis, erectus, glaber.

Rami alterni, filiformes, ſtriati, erecto-patuli, glabri.

Folia petiolata, alterna, elliprica, acuminata, integra, ciliata, glabra, punctis minutis frequentiſſimis albidis adſperſa, pollicaria.

Petioli, ſtipulae et bracteae ut in P. filiformi.

Spicae terminales, cylindricae, ſolitariae vel binae, unguiculares usque pollicares.

Semina atra, laevia, nitida.

Differt a P. filiformi ſequentibus notis:

1. floribus hexandris, trigynis.
2. foliis ellipticis, acuminatis.
3. ſpicis brevioribus, latioribus, ſaepe diviſis ſeu pluribus approximatis.
4. ſtipulis ariſtatis.

orientale. P. floribus heptandris digynis, foliis ovatis, caule erecto, ſtipulis hirtis hypocrateriformibus.

Polygonum orientale. Linn. ſp. Pl. p. 519.

Japonice: Paute Cobra nomine portugallico.

Creſcit in Nagaſaki, huc a Portugallis allatum.

Floret Octobri.

Folia huic lato ovata, acuminata, longius petiolata.

Stipularum margo integer, revolutus.

aviculare. P. floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule decumbente herbaceo.

Polygonum aviculare. Linn. ſp. Pl. p. 519.

Creſcit in oris maritimis Koſido, alibi.

chinenſe. P. floribus octandris trigynis, pedunculis ſcabris; foliis ovatis.

Polygonum chinenſe. Linn. ſp. Pl. p. 520.

Japonice: Ai, it. Itadori.

Creſcit circum Nagaſaki.

Floret Octobri, Novembri, Decembri.

Caulis tetragonus, laevis, glaber, ſulcatus, decumbens, ramoſus.

Rami alterni, cauli ſimiles, patentiſſimi.

Folia

Folia alterna, petiolata, ſubcordata, ovata, acuminata, integra, glabra, ſeſquipollicaria.

Petioli baſi dilatati, vaginantes, ſtriati, unguiculares.

Stipulae bifidae, membranaceae, petiolo fere longiores: *laciniae* lanceolatae, ſetaceae.

Flores terminales, in pedicellis paniculati, ſubtrichotomi.

Pedunculi uti et pedicelli tetragoni, ſulcati, glabri, (vix ſcabri) erecti, pollicares et unguiculares.

Corolla 1-petala, ſubgloboſa, 5-partita, albida.

Filamenta octo, alba, erecta, longitudine corollae.

Stylus erectus, baſi ſimplex, mox trifidus, albus, longitudine ſtaminum.

Stigmata tria, revoluta, alba.

Planta eſt coeruleo tinctoria inſtar Indigo; folia ſiccata et contuſa in placentam rediguntur atque ſub hac forma conſervantur et venduntur pro tingendis tam ſerico, quam goſſypio. *Polygonum barbatum et aviculare* eundem in finem heic uti *chinenſe* ſaepe coluntur.

ſagittatum. P. foliis ſagittatis, caule aculeato.

Polygonum ſagittatum. Linn. ſp. Plant. p. 521.

Fagotritico ſimilis, anguſtiori folio, convolvuli modo ſcandens, Planta Mariana, caule ſpinulis deflexis denſius obſito. Pluken. Mantiſſ. p. 74. tab. 398. fig. 5.

Japonice: Kawa Sawa.

Creſcit in inſula Nipon, circum Nagaſaki vulgatiſſimum et alibi etiam frequens.

Floret a Maio usque in menſem Octobris.

Caulis decumbens, ramoſus, breviſſimus.

Rami alterni, tetragoni angulis acutis retrorſum aculeatis, glabri, erectiuſculi, pedales.

Folia petiolata, alterna ſed ramo oppoſita, ſagittata, integra, glabra, ſubtus pallida, pollicaria.
Petioli inaequales, plerumque folio dimidio breviores, aculeati, patentiſſimi.
Stipulae bifidae, parum inflatae, integerrimae, breviſſimae.
Flores terminales, aggregati in capitulum ſphaericum.
Bracteae ovatae, acutae, integrae.
Stamina ſeptem et Piſtilla tria.
Semina nigra angulis aequalibus, obtuſis, integris.
Diverſum videtur a Polygono Plukenetii Tab. 398. f. 2. floribus capitatis.

arifolium. P. foliis haſtatis, caule aculeato.
Polygonum arifolium. Linn. ſp. Pl. p. 521.
Fagotritico ſimilis ſpinoſa ſcandens, arifolio latiore, floridana. Pluken. Amalth. p. 87. tab. 398. f. 3.
Fagotriticum rectum Sinenſe, convolvuli minoris folio, ad caulium nodos appendicibus piloſis auriculato. Plukenet. Amalt. p. 86. tab. 398. f. 4.
Iaponice: Ulno Sura, it. Ta Soba.
Creſcit circum Nagaſaki vulgare.
Floret Septembri et ſequentibus menſibus.
Caulis decumbens.
Rami alterni, angulati, glabri, erecto-patentes: *anguli* inaequales, plures, retrorſum aculeati.
Folia alterna, petiolata, haſtata, acuminata, villoſo-ſtrigoſa, inaequalia, ſubpollicaria.
Petioli aculeati, folio quadruplo breviores.
Stipulae truncatae, hirſutae, ciliatae.
Flores in ramulis alternatim aggregati.
Bracteae ciliatae.
Stamina ſeptem cum ſtylis tribus, capillaribus.
Stigmata globoſa.
Semina laevia, angulata angulis integris.

perfoliatum. P. foliis triangularibus, caule aculeato, ſtipulis perfoliatis patentibus ſubrotundis.
Polygonum perfoliatum. Linn. ſp. Pl. p. 521.
Polygonum perfoliatum. Burman. Flor. indic. pag 90. tab. 31. f. 2.

Iapo-

Iaponice: Iſi no Kawa, it. Kawa Soba et Iſirni Kawa; atque Sui Roo, vulgo Midſu Soba.

Sui Roo, vulgo Midſu Soba. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 835.

Creſcit circum Nagaſaki copioſe, in Papenberg, Viſchers Eyland, Koſido.

Floret Auguſto, Septembri, Octobri.

fagopyrum. P. foliis cordato-ſagittatis, caule erectiuſculo inermi, ſeminum angulis aequalibus.

Polygonum fagopyrum. Linn. ſpec. Plant. p. 522.

Iaponice: Kjo, vulgo Soba. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 835.

Creſcit circum Nagaſaki et in omnibus fere provinciis vulgare, ſponte et cultum.

Floret Iulio et ſequentibus menſibus.

E farina huius placentae rotundae, ſaepe coloratae, coctae in uſum peregrinantium, in omnibus tabernis venales exſtant.

Convolvulus. P. foliis cordatis, caule volubili angulato, floribus obtuſis.

Polygonum Convolvulus. Linn. Syſt. Nat. T. II. p. 313. ſp. Pl. p. 522.

Creſcit circum Nagaſaki vulgare.

Floret Auguſto.

multiflorum. P. foliis cordatis, caule volubili angulato, florum panicula ramoſa.

Iaponice: Asju.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Floret Auguſto, Septembri.

Caulis inferne ſcandens, angulatus, hinc inde flexus, laevis; ſuperne volubilis, filiformis, glaber.

Folia alterna, petiolata, ſubcordata, ovata, acuminata, integra, glabra; inferiora ſeſquipollicem lata, baſi ſubtruncata, bipollicaria; ſuperiora magis cordata, minora.

Flores ex axillis foliorum paniculato-racemoſi.

Panicula compoſita, patentiſſima.

Pedunculi et pedicelli capillares, divaricati.

Bracteae ovatae, acutae, integrae.

Differt a P. dumetorum, cui valde ſimilis:

1. floribus minutis, obtuſis.

2. panicula ramoſa, racemoſa, patentiſſima.

Radix tuberoſa, ſubcarnoſa, fibroſa, alba.

Uſus: Radix cordialis dicitur eumque in finem a Iaponenſibus cruda adhibetur. Sub cineribus aſſata amara eſt.

PAULINIA.

Iaponica. P. foliis quinato-pinnatis, petiolulatis marginatis, caule herbaceo inermi.

Iaponice: Bak Ren.

Creſcit in inſula Nipon et alibi.

Caulis herbaceus, angulatus, ſcandens, glaber, craſſitie vix culmi, inermis.

Folia alterna, petiolata, quinata, glabra: *Foliola infima* ovata, ſubſeſſilia, inciſo-bifida vel trifida inciſuris integris, pollicaria; *foliola intermedia* ternata petiolulo marginato: *pinnis* lateralibus ovatis, integris vel inciſis, intermedia trifida; *Foliolum ultimum* pinnatum petiolulo articulato, marginato: *Pinnae* bijugae, oblongae, inciſo-trifidae vel 5-fidae, ultima trifida majori.

Petioli cauli ſimiles, bipollicares.

Flores

Flores foliis oppoſiti, paniculati.

Pedunculi longitudine foliorum pedicellis breviſſimis.

TETRAGYNIA.

PARIS.

quadrifolia. Paris.

Paris quadrifolia. Linn. ſpec. Pl. p. 527.

Iaponice: Kikoku So.

Creſcit hinc inde, in inſula Nipon et alibi.

CLAS-

CLASSIS IX.

ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

LAURUS.

Camphora. L. foliis trinerviis lanceolato-ovatis.

Laurus Camphora. Linn. ſp. Pl. p. 528.

Iaponice: Sjo, vulgo Kus no Ki, it. Damo et Surno Fa.

Sjo, vulgo Kus no Ki. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 770. fig. p. 771.

Creſcit ubique vulgaris in inſulis Saikokf, Nipon, aliis; maxima vero copia in provincia Satſuma.

Floret Iunio, Iulio.

Fructus maturus eſt Novembri, Decembri.

Variat baccis rubris, flavis, atropurpureis.

I. *Sevum* e baccis exprimitur, quod pro candelis faciendis, loco cerae, adhibetur.

II. *Camphora*, fere omnis, quae in Europa et Indiis conſumitur, ex hacce arbore ſublimatur. Extractio Camphorae ruſticorum opus eſt in provincia Satſuma et inſulis Gotho, qui tam radices quam ligna trunci in feſtucas comminuta, cum aqua affuſa coquunt in veſica ferrea. Impoſito capitello fictili amplo et roſtrato ſublimatam reſinam excipiunt ſtramini, quod capitellum replebat, adhaerentem. Camphora haec alba quidem eſt, ſed minimis granis conſtans et virtute ſua debilis. Vaſis ligneis culmo extus obvelatis ad Indias et Europam maxima copia fertur, ubi ſublimatione purificatur et in ſolidam, pellucidam maſſam redigitur.

L. fo-

glauca. L. foliis nervoſis lanceolatis perennibus, ramulis tuberculatis, floribus ſolitariis

Iaponice: Sur no Fa, Kuro Tſons vel Proh Tſons, it. Kuro Tſus no Ki.

Kuro Tſons vel Proh Tſons, it. Kuro Tſus no Ki. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 770.

Creſcit prope Nagaſaki.

Fructus maturus Ianuario.

Caulis arboreus.

Rami punctis elevatis ſcabridi, glabri, cinerei, patentes.

Ramuli ſubverticillati, ramis ſimiles.

Folia in ultimis ramulis verſus apicem frequentia, alterna, petiolata, lanceolata, acuminata acumine obtuſo, integerrima margine reflexo, patula, nervoſa, ſupra pallide viridia, ſubtus glauca, vel lutea, glabra, bipollicaria vel ultra.

Petioli ſemiteretes, ſupra ſulcati, glabri, unguiculares.

Flores in ramulis infra folia, ſparſi, ſolitarii, pedunculati.

Pedunculi breviſſimi, uniflori vel bifidi, craſſi, cinerei, ſemilineam longi.

Drupa ovata, apice parum attenuata, obtuſa, coeruleo-atra, ſucculenta, glabra, magnitudine piſi, ſucco coeruleo.

Nux figura Drupae, ſtriata, ferruginea, unilocularis.

Nucleus ſolitarius, albidus.

Oleum fructuum expreſſum pro fundendis candelis inſervit.

indica. L. foliis venoſis lanceolatis perennantibus, ramulis tuberculatis, floribus racemoſis.

Laurus indica. Linn. ſp. Pl. p. 529.

Tamu no Ki. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 906.

Caulis arboreus.

Rami et imprimis ramuli cicatricibus a caſu foliorum tuberculati, alterni, incurvi, rugoſi, glabri.

Folia ſparſa, petiolata, obovata, acuminata acumine obtuſiuſculo, integerrima, glabra, ſubtus parum glauca, venoſa, reflexa, perennantia, digitalia.

Petiolus

Petiolus ſemiteres, ſulcatus, glaber, reflexus, unguicularis.

Flores terminales, inferne racemoſi, ſuperne paniculati.

Panicula trifida.

Calyx 6-fidus. *Corolla* nulla, vel contra.

Squamae nectareae, ovatae, rubrae, iuxta baſin filamentorum.

Filamenta 8, rarius 7 vel 9; 6 exterioribus, 2-3 interioribus.

pedunculata. L. foliis nervoſis oblongis integris, floribus ſolitariis pedunculatis.

Caulis fruticoſus.

Rami teretes, a caſu foliorum noduloſi, cinerei, rugoſi, glabri.

Folia oppoſita, breviter petiolata, oblonga acuminata, nervoſa, integra, glabra, bipollicaria.

Flores verſus apicem ramulorum ſparſi, pedunculati.

Pedunculi ſolitarii, uniflori, longitudine dimidia foliorum.

lucida. L. foliis oblongis ſerratis, ramulis ternis, floribus axillaribus ſolitariis ſubſeſſilibus.

Caulis arboreus, totus glaber.

Rami terni, teretes, nodoſi, cinerei, divaricati.

Ramuli terni, angulati, divaricati.

Folia verſus apicem ramulorum ſparſa, breviſſime petiolata, ovato-oblonga, acuminata acumine obtuſo, obſolete ſerrata margine reflexo; ſupra lucida, nervo medio exſtanti; ſubtus pallida, glabra, pollicaria et ſeſquipollicaria.

Flores in axillis foliorum ſubſeſſiles vel breviſſime pedunculati, ſaepius ſolitarii, rarius bini.

Fructus oblongi piſtillo perſiſtente.

Flores

Flores defloratos tantum vidi adeoque de genere non omnino certus.

umbellata. L. foliis ovatis ſerratis, ramulis umbellatis, floribus racemoſis.

Caulis fruticoſus, ramoſiſſimus.

Rami circiter terni, rugoſi, tuberculati, cinerei, glabri, incurvi.

Ramuli ſubumbellati, quaterni, quini vel plures, angulati, erecti.

Folia verſus apicem ramulorum ſparſa, petiolata, ovata, obtuſa, marginata, ſerrata, nervoſa; ſupra nitida; ſubtus pallidiora, glabra, pollicaria vel ultra.

Fructus racemoſi.

Drupa (forſan potius Bacca) globoſa, coerulea, magnitudine piſi, monoſperma.

Flores non vidi, ſed tantum fructus; de genere itaque non certus.

QUERCUS.

glabra. Q. foliis lanceolato-oblongis acuminatis glabris.

Caulis arboreus.

Rami terni et bini, rugoſi, noduloſi, erecto-patuli.

Folia alterna, petiolata, lanceolato oblonga, baſi attenuata, cuſpidata, integerrima, parallelo-nervoſa, utrinque glabra, ſupra nitida, ſubtus flaveſcentia.

Spicae florum terminales, ſolitariae, binae vel tres, tomentoſae.

acuta. Q. foliis oblongis cuſpidatis, iunioribus tomentoſis.

Rami noduloſi, punctis albis notati, cinerei, glabri, apice tomentoſi.

Folia alterna, petiolata, oblonga, baſi rotundata, cuſpidata, integra, parallelo-nervoſa, adulta glabra, iuniora ſubtus ferrugineo-tomentoſa.

Spicae florum axillares, tomentoſo ferrugineae.

glauca. Q. foliis obovatis acuminatis apice ſerratis ſubtus glaucis.

Iapo-

Iaponice: Kas no Ki. Kaempf. Amoen. ex. Faſc. V. p. 816.
Creſcit prope Nagaſaki.
Caulis arboreus, vaſtus.
Rami et ramuli ſubumbellati, teretes, glabri, punctis elevatis albis notati, purpurei, erecti.
Folia alterna, petiolata, obovata; baſi attenuata in petiolos, integra; a medio ad apicem dentata vel ſerrata, cuſpidata; ſupra glabra, viridia; ſubtus farinoſo alba, parallelo nervoſa; pollices fere duos lata, duos vel tres longa.
Peticli ſemiunguiculares.
Flores axillares.
Ramis adhaeret ſaepe nidus inſecti, cui nomen Minomuſi.
Differt a Q. *Ilice* et *Subere*: foliis latioribus, obovatis, cuſpidatis, baſi attenuatis et integris, ſubtus glaucis vel farinoſis, nec tomentoſis, parallelo-nervoſis.

cuſpidata. Q. foliis ovatis cuſpidatis ſerratis glabris.
Iaponice: Sui, vulgo Sino Ki. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 816.
Creſcit iuxta Nagaſaki.
Rami ſtriati, glabri, patuli.
Folia alterna, petiolata, ovata, baſi rotundata, cuſpidata, a medio ad apicem ſerrata ſerraturis inermibus, parallelo-nervoſa, utrinque glaberrima, pollicaria.
Flores feminei, quos tantum vidi, in ramulis ſparſi, ſolitarii, ſubſeſſiles.
Fructus calyces echinati, magnitudine nucis avellanae.
Fructus et coctus et crudus edulis dicebatur.
Differt a Q. *Ilice* et *Subere*: foliis glabris.
Q. *coccifera*: foliis cuſpidatis et ſerraturis inermibus.
Q. *glauca*: foliis ovatis, glaberrimis, minoribus, calycibusque echinatis.

ſerrata. Q. foliis oblongis ſerratis parallelo-nervoſis villoſis tomentoſisque.
Iaponice: Hawa So, it. Nara no Fa.

Creſcit

Creſcit in regionibus Fakoniae et alibi.
Floret Maio, Iunio.
Caulis arboreus.
Rami et ramuli alterni, glabri, cinerei, noduloſi, punctis albis muricati, patentes.
Folia alterna, oblonga, acuminata, tota acute et aequaliter ſerrata, ſupra viridia, ſubtus pallidiora, parallelo nervoſa, adultiora tenuiſſime villoſa, iuniora ſericeo-tomentoſa, inaequalia, pollicaria usque palmaria.

dentata. Q. foliis obovato-oblongis obtuſis inciſo-dentatis ſubtus tomentoſis.
Iaponice: Koku, vulgo Kaſjuwa, Boku Soku et Sjirakas Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 816.
Creſcit in regionibus Fuſi et Fakoniae montium.
Floret Aprili, Maio.
Caulis arboreus.
Rami et ramuli craſſi, rugoſi, ſulcati, punctis nodulisque muricati, ſummi tomentoſi, erecti.
Folia in apicibus aggregata, breviſſime petiolata, obovato oblonga, obtuſa, inciſo-dentata, inermia, parallelo-nervoſa, ſupra villoſa, ſubtus tomentoſa, mollia, bipollicaria.

CLASSIS X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

SOPHORA.

Iaponi-ca. S. foliis pinnatis: foliolis pluribus ovatis glabris, caule arboreo.

Sophora Iaponica. Linn. Syſt. Nat. tom. 2. p. 325.

Iaponice: Ienſju, et Iendſu no Ki.

Caulis arboreus.

Rami teretes laeves, purpuraſcentes.

Folia alterna, pinnata cum impari. *Foliola* ſubopposita, breviſſime petiolata, oblonga, obtuſa cum acumine, integerrima, ſubtus glauca, glabra, patentia, pollicaria.

Floret in ramulis paniculatis racemoſis.

Legumina ſubcarnoſa, ſimplicia vel biarticulata articulis globoſis.

hepta-phylla. S. foliis pinnatis: foliolis ſeptenis oblongis glabris.

Sophora heptaphylla. Linn. ſp. Pl. p. 533. Excluſo ſynonymo Rumphii, quod ad S. tomentoſam amandandum.

Iaponice: Kuſin et Kudſin.

Creſcit cum priori, hinc inde, in inſula Nipon.

CERCIS.

Siliqua-ſtrum. C. foliis cordato-orbiculatis glabris.

Cercis Siliquaſtrum. Linn. ſp. Pl. p. 534.

Iaponice: Fanna Suwo. Suwa ſignificat lignum campechianum ſive Indianorum Sappan.

Creſcit

Creſcit in regionibus fluvii Ojigawae.

Floret Aprili.

Folia cordata, orbiculata, nec ovata, acuta ut in C. canadenſi.

CAESALPINIA.

criſta. C. aculeata foliis ovatis, floribus pentandris.

Caeſalpinia criſta. Linn. ſp. Pl. p. 544.

Iaponice: Saikatje ſive Saikatſi.

Creſcit inter Oygawae rivum et Fakoniae montes, inter alios frutices.

Floret Maio, Iunio.

Caulis arboreſcens, orgyalis.

Rami teretes, aculeati, purpurei, glabri.

Folia pinnata: *foliola* ſubſeſſilia, oblonga, obtuſiſſima, integra, aequilatera, glabra, unguicularia.

Flores terminales, racemoſi, cernui, albidi.

Pedunculi alterni, filiformes, horizontales, uniflori, glabri, digitales.

Filamenta a baſi ad medium lanata, 5, 6 vel 10, diſtincta curvata.

Antherae didymae, fuſcae.

CASSIA.

Tora. C. foliis trijugis obovatis, exterioribus maioribus, glandula ſubulata inter inferiora quatuor.

Caſſia Tora. Linn. ſp. Pl. p. 538.

Creſcit iuxta urbem Nagaſaki.

Floret Octobri, Novembri.

procumbens. C. foliis multijugis eglandulatis, caule decumbente.

Caſſia procumbens. Linn. ſp. Pl. p. 543. Syſt. Nat. T. 2. p. 328.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

RUTA.

graveo-lens. R. foliis decompoſitis, floribus lateralibus quadrifidis.

Ruta graveolens. Linn. ſp. Pl. p. 548.

Iaponice: Mats Kaſe So; aliis Ruta audit.

Creſcit iuxta Iedo.

MELIA.

Azeda-rach. M. foliis bipinnatis.

Melia Azedarach. Linn. ſp. Pl. p. 550.

Iaponice: Den, it. Oots, vulgo Sendan, aliis Kindeis, it. Ku Ren. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 788.

Creſcit prope Nagaſaki et Iedo, in inſula Nipon vulgaris.

Floret Maio, Iunio.

Fructus maturus Decembri; contuſus et coctus preloque ſubmiſſus oleum dat, conſiſtentia levi, quo pro candelis fundendis utuntur indigenae.

IUSSIEUIA.

erecta. I. erecta, glabra floribus tetrapetalis octandris ſeſſilibus.

Iuſſiaea erecta. Linn. ſp. Pl. p. 556.

Caulis herbaceus, erectus, angulatus, glaber, ramoſus, bipedalis.

Rami alterni, filiformes, angulati, glabri, erecto-patentes.

Folia ſparſa, petiolata, elliptica, integerrima, nervoſa, glabra, inaequalia, pollicaria usque tripollicaria, patentia. Aliis folia elliptica, aliis lanceolata, aliis ſublinearia.

Petioli ſenſim in folium abeuntes, unguiculares.

Flores axillares, ſeſſiles vel breviſſime pedunculati, ſolitarii vel bini, rariſſime tres.

Perianthium ſaepius 4-partitum, rarius 5-partitum.

Corolla lutea.

Inven-



ANDROMEDA *japonica.*

Inveni hanc ſpeciem etiam in Iava et Ceilona, ſemper vero foliis anguſtioribus et floribus ſubpedunculatis, dum huic folia unguem lata et flores ſeſſiles ſaepiſſime ſunt.

RHODODENDRUM.

maximum. R. foliis nitidis ovalibus obtuſis venoſis margine acuto reflexo, pedunculis unifloris.

Rhodendrum maximum. Linn. ſp. Pl. p. 563.

Iaponice: Seki Nan, vulgo Saku Nange. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 877.

Frutex in regionibus Nagaſaki et alibi rarior, cultus.

ANDROMEDA.

iaponica. A: racemis paniculatis cylindricis bracteatis, ſoliis ellipticis reflexis apice ſerratis.

Iaponice: Sis Kwas i. e. Leo non edat vel Leoni non conducit edere; *Sis* enim Leonem ſignificat. Item Siſiigakure.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Floret Decembri.

Caulis arboreus, ramoſus.

Rami terni vel plures ſubumbellati, ſtriato-angulati, glabri, purpuraſcentes, a caſu foliorum noduloſi, erecti, iterum ramuloſi.

Folia in ultimis ramulis frequentia, alterna, petiolata, obovato-lanceolata, acuta, inferne attenuata in petiolos, a medio ad apicem crenata, patentiſſima vel reflexa, nervoſa, glabra, bipollicaria.

Petioli ſemiteretes, ſulcati, rubri, lineam longi.

Flores in apicibus ramulorum racemoſi.

Racemi alterni, laxi, rubri, digitales.

Pedunculi angulati, glabri.

Pedicelli teretes, incraſſati, erecti, lineam longi.

Bracteae ſubulatae, ſparſae ſub et in pedicellis.

Perianthium ante floreſcentiam 5-gonum, acutum, glabrum, altero latere rubrum, altero viride, ad baſin fere 5-partitum: *laciniae* lanceolatae, vix lineam longae.

Corolla 1-petala, ſubcylindrica, ore quinquefido, alba, calyce brevior, 5-ſtriata.

Filamenta 10, receptaculo inſerta, linearia, alba, calyce triplo breviora.

Antherae ovatae, erectae, intus gibbae, purpuraſcentes.

Germen ſuperum, 5-ſtriatum, convexum, glabrum.

Stylus filiformis, viridis, breviſſimus.

Stigma ſimplex, obtuſum, viridi-purpureum.

Capſula ovato-globoſa, 5-ſulca angulis obtuſis, glabra, 5-valvis, 5-locularis.

Semina plurima, minuta.

DIGYNIA.

CHRYSOSPLENIUM.

alternans. C. foliis alternis.

Chryſoſplenium alternifolium. Linn. ſp. Pl. p. 569.

Iaponice: Fa Kobi.

Creſcit in montium Fakoniae regionibus.

Floret Martio, Aprili.

Semina matura Maio.


SAXIFRAGA.

ſarmentoſa. S. foliis inciſo-lobatis piloſis, caule ſubnudo erecto paniculato.

Saxifraga ſarmentoſa. Linn. ſuppl. ſyſt. p. 240.

Iapo-

Flor. Iap. p. 183. Tab. 23.



DIANTHUS *japonicus.*

S. N. Caſtröm del.

Iaponice: Sekika, vulgo Kiſinſo, i. e. herba Diaboli; Kiſin enim Diabolum ſignificat. Item Iukinoſta, ſeu Iuki no Sita i. e. ſub nive ſita vel creſcens herba; Iuki namque nivem et Sita herbam ſignificat.

Sekika, vulgo Kiſinſo, it. Iukinoſta. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 870.

Creſcit iuxta Nagaſaki prope aquas, in inſula Nipon vulgaris locis montoſis et humidis inque lapidibus.

Floret Maio, Iunio.

Radix fibroſa.

Folia plurima radicalia; caulina alterna, petiolata, ſubpeltata, cordato-orbiculata, inciſa, dentata, ciliata; ſupra piloſa, ſubcucullato-plana, nervoſa, ſaturate viridia ſtriis maculisque rubris; ſubtus rubicunda, glabra.

Petioli ſemiteretes, piloſo-ſcabri, erecto-patentes, foliis longiores.

Caulis ſarmentoſus, ſucculentus, hirtus.

Flores in ramulis paniculati.

Pedunculi et pedicelli capillares, ſtriati, villoſi, patentes.

Corolla irregularis. *Petala* tria minora, erecta; duo maiora, dependentia.

Vix novum genus hinc conſtitui debet, licet petala inaequalia.

DIANTHUS.

Iaponicus. D. floribus aggregatis faſciculatis, ſquamis calycinis acutis ciliatis tubo brevioribus.

Iaponice: Sekitſiks, it. Nadeſiko et Nadeſko.

Creſcit prope Nagaſaki, in Koſido, alibi.

Floret Auguſto.

Caulis baſi decumbens, dein erectus, teres, laevis, glaber, ſimplex, rarius apice diviſus, pedalis.

Folia oppoſita, petiolata, ovata, acuta, integra, glabra, enervia, erecta, pollicaria ſuperioribus minoribus.

Petioli lati, amplexicaules.

Flores terminales, faſciculati, faſtigiati.

Calyx longitudine tubi corollae, ſtriatus, glaber.

Calyculus baſi ovatus, dein lanceolatus, acuminatus, carinatus, ciliatus, calyce et tubo corollae duplo brevior.

Corolla crenata.

deltoides. D. floribus ſolitariis, ſquamis calycinis lanceolatis binis, corollis crenatis.

Dianthus deltoides. Linn. ſp. Pl. p. 588.

Creſcit hinc inde locis arenoſis.

caryophyllus. D. floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ſubovatis brevibus corollis crenatis.

Dianthus caryophyllus. Linn. ſp. Pl. p. 587.

Iaponice: Mondo, vulgo Iammaſuje, it. Sogaif. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 8(6.

TRIGYNIA.

SILENE.

Saxifraga. S. caulibus ſubunifloris, pedunculis longitudine caulis, foliis glabris, floribus hermaphroditis femineisque.

Silene Saxifraga. Linn. ſp. Pl. p. 602.

Caulis debilis, filiformis, parum ramoſus, decumbens.

Rami capillares, erecti.

Folia amplexicaulia, linearia, acuta, integra, glabra, unguicularia.

Flores in ramis terminales, ſolitarii.

Calyx oblongus, glaber, 5-fidus.

Petala bifida.

DEU-



DEUTZIA *ſcabra*.

DEUTZIA.

ſcabra. Deutzia.

Deutzia ſcabra. Hornſtedt Diſſ. Nov. Plant. Gener. p. 19, 20 et 21. cum figura.

Iaponice: Ioro, vulgo Utſugi vel Iamma Utſugi. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 854.

Creſcit in montibus Fakoniae et adiacentibus regionibus.

Floret Maio, Iunio.

Caulis arboreus, orgyalis, ramoſiſſimus.

Rami alterni, teretes, laeves, purpuraſcentes.

Ramuli villoſi, ſcabri, patuli, ramis ſimiles.

Folia oppoſita, petiolata, ovata, acuminata, ſerrata, venoſo-rugoſa, pilis ſtellatis ſcabra, patentia, pollicaria vel ultra.

Petioli villoſo ſcabri, lineam longi.

Flores in ultimis ramulis paniculati.

Panicula compoſita pedicellis alternis.

Pedunculi et pedicelli angulati, tomentoſa-ſcabra.

Uſus: Folia ſcabra pro laevigandis et poliendis variis e ligno contectis rebus a fabris lignariis adhibentur.

STELLARIA.

undulata. S. foliis oblongis undulatis, caule angulato, floribus axillaribus.

Iaponice: Suſume Ami.

Creſcit iuxta vias, in marginibus.

Floret Aprili.

Caulis decumbens, herbaceus, tenellus.

Rami angulati, erecti, parum ramuloſi, debiles, glabri, palmares.

Folia oppoſita, ſeſſilia, oblonga, acuta, undulata, glabra, longitudine internodiorum, ſemiunguicularia.

Flores axillares et terminales, bini, ternique, pedunculati.

Pedunculi capillares, uniflori, foliis longiores.

Calyx glaber.

ARENARIA.

ſerpyllifolia. A. foliis ſubovatis acutis ſeſſilibus, corollis calyce brevioribus.

Arenaria ſerpyllifolia. Linn. ſpec. Pl. p. 606.

Creſcit ſparſim prope Nagaſaki et alibi.

PENTAGYNIA.

SEDUM.

Telephium. S. foliis planiuſculis ſerratis, panicula folioſa, caule erecto.

Sedum Telephium. Linn. ſp. Pl. p. 616.

Japonice: Binke So.

Creſcit iuxta Iedo, Quana; Miaco, Oſakka, Nagaſaki, alibi.

Floret Iunio.

anacampſeros. S. foliis cuneiformibus integris, caulibus decumbentibus, floribus paniculatis.

Sedum anacampſeros. Linn. ſp. Pl. p. 616.

Japonice: Renge So.

Creſcit iuxta Nagaſaki ſponte et ſaepe cultum, inque rimis rupium in Raminoſeki.

Floret Septembri, Octobri.

ſpinoſum. S. foliis planis oblongis ſpinoſo-mucronatis, caule ſpicato ſimplici.

Cotyledon ſpinoſum. Linn. ſp. Pl. p. 615.

Craſſula ſpinoſa. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 252.

Creſcit

Creſcit in regionibus Nagaſaki, in ollis cultum.
Floret Auguſto et ſequentibus menſibus.

lineare. S. foliis tereti-linearibus oppoſitis, cyma trifida.
Iaponice: Seni Ki.
Creſcit in regionibus Fakoniae.
Floret Iunio.
Caulis glaber, ſimplex, raro ramoſus.
Folia oppoſita, amplexicaulia, tereti-linearia, acuta, glabra, patentia, pollicaria.
Flores cymoſi, lutei.
Cyma compoſita, trifida flore intermedio ſeſſili.

OXALIS.

Aceto-ſella. O. ſcapis unifloris, foliis ternatis: foliolis obcordatis piloſis.
Oxalis Acetoſella. Linn. ſp. Pl. p. 620. Haſt Diſſ. de Oxalide. Upſ. 1780. p. 5 et 9.
Iaponice: Katabami.
Creſcit in Fakoniae montis regionibus.
Floret Aprili.

cornicu-lata. O. caule decumbente herbaceo, pedunculis umbelliferis.
Oxalis corniculata. Haſt Diſſert. de Oxalide. Upſ. p. 7 et 22. Linn. ſpec. Pl. p. 623.
Iaponice: Sunſjo, it. Saſjo, vulgo Sikambo, it. Katabami et Simmoguſa.
Saſjo, vulgo Katabami et Simmoguſa. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 888.

LYCHNIS.

corona-ta. L. glabra foliis axillaribus terminalibusque ſolitariis, petalis laciniatis.
Iaponice: Sen ſjun Ra, vulgo Ganpi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 873.
Creſcit vulgaris ſponte et ſaepius in hortis culta.
Floret Maio, Iunio, Iulio.
Tota planta glabra.

Caulis

Caulis ſimplex, teres, erectus, pedalis.

Folia oppoſita, amplexicaulia, oblongo-ovata, acuta, integra, pollicaria vel paullo ultra.

Flores axillares et terminales, aggregati, circiter tres, ſeſſiles.

Calyx decagonus.

Petala inciſa, crenato-multifida.

Filamenta longitudine tubi corollae, filiformia.

Germen ſuperum.

Styli quinque, tubae corollae multo breviores.

chalcedonica. L. villoſa floribus terminalibus faſciculatis, calycibus ciliatis.

Lychnis chalcedonica. Linn. ſp. Pl. p. 625.

Iaponicum ſpecimen floribus eſt circiter ternis, pedunculatis, qui in aliis videntur eſſe ſeſſiles; diſtingui tamen non poſſunt, cum utrisque folia et calyx ciliata caulisque villoſus.

CERASTIUM.

vulgatum. C. decumbens foliis ovatis, petalis calyce aequalibus.

Ceraſtium vulgatum. Linn. ſpec. Pl. p. 627.

Iaponice: Fakobi, it. Fagu Iera et Fan Ru.

Fan Ru, vulgo Fakobi, it. Fagu Iera. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 896. ſub hoc nomine comprehenduntur a Iaponenſibus et Ceraſtium vulgatum, et Alſine media.

Creſcit in Dezima, montibus Nagaſaki, alibique vulgatiſſimum.

Floret toto fere anno.

viſcoſum. C. erectum villoſo-viſcoſum.

Ceraſtrum viſcoſum. Linn. ſpec. Plant. p. 627.

Iapo-

Iaponice: Fakobi.

Creſcit iuxta margines viarum vulgare.

Floret Aprili.

DECAGYNIA.

PHYTOLACCA.

octandra. P. floribus octandris octogynis.

Phytolacca octandra. Linn. ſp. Pl. p. 631.

Iaponice: Sjoorike, vulgo Iammu Gobo. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 829.

Creſcit prope Nagaſaki alibique.

Floret Auguſto.

Valde venenata eſt etiam heic, comeſta fuit per errorem a duobus ſervis japonicis, quorum alter poſt octo dies convaluit a morbo, alter vero diu exanthemate quodam excruciatus fuit.

CLAS-

CLASSIS XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

CERATOPHYLLUM.

demerſum. C. foliis dichotomo-bigeminis, fructibus triſpinoſis.
Ceratophyllum demerſum. Linn. ſp. Plant. p. 1409.
Iaponice: Mo.
Creſcit in aquis iuxta Nagaſaki et alibi.
Floret Septembri, Octobri.

ASARUM.


canadenſe. A. foliis reniformibus mucronatis.
Aſarum canadenſe. Linn. ſp. Pl. p. 633.
Iaponice: Kamo Awoi.
Creſcit prope Iedo.
Floret Maio.

virginicum. A. foliis cordatis obtuſis glabris petiolatis.
Aſarum virginicum. Linn. ſpec. Plant. p. 633.
Iaponice: Saiſin, et Husba Saiſin.
Folia albo picta.

TOMEX.

Iaponica. Tomex.
Iaponice: Fiwa.
Creſcit in Koſido, ſatis vulgaris.
Floret Octobri, Novembri.
Caulis arboreus, excelſus, ramoſus, plus quam orgyalis.

Rami



EURYA japonica

Joh. Don. Lundmark del. & sculp.

Rami et ramuli tomentoſi, noduloſi, ultimi angulati.

Folia alterna, petiolata, oblonga, obtuſa, integerrima, erecta, parallelo-nervoſa; ſupra glabra, viridia; ſubtus incano-tomentoſa, palmaria iunioribus minoribus.

Petioli angulati, ſtriati, tomentoſi, pollicares.

Flores axillares, in capitulum collecti, pedicellati, dioici.

Pedunculi angulati, ſtriati, ſolitarii, tomentoſi, bracteati, ſemiunguiculares.

Bracteae oppoſitae prope baſin, minutae, tomentoſae.

Pedicelli intra capitulum breviſſimi, quini, raro ſex, uniflori, tomentoſi, ſemilineam longi.

Fructus et femineos flores nunquam vidi.

APACTIS.

Iaponica. Apactis.

Caulis arboreus, erectus, ramoſiſſimus.

Rami alterni, teretes, punctato-ſcabri, erecti.

Ramuli ramis ſimiles, ultimi frequentes.

Folia in ramulis alterna, petiolata, ovata, acuta, ſerrata, baſi integra, nervoſa, glabra, ſubtus pallidiora, pollicaria.

Petioli ſemiteretes, ſulcati, ſemiunguiculares.

Flores in ultimis ramulis racemoſi.

Racemi ſaepe ovati, excreſcentes magis oblongi.

Pedunculus et pedicelli villoſo-ſcabri.

EURYA.

Iaponica. Eurya. vid. iconem in tabulis ſubnexis.

Iaponice: Fiſakaki, it. Siba.

Fiſakaki. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 778.

Creſcit iuxta Nagaſaki in montibus, vulgaris.

Flores

Floret Septembri, Octobri.

Caulis fruticoſus, uti omnes eius partes, glaber.

Rami et ramuli alterni, laxi, erecto-incurvi, cinerei.

Folia in ramulis alterna, frequentia, petiolata, elliptica ſeu oblonga utrinque attenuata, ſerrata, margine parum reflexo, baſi integra, glaberrima, craſſiuſcula, ſempervirentia, diſticha, erecta, acumine emarginato, nervoſa; ſupra viridia; ſubtus flaveſcentia; pollicaria et ultra.

Petioli decurrentes, ſemiteretes, ſupra ſulcati, glabri, lineam longi.

Flores axillares, bini, pedunculati, cernui, raro ſolitarii et terni.

Pedunculi filiformes, uniflori, glabri, cernui, petiolis vix longiores.

Dioici videntur flores ſaepius eſſe.

PORTULACA.

oleracea. P. foliis cuneiformibus, floribus ſeſſilibus.

Portulaca oleracea. Linn. ſp. Pl. p. 638.

Iaponice: Bakin, vulgo Uma Biju, it. Siberi Fiju. Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 831.

Creſcit ubique vulgaris, praecipue circum Nagaſaki et in Dezima locis cultis.

Floret Iunio, Iulio, Auguſto, Septembri.

LYTHRUM.

Salicaria. L. foliis oppoſitis cordato-lanceolatis, floribus ſpicatis dodecandris.

Lythrum Salicaria. Linn. ſpec. Pl. p. 640.

Iaponice: Sju, vulgo Fagi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 875.

Creſcit prope Nagaſaki et alibi, florens Iulio.

Europaeum totum villoſum, japonicum vero totum glabrum.

DIGYNIA.

MENISPERMUM.

Iaponicum. M. foliis peltatis rotundato-ovatis integris.

Iaponice: Fas no Kadſura.

Creſcit iuxta Nagaſaki, alibi.

Floret menſibus autumnalibus.

Caulis herbaceus, volubilis, ſtriato-polygonus, omnibus partibus glaber, ſimplex.

Folia alterna, petiolata, ſubrotundo-ovata, acuminata acumine obtuſo ſubretuſo, integerrima, ſupra viridia, ſubtus glauca, nervoſa nervis e centro excurrentibus, palmaria.

Petioli volubiles, ſulcati, vix torti, digitales et ultra.

Flores axillares, decompoſite ſubumbellati, pedicellati, dioici.

Pedunculus ſtriatus, pollicaris.

Pedicelli ſtriato angulati, umbellati, vix lineam longi.

Baccae duae, obovato-ſubreniformes, compreſſae, magis inferius, latere utroque lacuna magna oblonga unitae, muricatae, unvivalves, uniloculares.

Semen album.

acutum. M. foliis cordatis poſtice angulatis acuminatis, caule tereti ſtriato.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Caulis volubilis, teres, ſimplex, ſtriatus, totus glaber.

Folia alterna, petiolata, profunde cordata, poſtice angulata, ſubrotundo-ovata, longe acuminata, integra, nervoſa, ſubreticulata, ſupra viridia, ſubtus glauca, glabra, palmam longa et lata.

Petioli laxi, teretes, ſtriati, folio paullo breviores.

Flores nunquam vidi, ſed huc retuli ob ſimilitudinem foliorum, quae certe hoc genus produnt.

orbiculatum. M. foliis ovatis ſubtus villoſis.

Meniſpermum orbiculatum. Linn. ſp. Pl. p. 1468.

Iaponice: Kamatsdura.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Floret Auguſto, Septembri.

Totum tenuiſſime villoſum.

Caulis teres, volubilis, ramoſus.

Rami alterni, cauli ſimiles.

Folia alterna, petiolata, infima triangulari ovata, ramea ovata, ſuprema orbiculata, obtuſa cum acumine, integra, pollicaria, ſuperioribus ſenſim minoribus.

Petiolus ſemiunguicularis.

Flores axillares, paniculati, dioici.

trilobum. M. foliis trilobis.

Iaponice: Kumatsdura.

Creſcit prope Nagaſaki.

Floret Septembri, et Auguſto.

Caulis filiformis, volubilis, parum ramoſus, uti omnes partes hirtus et villoſus.

Folia alterna, petiolata, triloba, acuta cum acumine, integerrima, nervoſa, ſubtus pallidiora, pollicaria.

Petioli teretes, villoſi, baſi reflexi, unguiculares.

Flores axillares, racemoſi, decidui, dioici.

Pedunculus teres, vix ſemiunguicularis.

Pedicelli glabri, uniflori, vix ſemilineam longi.

♂ *Perianthium* triphyllum, minimum, glabrum, albidum: *laciniae* rotundae, concavae. *Praeter* calycis folia ſaepe duo alia, omnium minutiſſima inſtar calyculi.

Corolla tripetala, campanulata, alba. *Petala* rotundata, obtuſa, integra, concava, ſemilineam longa.

Necta-

Nectarium: Folia ſex, intra petala cumque iis alterna, linearia, apice fiſſa, alba, longitudine corollae.

Filamenta ſex, nectarii foliis inſerta, filiformia, apice inflexa, albida, nectario breviora.

Antherae rotundae, flavae.

♀ *Bacca* globoſa, magnitudine piſi minoris.

Semen unicum, globoſum, toruloſum, baccam replens.

AGRIMONIA.

eupatoria. A. foliis caulinis pinnatis: impari petiolato, fructibus hiſpidis.

Agrimonia eupatoria. Linn. ſpec. Pl. p. 643.

Iaponice: Daikon So, it. Binke So, Tſtome et Kenſino Kubi Tſubi.

Creſcit prope urbem Nagaſaki.

Floret Auguſto, Septembri.

IUGLANS.

nigra. I. foliolis quindenis lanceolatis ſerratis: exterioribus minoribus, gemmulis ſupra axillaribus.

Iuglans nigra. Linn. ſp. Pl. p. 1415.

Iaponice: Kurumi, it. Koba.

Creſcit prope Metropolin Iedo.

TRIGYNIA.

FAGUS.

Caſtanea. F. foliis lanceolatis acute ſerratis ſubtus nudis

Fagus Caſtanea. Linn ſp. Pl. p. 1416.

Iaponice: Rüts, vulgo Kuri, it. Sibakuri. Kaempf. Am. ex. Faſcic. V. p. 816

Creſcit iuxta Iedo, Miaco, alibi.

Floret Iunio.

EUPHORBIA.

canarienſis. E. aculeata nuda ſubtetragona, aculeis geminatis.

Euphorbia canarienſis. Linn. ſp. Pl. p. 646.

Creſcit in Inſulis Liquejo, culta in Oſacca.

hirta. E. dichotoma foliis ſerrulatis ovatis acuminatis, pedunculis capitatis axillaribus, caulibus piloſis.

Euphorbia hirta. Linn. ſp. Pl. p. 651.

Creſcit in hortis Dezimae.

Forſan cum ſeminibus e Batavia huc allata fuit.

thymifolia. E. dichotoma foliis ſerratis ovali-oblongis, capitulis axillaribus glomeratis ſubſeſſilibus, caulibus decumbentibus.

Euphorbia thymifolia. Linn. ſpec. Pl. p. 651.

Creſcit in Dezima et alibi.

Floret Auguſto, Septembri.

Peplus. E. umbella trifida: dichotoma, involucellis ovatis, foliis integris obovatis petiolatis.

Euphorbia Peplus. Linn. ſp. Pl. p. 653.

Creſcit iuxta Nagaſaki; in Dezima alibique.

Floret Februario et ſequentibus menſibus.

Lathyris. E. umbella quadrifida: dichotoma, foliis oppoſitis integris.

Euphorbia Lathyris. Linn. ſpec. Pl. p. 655.

Iaponice: Soku Suiſi.

Creſcit hinc inde.

E. um-

helioſcopia. E. umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus ſerratis.

Euphorbia helioſcopia. Linn. ſpec. Pl. p. 658.

Iaponice: Suſu Fri, it. Kanſui.

Creſcit iuxta vias hinc inde, inque monte Fakona.

Floret Aprili.

Maior et craſſior heic creſcit, nec adeo debilis et tenuis atque in Europa.

coralloides. E. umbella quinquefida: trifida; dichotoma, involucellis ovatis, foliis lanceolatis, capſulis lanatis.

Euphorbia coralloides. Linn. ſp. Pl. p. 659.

Iaponice: Too Daikuſa, it. Todai Kuſa.

Creſcit ſparſim in inſula Nipon, prope Miaco.

Floret Iunio.

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

CACTUS.

Ficus. C. articulato-prolifer, articulis ovato-oblongis, ſpinis ſetaceis.
Cactus Ficus indica. Linn. ſpec. Plant. p. 669.
Japonice: Sabotin, it. Satſura Sapo.
Creſcit hinc inde in inſula Nipon.

MYRTUS.

laevis. M. pedunculis umbellatis, foliis ovatis acuminatis.
Japonice: Kojas no Ki.
Caulis fruticoſus, totus glaber.
Rami et ramuli alterni, erecti.
Folia e gemmis alternis ſolitaria, bina vel terna, petiolata, ovata, acuminata, acute ſerrata, venoſa, utrinque glabra, ſubtus pallida, patentia, inaequalia, pollicaria et ultra.
Petioli ſemilineam longi.
Flores in ramulis terminales, umbellati.
Umbella ſimplex.
Pedunculi filiformes, cicatricibus verucoſi, pollicares.
Perianthium ſuperum, 5-dentatum, glabrum.
Stylus unicus ſtigmate capitato.
Bacca bi- ſeu tri locularis.
Semina ſolitaria in ſingulo loculamento.
Valde aſſinis Crataego *laevi* et *villoſae*; differt vero
1. a C. *villoſa*: α. quod tota glabra.
β. piſtillo unico.
γ. foliis aggregatis.
2. a C. *laevi*: α. piſtillo unico.
β. foliis ovatis, tenuibus, longe acuminatis.

PUNICA.

Granatum. P. arborea foliis lanceolatis.
Punica Granatum. Linn. ſp. Pl. p. 679.
Iaponice: Dſjakurgo, vulgo Sakuro. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 800.
Creſcit vulgaris in Koſido.
Floret Iunio, Iulio.

AMYGDALUS.

Perſica. A. foliorum ſerraturis omnibus acutis, floribus ſeſſilibus ſolitariis.
Amygdalus Perſica. Linn. ſp. Pl. p. 676.
Iaponice: Too, vulgo Momu, it. Ke Momu; Kata iſi Momu, Fito Momu et Sato Momu.
Varietates ſunt Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 798.
α) *Ke Momu*, fructu tomentoſo, acuto.
β) *Kata iſi momu*, fructu rubro, glabro, rotundo.
γ) *Fito Momu*, flore rubro, pleno.
δ) *Sato Momu*, flore albo, ſimplici.
Creſcit ubique vulgaris, praecipue iuxta Nagaſaki. In omni horto colitur ob elegantiam florum.
Floret Martio, Aprili.
Fructus maturantur Iulio.

nana. A. foliis baſi attenuatis.
Amygdalus nana. Linn. ſp. Pl. p 677.
Bai, vulgo Ume et Umebos. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 799.
Drupa ovata, carnoſa, magnitudine pruni vulgaris.
Nux ovata, anceps, dura, ſubforaminuloſa.
Specimen florens tam miſerum mihi contigit videre, ut certus omnino non ſim, an ſit nana, vel nova ſpecies.

PRUNUS.

elliptica. P. floribus racemoſis, foliis ellipticis ſerratis glabris.
Caulis arboreus.
Rami et ramuli alterni, nodoſi, albo punctati, rugoſi, glabri.
Folia in ramulis aggregata, ſparſa, breviter petiolata, elliptica, obtuſiuſcula, ſerrata, venoſa, glabra, patentia, digitalia.
Flores racemoſi, pauci.

Drupa oblonga, magnitudine paſſulae.
Flores non vidi.
A Luſitanis advecta dicebatur arbor, loco Olivarum arboris.

panicu-lata. P. floribus paniculatis patulis, foliis ovatis.
Iaponice: Mots no Ki, vel Motji no Ki.
Caulis arboreus, totus glaber.
Rami et ramuli alterni, erecti.
Folia ſparſa, petiolata, ovata, acuta, ſerrata, venoſa, glabra, inaequalia, pollicaria, bipollicaria et ultra.
Petioli erecti, lineam longi.
Flores paniculati, albi.
Panicula ampla, patentiſſima.
Differt a P. *Mahaleb*, cui quodam modo ſimilis:
1. panicula florum longe maiori et patentiſſima.
2. floribus minoribus.
3. foliis magis oblongis, inferne attenuatis acuteque ſerratis.

arme-niaca. P. floribus ſeſſilibus, foliis ſubcordatis.
Prunus armeniaca. Linn. ſp. Pl. p. 386.

Iaponice: Kjoo, vulgo Kara Momu, it. Anſu. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 798.

Arbor magna et vaſta, ramoſiſſima.

Folia ſubcordata, ovata, acuminata, inaequaliter ſerrata, glabra.

Flores in ultimis ramulis alterni, ſeſſiles.

Perianthium 1 phyllum, tubuloſo-campanulatum, glabrum, viridi-purpureum, corolla brevius, 5-partitum: *laciniae* ovatae, obtuſae, concavae; *tubus* breviſſimus, intus cingulo aurantiaco.

Corolla 5-petala, tubo calycis inſerta. *Petala* obovata, concava, obtuſiſſima, alba, patentia, decidua.

Filamenta plurima, tubo calycis inſerta, capillaria, alba, erecta, corolla breviora.

Antherae rotundae, didymae, flavae.

Germen

Germen ſuperum, ovatum, piloſum.
Stylus filiformis, ſtaminibus brevior.
Stigma ſimplex, obtuſum.

ceraſus. P. umbellis ſubpedunculatis, foliis ovato lanceolatis glabris conduplicatis.
Prunus ceraſus. Linn. ſp. Pl. p. 386.
Varietas duplex: α) flore pleno.
β) flore ſimplici.
Japonice: α. Ie, Io, O, vulgo Sakura. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p 799.
β. Iamma Sakura. Kaempf Amoen. ex. Faſc. V. p. 799.
centeſimum quidem habet Kaempferus, ſed hoc corrigendum.
Creſcit et colitur ubique.
Floret menſibus vernalibus, Martio; Aprili.
Caules tuberculis frequentibus ferrugineis toruloſi.
Folia valde acuminata ſunt ſerraturis ſetaceis.

aſpera. P. floribus ſolitariis terminalibus, foliis ovatis ſerratis aſperis.
Japonice: Muk no Ki. Kaempf. Amoen. exot. Faſc. V. p. 799.
Rami et ramuli teretes, punctati.
Folia alterna, petiolata, ovata, acuminata, ſerrata, venoſa, utrinque ſcabra, ſubtus pallida, patentia, bipollicaria.
Petiolus vix unguicularis, ſulcatus.
Flores in ultimis ramulis terminales, ſolitarii.
Drupa magnitudine piperis, globoſo-ovata ſtylo perſiſtente, coerulea, glabra.
Nux triquetra, dura, ovata, acutiuſcula. Nucleus albidus.
Fructus edulis.
Folium pagina ſuprema aſperum ad poliendum adhibetur.

Japonica. P. pedunculis ſolitariis, foliis ovatis acuminatis glabris, ramis inermibus.

 Caulis

Caulis fruticoſus, totus glaber.
Rami et ramuli alterni, teretes, cinerei, rugoſi, erecti.
Folia alterna, petiolata, ovata, acuminata, duplicato ſerrata, utrinque glabra, venoſa, patentia, pollicaria.
Stipulae binae, ſupra foliaceae, ſetaceae, longitudine petioli.
Flores ſolitarii, pedunculati.
Pedunculus infra ramulos, uniflorus, unguicularis.
Drupa magnitudine piſi.

glandu-loſa. P. pedunculis ſolitariis, foliis oblongis glanduloſo-ſerratis, ramis inermibus.
Iaponice: Kome Sakura i. e. Ceraſus pumila.
Caulis fruticoſus, ramuloſus, omnibus partibus glaber.
Rami teretes, ſtriati, cinerei, ramulis ſenſim filiformibus.
Folia ſparſa, petiolata, oblonga, ſerrata ſerraturis glanduloſis, patentia, ſubtus venoſo-reticulata, unguicularia.
Petioli foliis multoties breviores.
Flores ſparſi, ſolitarii, pedunculati.
Pedunculi penduli, longitudine foliorum.
Calyx ſubcampanulatus, corolla incarnata.
Differt I. a P. *pumila*: foliis acutis, tenuiſſime ſerratis ſubtusque concoloribus, nec obtuſis, ſubintegris et glaucis.
II. a P. *inciſa*: foliis glanduloſo-ſerratis, glabris.

inciſa. P. pedunculis ſolitariis, foliis ovatis inciſo-ſerratis villoſis, ramis inermibus.
Iaponice: Fingan Sakura.
Creſcit in Fakona.
Floret Maio.
Caulis arboreus, parum craſſus, debilis, orgyalis.
Rami et ramuli alterni, flexuoſi, glabri, cinerei, inermes, patentes.
Folia ex apicibus ramulorum plura, breviſſime petiolata, ovata, acuta, inciſo-ſerrata, villoſa, vix unguicularia ſub floreſcentia, dein excreſcentia.
Petioli foliis duplo breviores.

Flores

Flores ex apicibus ramulorum ſolitarii, pedunculati, incarnati.

Pedunculi capillares, glabri, foliis duplo longiores.

Perianthium cylindricum, apice dilatatum, glabrum; ferrugineum, corolla duplo brevius.

Differt a P. *inſititia*: α. pedunculis ſolitariis.
β. ramis inermibus.
γ. foliis inciſo-ſerratis.
a P. *ſpinoſa*: a. foliis ovatis, piloſis, inciſo-ſerratis.
b. ramis inermibus.

tomentoſa. P. pedunculis ſolitariis, foliis ovatis ſubtus tomentoſis.

Caulis arboreus, ramoſus.

Rami glabri, erecti, ramuloſi.

Ramuli alterni, patuli, tomentoſi.

Folia alterna, petiolata, ovata, acuta, ſerrata, venoſa, ſupra villoſa, ſubtus tomentoſa, patentia, ſubpollicaria.

Petioli tomentoſi, ſemilineam longi.

Flores ſolitarii, pedunculati.

Drupa magnitudine piſi.

domeſtica. P. pedunculis ſolitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis ſpinoſis.

Prunus domeſtica. Linn. ſp. Pl. p. 386.

Japonice: Si Momu, it. Ri, vulgo Su Momu.

Ri, vulgo Su Momu. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 798.

Fructus maturus Iunio, Iulio.

ſpinoſa. P. pedunculis ſolitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis ſpinoſis.

Pru-

Prunus ſpinoſa. Linn.. ſp. Pl. p. 681.
Creſcit hinc inde, vere florens floribus albis.

DIGYNIA.

CRATAEGUS.

villoſa. C. foliis oblongis acuminatis glabris ſerratis florum umbella compoſita.

Caulis fruticoſus.

Folia alterna, petiolata, ovato oblonga, acuminata, ſerrata, venoſa, villoſa, bipollicaria.

Petioli teretes, glabri, vix unguiculares.

Flores terminales, umbellati.

Umbella compoſita.

Pedunculi umbellae circiter ſex, pedicelli tres vel quatuor, omnes filiformes, tuberculati, villoſi, pollicares.

Styli duo ſtigmatibus capitatis.

Fructus villoſus.

làevis. C. foliis ovatis acuminatis glabris ſerratis, florum umbella ſubſimplici.

Caulis fruticoſus, totus glaber.

Rami et ramuli alterni, cinerei, patentes.

Folia e gemmis alternis tria vel quatuor, petiolata, ovata, acuminata, tenuiſſime ſerrata, plana, glabra, tenuia, patentiſſima, inaequalia, pollicaria.

Flores terminales, umbellati, patentiſſimi.

Umbella ſubſimplex, rarius radio unico trifido vel racemoſo.

Pedunculi capillares, càlloſi, pollicares.

Perianthium 1-phyllum, 5-fidum, corolla duplo brevius.

Petala

Petala 5, ovata, integra, alba, lineam longa.

Stamina corolla breviora.

Styli duo ſtigmatibus capitatis.

Differt a C. *villoſa*: α. foliis magis in medio latis, magisque utrinque attenuatis.

β. foliis aggregatis, nec ſolitariis.

γ. umbella ſubſimplici.

glabra. C. foliis oblongis acutis glabris ſerratis, florum panicula compoſita.

Japonice: Kanname.

Caulis arboreus.

Rami et ramuli ſubverticillati, ſtriati, glabri, patentes.

Folia ſparſa, petiolata, oblonga, acuta, ſerrata margine parum reflexo, perennantia, venoſa, glabra, ſubtus pallidiora, patentiſſima, digitalia.

Petioli angulati, ſulcati, glabri, patentes.

Flores terminales, paniculati.

Panicula compoſita, ſubfaſtigiata.

Pedunculi angulati, glabri, pedicellis ſenſim bevioribus et magis approximatis.

Perianthium 1-phyllum, 5-dentatum, glabrum, corolla duplo brevius.

Petala 5, obovata, obtuſa, integra, alba, baſi villoſa, patentia.

Filamenta plurima, calyci inſerta, longitudine corollae.

Antherae globoſae, didymae.

Styli duo ſtigmatibus capitatis.

Differt a prioribus: α. foliis oblongis, nec ovatis, ſed craſſioribus et ſempervirentibus.

β. pe-

β. petalis baſi villoſis.

γ. panicula magna, compoſita.

PENTAGYNIA.

MESPILUS.

Iaponica. M. inermis foliis oblongis apice ſerratis ſubtus tomentoſis.

Iaponice: Fiwa it. Biwa et Kuſkube.

Bywa. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 800.

Floret Octobri, Novembri

Fructus edules maturi Maio, Iunio.

Creſcit in pluribus regni provinciis vulgaris, prope Nagaſaki, Iedo, alibi.

Arbor excelſa, vaſta.

Rami craſſi, noduloſi, ramulis ſimilibus tomentoſis.

Folia alterna, ſubpetiolata, oblonga, obtuſa, inferne attenuata, integra, verſus apicem ſerrata, erecta, apice recurva, nervoſa nervis parallelis; ſupra laete viridia, glabra; ſubtus cinereo-tomentoſa, nervo medio craſſo; ſpithamaea iunioribus minoribus.

Petiolus craſſus, breviſſimus, tomentoſus.

Flores in apicibus ramulorum ſpicati.

Spica compoſita, tomentoſa.

Pedunculi et pedicelli craſſi, breves, tomentoſi, ſquamoſi.

Squamae ſeu bracteae ovatae, obtuſae, concavae, adpreſſae, tomentoſae.

Perianthium 1-phyllum, campanulatum, craſſum tomentoſum, 5-fidum: *laciniae* obtuſae erectae.

Filamenta 20, calyci inſerta, filiformia, calyce longiora.

Antherae

Antherae rotundae.
Germen hirſutum.
Styli 5, filiformes, longitudine calycis.
Stigmata ſimplicia, obtuſa.
Bacca ovata, ceraſi magnitudine, ſubtomentoſa, flava, pulpoſa, ſublocularis, 1-5 ſperma.
Semina 1, 2, 3, 4 vel 5, ſemigloboſa ſeu altero latere plana, glabra, piſo maiora, brunnea. Si unicum ſemen ſit, tum illud omnino globoſum.
Videtur haec bacca fere pomum eſſe, 1, 2, 3, 4 vel 5-loculare.
Sapor fructus edulis acidodulcis eſt, fere pomi.

PYRUS.

communis. P. foliis ſerratis, pedunculis corymboſis.
Pyrus communis. Linn. ſp. Pl. p. 686.
Iaponice: Ri, vulgo Nas. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 800.
Creſcit hinc inde, etiam in hortis cultus.

baccata. P. foliis ſerratis, pedunculis confertis, pomis baccatis.
Pyrus baccata. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 389. Mantiſſ. p. 75.
Iaponice: Rai Kin, vulgo Ruko, Reikin et Reike. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 800.
Creſcit in urbe Oſakka in Diverſorio Hollandorum.
Floret Aprili.
Vaſta et excelſa arbor, floribus refertiſſima et pulcherrima.

Iaponica. P. foliis cuneatis crenatis glabris, floribus ſolitariis.
Iaponice: Atſuma Kaido, it. Buke et Ki Buke.
Buke. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 844.
Creſcit in monte Fakona.
Floret Februario, Martio, Aprili.
Suffrutex vel arbuſcula et interdum arbor, tota glabra.
Rami et ramuli alterni, flexuoſi, gemmis nodoſi, laeves, cinerei, erecti.
Folia in ramulis e ſingula alterna gemma plura, ſubpetiolata, ovata ſeu cuneata, obtuſa, interdum emarginata, ſerrata; ſupra nervoſa, ſaturate viridia;

ſub-

ſubtus reticulata, pallida; patentia, glabra, inaequalia, pollicaria.

Flores in ramulis alterni, ſubpedunculati, bini.

Pedunculi breviſſimi, craſſi, virides.

Perianthium 1-phyllum, campanulatum, corolla triplo brevius, inferne viride, ſuperne purpureum, 5-fidum: *laciniae* ovatae, concavae, obtuſae.

Corolla 5-petala, purpureo-incarnata. *Petala* inferne unguiculata unguibus breviſſimis; laminae ovatae, obtuſiſſimae, concavae, unguiculares.

Filamenta plurima, ultra 20, calyci inſerta, filiformis, erecta, inaequalia, corolla breviora, alba.

Antherae ovatae, didymae, flavae.

Germen ſuperum eſſe in fundo calycis videbatur.

Styli 5, filiformes, erecti, virides, longitudine fere filamentorum.

Stigmata trifida, reflexa, flava.

Pomum ſubgloboſum, glabrum, magnitudine iuglandis, 5 valve, 5-loculare.

Semina in ſingulo loculamento plura, impoſita.

Cydonia. P. foliis integris, floribus ſolitariis.

Pyrus Cydonia. Linn. ſpec. Plant. p. 687.

Iaponice: Umbats, vulgo Marmeer. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 800.

Colitur hinc inde.

Floret menſe Aprilis.

Fructus non raro a Nautis hinc Bataviam adferuntur, ſatis ſapidi.

TETRAGONIA.

Iaponica. T. foliis ſubcordatis ovatis punctatis, floribus axillaribus ſolitariis.

Iaponice: Tſuru Na i. e. Braſſica ſcandens.

Tota

Tota planta ſucculenta, glabra.

Caulis herbaceus, angulatus, decumbens, ſimplex, pedalis.

Folia alterna, petiolata, ſubcordata, ovata, ſubangulata, acuta, integra, poris tenuiſſimis undique punctata, bipollicaria ſuperioribus ſenſim minoribus.

Petioli breves, ſenſim in folium dilatati.

Flores axillares, pedunculati, ſolitarii.

Pedunculus brevis, ſemilineam longus.

Perianthium 4-partitum, cinereum, perſiſtens.

Drupa 4-gona, 4-cornis, magnitudine piſi.

SPIRAEA.

callosa. S. foliis lanceolatis acutis ſerratis ſubvilloſis, panicula decompoſita ſubfaſtigiata.

Iaponice: Niko, it. Simo Stuke vel Simotski.

Creſcit in inſula Nipon.

Floret Iunio.

Caulis fruticoſus, ramoſus.

Rami et ramuli alterni, ſubteretes, villoſi, purpuraſcentes, erecti.

Folia petiolata, alterna, elliptica, acuta, inaequaliter ſerrata ſerraturis remotis et eglanduloſis; inferiora villoſa imprimis nervis; ſupra viridia, ſubtus glauca, nervoſa, erecta, ſeſquipollicaria.

Petioli lineam longi, ſemiteretes, baſi extus callo utrinque glabro, rubente.

Flores terminales, paniculati, rubri.

Panicula ſupradecompoſita, ſubfaſtigiata.

Pedunculi et pedicelli villoſi.

Differt I. a S. *tomentoſa*: α. foliis villoſis, nec tomentoſis.
β. floribus paniculatis.

II. a S. *ſalicifolia*: a) foliis manifeſte petiolatis, ellipticis, acutioribus, longioribus.

b) ſerraturis foliorum remotis.

c) panicula faſtigiata, nec ſpicata.

d) foliis ſubtus, caule et pedunculis villoſis.

chamaedrifolia. S. foliis ovatis inciſo ſerratis glabris, umbellis pedunculatis.

Spiraea chamaedrifolia. Linn. ſpec. Plant. p. 701.

Iaponice: Kodemarikva, aliis Kotemavari, it. Sulit Kaki.

Kodemarikva. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p 854.

Creſcit inter Miaco et Iedo, locis montoſis; colitur vbique ob copiam niueorum florum.

Floret Aprili, Maio.

Caulis fruticoſus, omnibus partibus glaber.

Rami flexuoſi, teretes, purpurei.

Ramuli filiformes, alterni, ſecundi, floriferi.

Folia petiolata, oblonga, acuta, a medio ad apicem ſerrata, ſerraturis remotis, glabra, ſubtus pallida, rugoſa, vix pollicaria.

Petiolus foliis multo brevior.

Flores in ultimis ramulis paniculati, albi.

Panicula convexa, ſimplex.

Pedunculi capillares, unguiculares.

crenata. S. foliis oblongiuſculis apice ſerratis, umbellis lateralibus.

Spiraea crenata. Linn. ſp. Pl. p. 701.

Iaponice: Niwa Sakura, it. Awajuki.

Niwa Sakira. Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 799.

Creſcit iuxta Nagaſaki et alibi.

Floret Februario.

Caulis fruticoſus, laxus, omnibus partibus glaber.

Rami teretes.

Ramuli

Ramuli filiformes, alterni, brunnei, erecto-patentes, laxi, apice capillares, virgati, pedales, frequentes, interdum iterum ramuloſi.

Folia alterna, petiolata, lanceolata, integra vel apice ſerrata, frequentia, erecta, unguicularia.

Flores in ramulis umbellati, bini vel tres e ſingula gemma.

Umbella ſimplex, ſeſſilis.

Pedunculi capillares, erecti, uniflori, longitudine internodiorum, unguiculares.

Gemmae conſtant foliolis circiter 17, quorum 12 exteriora imbricata, ouata, acuta, purpurea; interiora 5, aequalia, ovata, acuta, viridia, flores plerumque tres includentia.

Perianthium 1-phyllum, purpuraſcenti-vireſcens, campanulatum, 5-partitum: *laciniae* ovatae, obtuſae, virides, corolla triplo breviores, perſiſtentes.

Corolla 5-petala, alba, decidua. *Petala* ovata, emarginata, patentia, lineam longa.

Filamenta 20, calycis lateri interno inſerta, filiformia, alba, calycis longitudine.

Germina 5, oblonga, acuta, ſupera.

Styli 5, filiformes, erecti, filamentis breviores.

Capſulae quinque ſtigmatibus ſimplicibus.

Differt alia Varietas ab hacce, foliis ovatis et latioribus, floribusque plenis, Iaponenſibus Niwa Sakura dicta.

Aruncus. S. foliis ſupradecompoſitis, floribus racemoſis.

Spiraea Aruncus. Linn. ſp. Pl. p. 702.

Creſcit in montibus Fakoniae eiusque regionibus.

Floret Maio, Iunio.

Caulis baſi ſquamoſus, teres, erectus, herbaceus, totus glaber.

Folia alterna, petiolata, ſupradecompoſita ternata,

Foliola breviter petiolata, lateralia minora, ovata, acuminata, duplicato ſerrata, glabra, ſubtus pallidiora, nervoſa, pollicaria et ultra.

Petioli teretes, ſupra ſulcati, vltimi capillares.

Flores terminales, racemoſi, hermaphroditi.

Racemi plurimi, ſparſi, diſtichi, raro compoſiti, digitales et ultra. Racemi in ſpontanea non adeo denſi, ac in culta.

Pedunculi filiformes, villoſi; pedicellis unifloris, breviſſimis.

Perianthium 1-phyllum, ſemiquinquefidum: *laciniae* ovatae, obtuſae.

Petala 5, oblonga, obtuſa, alba.

Filamenta decem, filiformia, corolla longiora, alba.

Germen oblongum, ſuperum.

Styli duo e germine continuati, ſtigmatibus obtuſis.

Flores in meo japonico ſpecimine omnes inveni hermaphroditos, nec ullos polygamos.

palmata. S. foliis palmatis ſerratis, panicula ſupradecompoſita.

Creſcit in inſula Nipon.

Floret Iunio, Iulio.

Caulis herbaceus, ſtriatus, erectus, totus, glaber.

Folia alterna, petiolata, palmata, inciſo-quinqueloba vel ſeptemloba, glabra, ſubtus pallida, venoſo-reticulata, palmaria. *Lobi* oblongi, acuminati, acute et duplicato-ſerrati.

Petiolus ſtriatus, folio quadruplo brevior.

Flores terminales, albi vel rubri, paniculati.

Panicula ſupradecompoſita.

Hanc floribus rubris tetragynam inueni.

Differt

Differt a S. *opulifolia*, cui foliis proxime accedit:

1. foliis 5- vel 7-lobatis.
2. ſerraturis acutis.
3. panicula decompoſita.
4. caule herbaceo.

incisa. S. foliis ovatis inciſo-5-partitis ſerratis, umbellis terminalibus.

Creſcit in Fakona monte eiusque regionibus.

Floret Iunio.

Caulis fruticoſus, erectus, ramoſiſſimus.

Rami et ramuli alterni, filiformes et capillares, flexuoſi, cinerei, glabri, patentes.

Folia petiolata, ovata, acuta, inciſa, ſubquinquepartita, ſerrata, ſubtus pallida, villoſa, patentia, unguicularia.

Petiolus capillaris, folio quadruplo brevior.

Flores in ultimis ramulis umbellati.

Umbella pedunculata, ſimplex.

Pedunculi circiter duodecim, capillares, unguiculares.

Corollae albidae, minutae.

POLYGYNIA.

ROSA.

rugoſa. R. germinibus globoſis glabris, pedunculis caule petiolisque aculeatis, foliis ſubtus tomentoſis.

Iaponice: Ramanas.

Creſcit in Miaco, florens menſe Maio et Iunio.

Caulis fruticoſus.

Rami teretes, ſubtomentoſi, aculeati aculeis maioribus minoribusque, denſiſſimis, patentibus, albis.

Folia pinnata, cum impari, quadriiuga. *Foliola* ovata, obtuſa cum acumine, ſerrata; ſupra viridia, rugoſa; ſubtus tomentoſa, venoſa, rugoſa, pollicaria.

Petiolus tomentoſus, aculeatus aculeis ſparſis, patulis, albis.

Flores ſolitarii.

Pedunculus tomentoſus, aculeatus aculeis tenuiſſimis, frequentibus, patulis, albis.

Calyx intus tomentoſus, extus hirſutus.

Germen globoſum, inerme, glabrum.

Differt facile ab omnibus aliis Roſae ſpeciebus:

α) foliolis obtuſis cum acumine, rugoſis, tomentoſis.

β) ramis maxime aculeato-hiſpidis.

gallica. R. germinibus ovatis caule petiolis pedunculisque hiſpido-aculeatis.

Roſa gallica. Linn. ſp. Pl. p. 704.

Creſcit in Dezima, alibi.

Flores per totam aeſtatem floribus plenis, rubris.

canina. R. germinibus ovatis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis.

Roſa canina. Linn. ſpec. Pl. p. 704.

Iaponice: Fooſen, it. Kinſo Kua, vulgo Ibara, it. Ige et Igino Fanna. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 862.

Creſcit in Dezima alibique.

Floret per totam aeſtatem floribus rubris inodoris et floribus albis odoris, ſimplicibus.

multiflora. R. germinibus ovatis pedunculisque inermibus villoſis, caule petiolisque aculeatis.

Iaponice: No Ige ſiue No Ibara.

Creſcit prope Nagaſaki, in Viſchers Eyland, Papenberg, Koſido.

Caulis

Caulis fruticoſus, erectus, ramoſus.

Rami teretes, purpurei, aculeati, glabri, erecti.

Aculei ſparſi, recurvi.

Folia alterna, petiolata, pinnata. *Foliola* oppoſita, rarius alterna, ſeſſilia, ovata, ſerrata; ſupra viridia, glabra, ſubtus pallida, villoſa.

Petioli villoſi, aculeati aculeis ſparſis, minutis, recurvis.

Flores terminales, paniculati, magnitudine florum Rubi.

Panicula decompoſita, patens.

Pedunculi et pedicelli villoſi, inermes.

Calyx valde hirſutus villo albo, imprimis margine.

Corolla alba.

Germen ovatum, villoſum, inerme.

Differt optime ab omnibus aliis Roſis:

α) floribus paruis paniculatis.

β) pedunculis villoſis.

RUBUS.

triphyllus. R. foliis ternatis ſubtus tomentoſis: foliolis ovatis inciſis dentatis, ramis petiolis pedunculisque villoſis aculeatisque.

Caulis ſuffruticoſus, glaber, aculeatus.

Rami debiles, flexuoſo-erecti, aculeati, villoſi.

Folia petiolata, ternata. *Foliola* obovata, ſubangulata, inciſa, dentata dentibus magnis ſubſetiferis, ſupra glabra, ſubtus tomentoſo-alba.

Petioli et pedunculi villoſi, aculeato hiſpidi.

Flores in ramulis terminales, ſubpaniculati.

Calyces tomentoſi, hiſpidi.

idaeus. R. foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis.
Rubus idaeus. Linn. ſp. Pl. p. 706.
Iaponice: Itſingo.
Caulis, petioli et folia denſo villo tomentoſa.
Caulis erectus et petioli aculeis ſparſis paruis recurvis.
Folia quinata, inermia. *Foliola* oblonga acuta, parallelo-nervoſa, inaequaliter ſerrata, ultimo maiori.

caeſius. R. foliis ternatis ſubnudis: lateralibus bilobis, caule tereti aculeato.
Rubus caeſius. Linn. ſp. Pl. p. 706.
Iaponice: Foo, it. Moo, vulgo Itſingo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 787.
Creſcit in montibus Nagaſaki.
Floret Aprili.
Caulis decumbens, ramis erectiuſculis et ſcandentibus, aculeatus et tuberculatus.
Rami cauli ſimiles, purpurei, apice villoſi.
Folia terna ultimo foliolo maiori, ovata, acuta, ſerrata, villoſa imprimis ſubtus.
Petioli et pedunculi tomentoſi, hiſpidi, aculeati.
Flores e gemma foliorum ſolitarii, pedunculati.
Pedunculi longitudine foliorum.

hiſpidus. R. foliis ternatis nudis, caulibus petiolisque hiſpidis.
Rubus hiſpidus. Linn. ſp. Pl. p. 706.
Iaponice: Kvanſo Itſigo.

occidentalis. R. foliis ternatis ſubtus tomentoſis, caule aculeato, petiolis teretibus.
Rubus occidentalis. Linn. ſp. Pl. p. 706.
Iaponice: Ura Tſuro i. e. pagina inferior alba; etenim *Ura* paginam inferiorem et *tſuro* albam ſignificat.
Creſcit prope Nagaſaki, in Viſchers Eyland, Koſido.
Caulis aculeis frequentibus patulisque uti petioli, nervus dorſalis foliorum, pedunculi et calyx, oblitus

R. fo-

trifidus. R. foliis ſimplicibus inciſo-trifidis glabris, caule inermi.

Japonice: Kara Itjigo, it. Fibara.
Creſcit prope Quana.
Floret Aprili.
Fructus ruber, edulis, grati ſaporis.
Caulis herbaceus, flexuoſo-erectus, teres, ſubſimplex, purpureus, glaber.
Folia petiolata, cordata, ſubrotunda, trifida, utrinque glabra, ſere palmaria: *lobi* inciſi, inaequaliter ſerrati.
Flores e gemma cum foliis, pedunculati, ſolitarii, pedunculo ſimplici, rarius bifido.
Petioli et pedunculi villoſi, digitales.
Calyx, albo-tomentoſus.

palmatus. R. foliis cordatis palmato-trilobis glabris, caule petiolisque aculeatis.

Japonice: Ki Itſigo. Kaempf. Amoen. exot. Faſc. V. p. 787.
Creſcit inter Miaco et Quana locis monticuloſis.
Floret Aprili.
Fructus lutei, edules, ſapidi.
Caulis fruteſcens, erectus, bipedalis vel tripedalis.
Rami teretes, purpurei, flexuoſi, aculeati aculeis frequentibus, patulis.
Folia e gemmis plura, petiolata, cordata, oblonga, palmato-trifida vel quinquefida, utrinque glabra, venoſa venis villoſis, patentia, pollicaria vel ultra. *Lobi* tres, ſaepius ſimplices, rarius iterum in tres diuiſi, lanceolati, acuminati, acute et inaequaliter ſerrati, intermedio longiori.
Petioli capillares, aculeati aculeis recurvis, longitudine foliorum, inaequales.
Flores e gemmis inter folia pedunculati, ſolitarii.
Calyx villoſus, laciniis lanceolatis.
Corolla maiuſcula, calyce duplo longior, alba, unguicularis.

inciſus. R. foliis ſimplicibus cordatis inciſis glabris, caule erecto aculeato.

Caulis fruteſcens, erectiuſculus, glaber, purpureus, aculeatus aculeis ſparſis, patentibus.
Rami cauli ſimiles, aculeis frequentibus.
Folia e gemma plura, petiolata, cordata, ovata, rotundata, raro acuta, inciſa, ſublobata, ſerrata, nervoſa nervis elevatis, utrinque glabra, inermia, pollicaria.
Petioli glabri, recurvato-aculeati, patentes, longitudine foliorum.
Pedunculi capillares, inermes et aculeati, glabri, longitudine petiolorum.
Flores axillares, pedunculati, ſolitarii.
Calyx extus glaber, intus albo-tomentoſus.
Differt a R. *moluccano*: caule erecto foliisque glabris.
a. R. *villoſo*: 1. foliis glabris inermibus, obtuſis, inciſis.
2. pedunculis petiolisque longioribus.

villoſus. R. foliis ſimplicibus cordatis acutis aculeatis, caule erecto petiolisque aculeatis.
Japonice: Umba Itſigo.
Creſcit inter Miaco et Iedo.
Floret Aprili.
Caulis fruticoſus, erectus, tomentoſus, aculeatus aculeis ſparſis, patenti-recurvis.
Folia petiolata, ſimplicia, cordata, ovata, acuta; ſublobata, ſerrata, villoſa, venoſa, nervo dorſali aculeata, pollicaria.
Petiolus recurvato-aculeatus, folio breuior.
Flores axillares, ſolitarii, pedunculati.
Pedunculus capillaris, tomentoſus, inermis, unguicularis.
Ante explicationem folia pulchre plicata.
Differt I. a R. *hiſpido*: α. foliis ſimplicibus, nec ternatis.
β. foliis piloſis.
II. a R. *moluccano*: a. foliis oblongo-ovatis, acutis.
b. caule fruticoſo, erecto.

R. fo-

moluc-canus. R. foliis ſimplicibus cordatis lobatis, caule aculeato decumbente.
Rubus moluccanus. Linn. ſpec. Plant. p. 707.
Iaponice: Tſuru Itſigo.
Creſcit prope Nagaſaki in circumiacentibus montibus et collibus; etiam inveni in Iavae et Ceilonae ſylvis.
Floret Septembri.
Caulis fruteſcens, decumbens vel ſcandens inter arbuſta.
Rami erecti, hirſuti, aculeati aculeis minutis, recurvis.
Folia alterna, petiolata, cordata, obtuſa, lobata vel ſublobata, ſerrata, ſupra glabra, rugoſa; ſubtus venoſa, cinereo-tomentoſa.
Petioli tomentoſi, aculeati, longitudine folii.
Flores ſparſi in axillis, et terminales, ſolitarii et racemoſi.
Pedunculi tomentoſi, aculeati, unguiculares.
Calyx extus tomentoſus.
Corolla vix calice longior.

FRAGARIA.

ſterilis. F. caule decumbente repente.
Fragaria ſterilis. Linn. ſp. Pl. p. 709.
Iaponice: Kuanſo Itſigo. Kaempf. Am. ex. Faſcic. V. p. 788.
Creſcit in inſula Nipon.

POTENTILLA.

verna. P. foliis radicalibus quinatis acute ſerratis retuſis, caulinis ternatis, caule declinato.
Potentilla verna. Linn. ſpec. Pl. p. 713.
Creſcit in montibus Fakoniae et alibi.
Floret Aprili, Maio.

grandi-flora. P. foliis ternatis dentatis utrinque ſubpiloſis, caule decumbente foliis longiore.
Potentilla grandiflora. Linn. ſp. Pl. p. 715.
Iaponice: Itſigo Guſa, Kawara Saiko, Hebi Itſigo et Kutsnawa Itſigo.

Kutſnawa Itſigo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 787.
Creſcit iuxta margines viarum et alibi vulgaris.
Floret Martio, Aprili.

G E U M.

Iaponicum. G. floribus erectis, fructibus hirſutis, ariſtis nudis, foliis ſubtrilobis.

Caulis teres, flexuoſus, erectus, hirſutus, pedalis et ultra, apice parum et rarius ramoſus.

Rami alterni, breviſſimi, ſubtomentoſi.

Folia alterna, petiolata, ſubrotunda, triloba vel ſubquinqueloba, dentata, villoſa, mollia, pollicaria.

Petiolus tomentoſus, folio paullo brevior.

Stipulae binae, foliaceae, ovatae, inciſo-dentatae, petiolo breviores.

Flores terminales in caule et ramis, ſolitarii.

Calyx 10-fidus, laciniis alternis minoribus.

Petala longitudine calycis.

Semina ovata, pilis griſeis hirta, ariſtata.

Ariſtae ſubulatae, uncinatae, reflexae, glabrae.

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

ACTAEA.

Iaponica. A. ſpicis longiſſimis, foliolis inciſis palmatis indiuiſis.

Planta herbacea, tota glabra.

Folia petiolata, ternata. *Foliola* petiolata, ſimplicia, cordata, inciſa, 5-loba vel 7-loba lobis inciſis, ſerrata, ſubtus pallida, palmam lata et longa.

Petiolus et petioluli ſtriati, foliolis longiores.

Flores ſpicati.

Spica longiſſima, palmaris usque ſpithamaea.

Calyx et corolla caducae.

Germen oblongum, glabrum.

Stylus nullus.

Differt ab A. racemoſa:

1. foliolis indiviſis, nec pinnatis.
2. foliolis cordatis, aeque latis ac longis, nec oblongis.
3. petiolulis foliolis longioribus.
4. floribus ſeſſilibus.

CHELIDONIUM.

Iaponicum. C. pedunculis unifloris, foliis petiolatis pinnatis ovatis.

Iaponice · Iamma Buki So, it. Siſiagi.

Caulis herbaceus, ſtriatus, glaber, debilis, erectus.

Folia alterna, petiolata, pinnata cum impari.

Folio-

Foliola terna vel quina, oppoſita, breviſſime pedunculata, ovato-oblonga, acuta, inciſa, inaequaliter ſerrata ſerraturis acutis ciliatis, glabra, ſubtus pallida, pollicaria et ſeſquipollicaria, pinna ultima ſemper maiori.

Petiolus cauli ſimilis, digitalis.

Flores axillares, ſolitarii, pedunculati.

Pedunculus uniflorus, capillaris, longitudine fere foliorum.

Calyx 2-phyllus, glaber.

Corolla calyce paullo longior, lutea.

Stamina numeroſa, corolla quadruplo breviora.

PAPAVER.

Rhoeas. P. capſulis glabris globoſis, caule piloſo multifloro, foliis pinnatifidis inciſis.

Papaver Rhoeas. Linn. ſp. Plant. p. 726.

Iaponice: Reiſjun, vulgo Bidſinſoo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 910.

Creſcit iuxta Iedo et alibi, ſaepe culta in vaſis.

Floret Maio, Iunio.

ſomniferum. P. calycibus capſulisque glabris, foliis amplexicaulibus inciſis.

Papaver ſomniferum. Linn. ſp. Pl. p. 726.

Iaponice: Ieiſoku, vulgo Kes. Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 835.

Creſcit cultum vulgare.

Floret Maio, Iunio.

Nym-

NYMPHAEA.

lutea. N. foliis cordatis integris, calyce petalis maiore pentaphyllo.

Nymphaea lutea. Linn. ſp. Pl. p. 729.

Iaponice: Feiſo, vulgo Kawa bone. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 880.

Creſcit in aquis hinc inde.

Floret Iunio, iulio.

Nelumbo. N. foliis peltatis integris.

Nymphaea Nelumbo. Linn. ſp. Pl. p 730.

Iaponice: Ren, it. Fatſis. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 880.

Creſcit in aquis paſſim.

Folia exacte peltata cum ſcrobiculo centrali ſupra, venis e centro dichotomis exeuntibus, orbiculata, utrinque acumine notata, parum undulata, integerrima; tenuia, ſubtus pallidiora, glabra, natantia, diuerſa pro aetate magnitudine, palmaria usque pedalia.

Petiolus longus, inferne craſſior, ſuperne attenuatus, muricatus, glaber.

Pedunculus inferne digitum craſſus, ſuperne attenuatus, ſpongioſus, glaber, muricatus, uniflorus.

Flos maximus magnitudine volae manus et ultra, coeruleo-purpureus.

Differt a N. Loto: α. foliis integris, tenuibus.

β. petiolo et pedunculo ſcabris.

Paganis ſacra eſt planta, cuius floribus Fanorum aras exornant; eidem inſidentes Deos pingunt et pios morientium animos coelum petere docent

Caules praelongi edules inter olera alia recipiuntur.

TILIA.

europaea. T. floribus nectario deſtitutis.
Tilia europaea. Linn. ſp. Pl. p. 733.
Iaponice: Badaiſin.
Creſcit iuxta Iedo.

CLEYERA.

Iaponica. Cleyera.
Iaponice: Mokokf vel Mukokf. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 873. fig. p. 774.
Creſcit prope Nagaſaki.
Floret menſibus autumnalibus.
Caulis arboreus, ramuloſus, omni parte glaber.
Rami et ramuli ſubverticillati, terni, quaterni vel quini, cinerei, rugoſi, ſecundi, erecti.
Folia in ultimorum ramulorum ultimo apice ſubverticillata, quaterna, quina vel ſena, inaequalia, petiolata, oblongo-ovata, obtuſa, apice tenuiſſime ſerrata, craſſa, ſempervirentia, ſupra laete viridia, ſubtus pallidiora, plana, ſeſquipollicaria.
Petioli ſemiteretes, ſupra ſulcati, rubri, lineam longi.
Flores axillares, unus, duo vel tres, pedunculati.
Pedunculi cernui, uniflori, ſemipollicares.
Differt a Vateria indica, cui ſimilis videtur:

1. Capſula laeui, biloculari, et minori.
2. foliis longe minoribus et obtuſioribus.
3. floribus axillaribus in pedunculis unifloris.

LAGERSTROEMIA.

indica. Lagerſtroemia. Linn. ſpec. Pl. p. 734.
Iaponice: Sibi, vulgo Fakudſitkva, it. Fakuſinda et Fakuſits. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 855.

Creſcit

Creſcit hinc inde iuxta Nagaſaki et alibi, rarior.

Floret Septembri.

Caulis arboreus, orgyalis et ultra, totus omni parte glaber.

Rami alterni, ſubangulati, flexuoſi, rigidi, patentes.

Ramuli tetragoni, ramis ſimiles.

Folia alterna, ſubſeſſilia, ramulorum ovata, ramorum oblonga, obtuſa, integra, nervoſa, rigidula, ſemipollicaria et pollicaria.

Flores paniculati, in ramulis terminales.

Panicula decompoſita, trichotoma, nuda, patens.

Siccatione folia et flores facile decidunt.

Perianthium 1-phyllum, inflatum, hexagonum, vireſcens, 5-partitum: *laciniae* ovatae, erectae.

Corolla 6-petala, purpurea. *Ungues* inter lacinias calycis inſerti, filiformes, unguiculares; *laminae* ovatae, totae criſpae, ſemiunguiculares.

Filamenta plurima, calycis baſi inſerta, capillaria, incarnata, longitudine unguium, quorum aliquot piſtillo ſimilia, craſſiora et longiora.

Antherae rotundae, minutae, flavae.

Germen ſuperum, ovatum, album.

Stylus unicus, filiformis, purpureus, ſtaminibus longior.

Stigma obtuſum.

Capſula ovata ſeminibus plurimis.

T H E A.

bohea. T. floribus hexapetalis.

Thea bohea. Linn. ſp. Pl. p. 734.

Iaponice: Tſia, Ta, Teh et Sa.

Ta, it. Sa, vulgo Sinenſibus Teh, Iaponenſibus Tſia. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 817.

P *Creſcit*

Creſcit ubique ſponte et culta in marginibus agrorum.

Floret Septembri, Octobri; etiam Ianuario, Februario.

Caulis fruticoſus et arboreſcens, orgyalis, rarius ultra, omnibus ſuis partibus glaber et ſempervirens.

Folia alterna, petiolata, oblongo ovata, obtuſa, emarginata, baſi integra, inde ſerrata, ſubcanaliculata, parallelo-nervoſa, erecta apice reflexo, craſſiuſcula, ſupra ſaturate viridia, ſubtus pallidiora, interſtitiis longiora, bipollicaria.

Petioli ſemiteretes, gibbi, lineam longi.

Flores in ultimis ramulis axillares, pedunculati, ſolitarii vel ſaepius bini.

Pedunculi incraſſati, articulati, cernui, uniflori, petiolis duplo longiores.

Perianthium 5-phyllum, viride, perſiſtens, corolla multo brevius: *foliola* ovata, obtuſa, concava.

Petala ſex, alba, ovata, obtuſiſſima, concava, inaequalia: tria inferiora minora; ſuperiora tria maiora, unguicularia.

Filamenta plurima, receptaculo inſerta, capillaria, erecta, alba, corolla paullo breviora exterioribus brevioribus.

Antherae rotundae, didymae.

Germen ſuperum, conicum, ſubſquamoſum.

Stylus unicus, filiformis, erectus, breviſſimus.

Stigmata tria, filiformia, erecta, viridia, longitudine filamentorum.

Capſula tricocca, ſaepe ſterilis vel tota, vel alterutro loculamentorum.

Duplex quidem occurrit huius varietas:

I. foliis minoribus, planis, ſaturatius viridibus, ſerraturis rectis.

II. foliis maioribus, undulatis, laetius viridibus, ſerraturis ſinuatis.

Vix

Vix tamen in ſpecies diſtingui poſſunt diverſas.

Differt a Camellia Saſangua, cui valde ſimilis:

α) petalis minoribus, nec ſub apice carinatis.

β) foliis craſſioribus, recurvis.

γ) floribus axillaribus, binis.

Hiſtoria Theae videatur in Kaempferi Am. ex. Faſc. III. p. 605. ſeqq. Triennis frutex lectionem primam patitur foliorum, quae tum et praeſtantiſſima et copioſa exhibet. Septennis amputandus eſt, ut ſtolones e radice conſurgant noui et copioſi. Folia ſigillatim capienda, non carptim rapienda ſunt, quorum decem circiter Catti per diem ab illo legi poſſunt, qui a teneris in labore verſatus eſt. Triplici vice plerumque collectio foliorum peragitur. I. Menſe Martio, dum folia tenella et vix integre explicata per duos vel tres dies fuerunt. Haec pretioſiſſima ſunt et Theae Caeſareae vel florum theae nomine veneunt. II. Menſe Aprili, dum folia explicata cum aliis ſemiexplicatis colliguntur et in claſſes ſeliguntur. III. Vberrima collectio ſit menſe Maio, foliorum in tres claſſes diuidendorum. Folia decerpta torrentur ſupra laminam ferream et toſta, dum feruent, voluuntur volis manuum ſupra ſtoream, donec criſpa reddantur. Thea toſta et frigefacta recondenda et ab aere caute munienda erit. Vel attrita vel infuſa vel decocta Thea uſurpatur interne et quandoque pro telis ſericeis badio colore imbuendis. Vim folia habent inebriandi et ſpiritus animales turbandi recentia, exhilarandi autem adultiora; obſtructiones viſcerum reſerant, ſanguinem defoecant et tartaream calculi materiam eluunt.

CORCHORVS.

Iaponicus. C. capſulis rotundis glabris, foliis duplicato-ſerratis.

Iaponice: α) Teito, vulgo Iamma Buki, it. Iamma Buki So. Kaempf. Am. ex. Faſcic. V. p. 844. flore ſimplici.

β) Iamma Buki alter. Kaempf. ibid. p. 845. flore pleno.

Creſcit iuxta Nagaſaki alibique ſponte et culta ubique ob elegantiam florum.

Floret Februario et ſequentibus menſibus.

Caulis fruteſcens, bipedalis et ultra, glaber.

Rami alterni, angulati, patulo-erecti, virgati, glabri.

Folia e gemmis alternis plura petiolata, ſubcordata, ovata, acuminata; inciſo-ſerrata ſerraturis ſerratis, acutis, omnibus ſubſetaceis; nervoſa, villoſa imprimis nervis ſubtus, ſemipollicaria usque ſeſquipollicaria.

Petiolus lineam longus.

Flores in ramulis terminales, ſolitarii, breviter pedunculati.

Corolla flava vel aurantiaca.

Differt optime ab omnibus aliis C. ſpeciebus: foliis dupliciter ſerratis, ſerraturis omnibus iterum anguſtiſſimis et ſubſetaceo-ſerratis.

hirtus. C. capſulis oblongis cauleque piloſis, foliis oblongis ſerraturis aequalibus.

Corchorus hirtus. Linn. ſpec. Pl. p. 747.

Iaponice: Keaki, it. Moku Ieno Ki.

Creſcit hinc inde, prope Nagaſaki, in Fakona; alibi.

tomentoſus. C. capſulis oblongis lanatis, foliis tomentoſis.

Corchorus hirſutus. Linn. ſp. Pl. p. 747.

Creſcit in montibus Koſido et prope Nagaſaki.

Floret Septembri, Octobri.

Caulis fruteſcens, teres, erectus, ramoſus, purpureus, glaber, bipedalis et ultra, ramoſiſſimus.

Rami alterni, inferne purpurei et glabri, ſuperne tomentoſi, erecti, virgati.

Ramuli

Ramuli filiformes, patentiſſimi, tomentoſi.

Folia alterna, petiolata, ovata, obtuſa, aequaliter et obtuſe ſerrata, nervoſa, utrinque tomentoſa, patentia, unguicularia.

Petiolus breviſſimus, tomentoſus, uti etiam calyx.

Flores axillares et terminales, ſubſolitarii.

Corolla aurantiaca.

Capſula cylindrica, lanata.

Foliis tomentoſis a ceteris ſpeciebus diſtinctiſſimus eſt.

MIMOSA.

arborea. M. inermis, arborea foliis bipinnatis: pinnis dimidiatis acutis.

Mimoſa arborea. Linn. ſpec. Pl. p. 1503.

Iaponice: Gookvaribock, Kokvan et Gokvan, vulgo Nemu no Ki, Neburi no Ki et Nemuri.

Koquan ſeu Gokvan, vulgo Nemu no Ki et Neburi no Ki. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 840.

Creſcit in Koſido, iuxta Nagaſaki, alibi.

Floret Iunio, Iulio.

Flores umbellati ſeu in apicibus pedunculi aggregati, ſeſſiles.

Pedunculi uniuerſalis et partiales angulati.

Legumen lineare, marginatum, compreſſum, obtuſum.

CYCAS.

revoluta. C. frondibus pinnatis: foliolis margine revoluto.

Iaponice: Teſſio, vulgo Sotits et Sodets. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 897.

Hollandis heic hoſpitantibus et Interpretibus japonicis communiter Eiſerboom dicitur.

Tetſjoe. Rumph. Herb. Amb. Tom. I. p. 70. tab. 24.

Creſcit et ſponte et ſaepe culta prope domos.

Caudex teres, ramoſus, orgyalis et ultra, craſſitie femoris, a caſu foliorum ferrugineo-hirſutus.

Folia omnia pinnata ſtipite inferne ſpinoſo. *Foliola* ſuboppoſita, linearia, verſus interiora ſubfalcata, ſpina ſimplici terminata, integra margine revoluto lineaque media elevata, glabra, duas lineas lata, erecto patentia, infimis ſupremisque brevioribus.

Drupa ovata, compreſſa, rubra, ſeſquipollicaris.

Drupae comeduntur a Iaponenſibus; medulla autem caudicis, ſupra modum nutriens, inprimis magni aeſtimatur: aſſeverant enim, quod tempore belli fruſtulo paruo vitam diu protrahere poſſint milites; ideoque ne commodo eodem fruatur hoſtis extraneus, ſub capitis poena vetitum eſt, Palmam e regno japonico educere.

D I G Y N I A.

POTERIUM.

Sangui-ſorba. P. inerme caulibus ſubangulatis.

Poterium Sanguiſorba. Linn. ſpec. Plant. p. 1411.

Creſcit iuxta urbem Nagaſaki.

Floret Octobri.

PAEONIA.

officinalis. P. foliolis oblongis.

Paeonia officinalis. Linn. ſp. Pl. p 747.

Iaponice: Saku Iaku, it. Botan. Kaempf. Amoen. exot. Faſc. V. p. 862.

Creſcit in omni fere horto, culta.

TRI-

TRIGYNIA.

ACONITUM.

Iaponicum. A. foliis trifido palmatis: laciniis inciſis obtuſis.

Iaponice: Soo Huſo.

Caulis teres, glaber, herbaceus.

Folia petiolata, palmato-trifida: *lobi* laterales bifidi, medius trifidus, omnes obtuſi, inciſo dentati dentibus rotundatis cum acumine.

Florum racemus brevis.

Differt ab A. Lycoctono:

1. foliis tantum profunde trifidis.

2. laciniis inciſis, obtuſis, rotundato-dentatis.

Napellus. A. foliorum laciniis linearibus ſuperne latioribus linea exaratis.

Aconitum Napellus. Linn. ſp. Pl. p. 751.

Siccatum tantum vidi hoc in herbario quodam, in urbe Nagaſaki.

BEGONIA.

obliqua. B. foliis inaequaliter denticulatis.

Begonia obliqua. Linn. ſpec. Pl. p. 1497. Supplem. Syſt. p. 420.

Iaponice: Sjukaido. Kaempf. Amoen. exot. Faſc. V. p. 888.

Creſcit iuxta Nagaſaki alibique.

Floret Auguſto, Septembri.

Radix carnoſa, ſubgloboſa, fibroſa, magnitudine nucis.

Caulis teres, ſimplex, carnoſus, calami craſſitie, viridis, glaber articulis rubentibus, punctatus, bipedalis, laxus, erectus. Raro ex axillis ramulus paruus.

Folia alterna, petiolata, ovata, cordata, latere altero breviora, acuta, duplicato-ſerrata, nervoſa, aculeis parvis aſpera, glabra, ſubtus pallida, palmaria.
Petiolus teres, cauli ſimilis, digitalis.
Flores terminales, paniculati panicula dichotoma, dioici.
Pedunculi teretes, rubri, glabri, diviſi, unguiculares.
Pedicelli ſubtriflori, item diviſi in tres pedicellos.
Perianthium nullum; ſed
Bracteae ſub pedunculis et pedicellis duae, oppoſitae, ovatae, obtuſae, concavae, integrae, purpureae, glabrae, flore paullo breviores.
Corolla 4-petala, glabra, purpurea, ante floreſcentiam cordata, compreſſa; florens patens, inaequalis. *Petala* duo exteriora, cordata, ſubrotunda, unguicularia; interiora ſimilia, ſed quadruplo minora.
Filamenta plurima, ultra 50, baſi in unum corpus connata, apice libera, alba, corolla breuiora.
Antherae rotundae, didymae, flavae.

PENTAGYNIA.

AQUILEGIA.

vulgaris. A. nectariis incurvis.
Aquilegia vulgaris. Linn. ſp. Pl. p. 752.
Iaponice: Onamaki.
Creſcit in regionibus Iedo.
Floret Maio.

POLYGYNIA.

ZOSTERA.

marina. Z. pericarpiis ſeſſilibus.
Zoſtera marina. Linn. ſyſt. Nat. Tom. 2. p 691.
Creſcit in aquis ſalſis hinc inde prope Nagaſaki et alibi.

ARUM.

ARUM.

Dracunculus. A. acaule foliis pedatis, receptaculo ſpatha breviore.

Arum Dracunculus. Linn. ſp. Pl. p. 1367.

Iaponice: Konjakv, it. Kuſako, vulgo Konjaku et Konjakudama, Iamma Konjakf it. Tennanſjo.

Konjakv, it. Kuſako, vulgo Konjaku et Konjakfdama. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 786.

Creſcit in ſyluulis inſulae Nipon et aliarum inſularum.

Floret Aprili, Maio.

Dracontium. A. acaule foliis pedatis, receptaculo ſpatha longiore.

Arum Dracontium. Linn. ſp. Pl. p. 1368.

Iaponice: Konjaku, it. Kuſako, vulgo, etiam Konjakf et Konjakfdama. Kaempf. Amoen. ex. Faſc. V. p. 786.

Creſcit in montibus inter arbores, in regionibus montium Fuſi, Fakoniae et alibi.

Floret Aprili.

Radices huius et praecedentis acres et purgantes, ut emmenagoga fortiſſima adhibentur.

triphyllum. A. acule foliis ternatis, receptaculo ſpatha breviore.

Arum triphyllum. Linn. ſp. Pl. p. 1368.

Iaponice: Nanſoo, Kareſ no Fiſiaku, it. Iab Ten Nanſjo, vulgo Iamma Konjakf et Oſomi.

Nanſoo, vulgo Iamma Konjakf, it. Oſomi, medicis Ten Nanſjo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 786.

Creſcit iuxta Iedo, Nagaſaki, alibi.

Floret Aprili, Maio, Iunio.

ternatum. A. acaule foliis ternatis, receptaculo ſpatha longiore.

Iaponice: Fanke So, it. Kras no Fiſiaku.

Creſcit iuxta Iedo, Nagaſaki.

Floret Maio, Iunio.

triloba-tum. A. acaule foliis ſagittato-trilobis, flore ſeſſili.

Arum trilobatum. Linn. ſp. Pl. p. 1369.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

eſculen-tum. A. acaule foliis peltatis ovatis integris baſi ſemibifidis.

Arum eſculentum. Linn. ſp. Pl. p. 1369.

Iaponice: U, vulgo Imo, et Satoimo, i. e. Imo pagorum; Sato pagum ſignificat. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 828.

Creſcit iuxta villarum foſſas, etiam ſaepe culta.

Radix uti et caulis edules in iuſculis conciſae adhibentur.

DRACONTIVM.

poly-phyllum. D. ſcapo breviſſimo, petiolo radicato lacero, foliolis tripartitis: laciniis pinnatifidis.

Dracontium polyphyllum. Linn. ſp. Pl. p. 1372.

Iaponice: Konjakv.

Ex radice huius acri et pellenti, remedium illud egregium, Konjakf dictum praeparatur, quo tamen, ut ſummo emmenagogo abutuntur Iaponenſes.

HOUTUYNIA.

cordata. Houtuynia. vid. Tab. 26.

Iaponice: Doku Dami vulgo, it. Sjunjak.

Creſcit inter Miaco et Iedo ubique in foſſis viarum et iuxta villas vulgatiſſima.

Floret Maio, Iunio.

Radix annua, fibroſa.

Caulis



HOUTUYNIA cordata.

C. F. Hornſtedt del.

Caulis ſimplex, herbaceus, ſulcatus, flexuoſus, erectus, palmaris, ſpithamaeus et pedalis, omnibus partibus glaber.

Folia alterna, petiolata, cordata, cuſpidata, integra, ſubtus pallidiora.

Petioli ſtriati, baſi ſtipulati, folio breviores.

Stipulae binae, petiolo baſi adnatae, oblongae, obtuſae, apice membranaceae, petiolo dimidio breviores.

Flores e vagina petioli ſolitarii, pedunculati.

Pedunculus longitudine petioli.

Difficile determinatur in hoc genere numerus ſtaminum, cum nullus calyx, corolla vel ſquamae germina diſtinguant. Referri tamen debet ad Polyandriam; cum ſtamina in receptaculo elongato, inter germina plurima, ſparſa ſint.

ILLICIUM.

aniſatum. I. floribus flaveſcentibus.

Illicium aniſatum. Linn. ſpec. Pl. p. 664. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 422.

Iaponice: Somo, vulgo Skimmi, Fanna Skimmi et Fanna Skiba. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 880. ſeqq. fig. p. 881.

Creſcit hinc inde in Inſula Nipon, iuxta Nagaſaki alibique.

Floret Aprili.

Caulis arboreus, orgyalis et ultra, omnibus partibus glaber.

Rami trichotomi, rugoſo angulati, patulo erecti.

Folia petiolata, aggregata, terna vel quaterna; elliptica, iuxta apicem latiora, acuminata, integerrima, ſempervirentia, ſubtus pallidiora, ſaepe reflexa, bipollicaria.

Petio-

Petiolus ſemiunguicularis, canaliculatus in folium ſenſim dilatatus.

Flores axillares, pedunculati, ſolitarii.

An hoc et floridanum ſpecie ſatis diſtincta ſint, determinare non audeo; videntur tamen merae eſſe varietates.

Capſulas heic non eo gradu, ſapore aromatico impraegnatas inveni, atque illas, quae a China, etiam in Iaponiam venales adferuntur.

Uſus: I. Praeſentia huius arboiis delectari Deos, docent ſacerdotes Chinae et Iaponiae, ideoque a ramulis ſerta et faſciculos ante idola exponunt eademque ſepulcris impoſita piis manibus litant.

II. Pulvis corticis in altaribus ex vaſis aeneis gliſcens, pergrato ſuffitu idola reficere creditur.

III. Ramulus huius decoctioni piſcis venenoſi Tetraodontis hiſpidi additus, venenum multis gradibus exaſperare creditur.

IV. Cortex in puluerem redactus excubitoribus publicis ſervit pro fomite, quo canaliculis cineri impreſſis inſperſo et ad certum ſpatium lenta ſcintillatione depaſto tempus diuidunt et publico campanarum pulſu horas indicant. Chronometrum hocce, in pedali ciſta includitur, cuius breuitatem compenſant plurimi canalicularum anfractus. Incenſus fomes, ne impariter gliſcat, aër clauſa capſula arcetur, relicto foramine, per quod fumus tranſeat.

MAGNOLIA.

glauca. M. foliis ovato-oblongis ſubtus glaucis.

Magnolia glauca. Linn. ſp. Pl. p. 755.

Duplex occurrit varietas, ſcilicet:

α) flore albo.

β) flore magno, atropurpureo.

Iapo-

Iaponice: α) Sini et Konfuſi, vulgo Kobus, aliis Side Kobuſi et Mitsmata
Sini et Konfuſi, vulgo Kobus, aliis Side Kobuſi. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 845.
β) Mokwuren et Fo no Ki.
Mokwuren. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 845.
Creſcit in inſula Nipon, in regionibus Arai, ſaepe in hortis et ollis culta, ob elegantiam florum ſpecioſorum.
Floret Martio, Aprili.
Folia adulta valde grandia evadunt, obovato-oblonga; ſubtus glauca, reticulata et villoſa.

UVARIA.

Iaponica. U. foliis ſerratis.
Uvaria japonica. Linn ſp. Pl. p. 756.
Iaponice: Kenkoo, Futó Kadſura vulgo Sane Kadſura, aliis Oreni Kadſura. Kaempf. Am. ex. Faſc. II. p. 476. et Fig. p. 477. item Faſcic. V. p. 785. Eiusd. Hiſtor. Iapon. p. 458 fig. ibid.
Creſcit circum Nagaſaki et alibi.
Floret Septembri.
Caulis fruteſcens, volubilis, et decumbens, cicatricibus tuberculatus, apice nutans, nudus, ruſeſcens.
Rami alterni, cauli ſimiles, ſubnudi, nutantes, ramuloſi.
Ramuli breves, folioſi, ramis ſimiles, bipollicares.
Folia ſparſa, petiolata, ovata, acuminata, a medio ad apicem dentata, tenuiſſime nervoſa, craſſiuſcula, glabra, ſubtus pallidiora, bipollicaria.
Petioli ſemiteretes, ruſeſcentes, ſemiunguiculares.
Flores monoici, ſparſi, pedunculati, axillares, ſolitarii, cernui.
Pedunculus filiformis, compreſſus, glaber, bracteis aliquot minutis, curvus, uniflorus, pollicaris.
Perianthium triphyllum.
Corolla 6-petala, ſubgloboſa, alba. *Petala* imbricata, ovata, obtuſa, integra margine tenuiori.

Rece-

Receptaculum cum germinibus ſubgloboſum, ſtriatum, purpureum, magnitudine piſi mediocris, calyce corollaque incluſum.

Filamenta duo inter ſingulam aperturam inter germina, breviſſima.

Antherae exſertae, didymae, perſiſtentes, emarcidae, albae.

Germina plurima, glabra, increſcentia, rubra.

Baccae plurimae, in receptaculo ſeſſiles, ovatae, glabrae, inaequales, aggregatae, ſucculentae, rubrae, uniloculares, magnitudine piſi.

Semina bina, reniformia, alba.

Uſus. I. Caules decorticati aquae imponuntur, vt inde extrahatur mucilago, quae cryſtallino-pellucida et caulem circumſtans pro crinibus glabrandis et lubricandis a feminis japonicis adhibetur.

II. Mucilago huius foliorum et caulium confectionem chartae japonicae etiam ingreditur.

ANEMONE.

cernua. A. pedunculo involucrato, foliis pinnatis, flore cernuo.

Iaponice: Ollina Guſa,

Creſcit iuxta Iedo.

Defloruit Maio, vernalis planta.

Scapus tomentoſus, medio involucratus, uniflorus, apice geniculatus.

Folia radicalia petiolata, pinnata, digitalia.

Pinnae oppoſitae; profunde inciſae: pinnulae alternae; ſubſerratae, acutae, villoſae imprimis ſubtus.

Differt ab A. vernali: α) flore cernuo.

β) foliorum pinnis pluribus, magis inciſis.

ATRAGENE.

Iaponica. A. erecta foliis oppoſitis triternatis: foliolis ovatis inciſis.

Caulis erectus, ſtriato-angulatus, ſubdichotomus, villoſus, bipedalis.

Folia petiolata, oppoſita, triternata, patentia.

Foliola ovata, acuta, inciſa, dentata, tenuiſſime villoſa, ſubtus pallida, pollicaria.

Petiolus baſi planus, amplexicaulis, ſemipollicaris.

Flores e dichotomiis pauci, pedunculati.

Pedunculi filiformes, elongati, uniflori.

Petala plurima, ultra viginti, ſubaequalia vel interiora paullo breviora, ovata, obtuſiuſcula, intus purpurea, extus albo-tomentoſa.

Facies omnino Anemones, ſed petala plurima huc referre iubent.

Diſtinguuntur ſpecies Atragenes, hoc modo:

I. *Ceilanica*: ſcandens foliis coniugatis indiviſis.

II. *Alpina*: ſcandens foliis triternatis.

III. *Iaponica*: erecta foliis oppoſitis triternatis: foliis ovatis inciſis.

IV. *Capenſis*: erecta foliis alternis ternato-ſupradecompoſitis: foliolis cuneatis inciſis dentatis.

V. *tenuis*: erecta foliis ternato-ſupradecompoſitis: foliolis lineari filiformibus.

CLEMATIS.

criſpa. C. foliis ſimplicibus ternatisque: foliolis integris trilobisve.

Clematis criſpa. Linn. ſp. Pl. p. 765.

Iaponice: Ikari So.

Creſcit prope Nagaſaki.

Floret Auguſto.

Caulis ſtriatus, flexuoſus, ſcandens, totus glaber.

Folia alia ternata, alia ſimplicia, quinquenervia, petiolata, ovata, acuta, integra, glabra.

Flores paniculati panicula compoſita, trichotoma.

C. fo-

virginica. C. foliis ternatis: foliolis cordatis ſublobato-angulatis ſcandentibus, floribus dioicis.
Clematis virginiana. Linn. ſp. Pl. p. 766.
Iaponice: Futs Kuſa, Senninſo et Iakobone.
Senninjo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 885.

Iaponica. C. foliis ternatis: foliolis elliptico ovatis ſerratis, floribus cylindricis.
Iaponice: Kara Tade, vel Taka Tade, Kaſaguruma et Senninſio.
Creſcit prope Nagaſaki et alibi.
Floret Auguſto, Septembri.
Caulis filiformis, ſcandens, ſtriatus, purpureus, villoſus.
Folia e geniculis plura, petiolata, ternata.
Foliola breviter petiolata, elliptico-oblonga, acuminata, a medio ad apicem aequaliter ſerrata, neruoſa, villoſa, pollicaria, intermedio maiori.
Petiolus capillaris, laxus, palmaris.
Flores e geniculis pedunculati, ſolitarii, cylindrici, purpurei.
Pedunculi uniflori, longitudine foliolorum.
Differt a C. virginica: 1. foliolis utrinque attenuatis, nec cordatis.
2. floribus cylindricis, nec ovatis.
3. pedunculatis.

florida. C. foliis decompoſitis: foliolis binatis ternatisque, petalis ovatis.
Iaponice: Téſſin.
Caulis ſcandens, ſtriatus, purpureus, omni parte glaber.
Folia oppoſita, petiolata, decompoſita, ſubtriternata.
Foliola petiolata, binata vel ternata: *pinnae* ſeſſiles, ovatae, acutae, integrae, rarius inciſae, villoſae, media maiori, unguiculares.
Petioli baſi perfoliati, ſemiteretes, horizontaliter patentes digitales.
Flores ex axillis pedunculati, ſolitarii.
Pedunculus villoſus, uniflorus, foliis longior.

Corolla magna, ſpecioſa, patens, petalis ovatis, acuminatis luteſcentibus.
Stamina lineari lanceolata, purpuraſcentia, inaequalia, corolla dimidio breviora.
Differt a C. viticella: α. foliis ſemper decompoſitis.
β. foliolis acutis.
γ. petalis ovatis.

THALICTRUM.

flavum. T. caule folioſo ſulcato, panicula multiplici erecta.
Thalictrum flavum. Linn. ſp. Pl. p. 770.
Iaponice: Karamatſuru, it. Inu Seri, aliis Kramatſo.
Creſcit iuxta Iedo, in Fakonia copioſe, in Nagaſaki montibus alibique vulgaris.
Floret Iunio, Iulio, Auguſto.

RANUNCULUS.

ternatus. R. calycibus reflexis, foliis omnibus ternatis: foliolis trifidis, caule multifloro.
Creſcit in inſula Nipon.
Floret Maio.

auricomus. R. foliis radicalibus reniformibus crenatis inciſis, caulinis digitatis linearibus, caule multifloro.
Ranunculus auricomus. Linn. ſpec. Plant. p. 775.
Iaponice: Kimpoge.
Creſcit iuxta Iedo.
Floret Maio.

aſiaticus. R. foliis ternatis biternatisque, foliolis trifidis inciſis, caule inferne ramoſo.
Ranunculus aſiaticus. Linn. ſp. Pl. p. 777.
Iaponice: Kimpoge, Dobuſeſi et Tagaras.
Creſcit prope Nagaſaki, Iedo et alibi vulgaris in foſſis.
Floret Februario, Martio, Aprili et Maio.
Omnibus partibus, excepta corolla, hirſutus.

SAGITTARIA.

ſagittata. S. foliis ſagittatis acutis.
Sagittaria ſagittifolia. Linn ſp. Pl. p. 1410.
Iaponice: Siko, vulgo Omodaka. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 827.
Creſcit ubique in aquis quietis.
Floret Septembri.
Radix eſculenta dicitur Boſſai, et Sjiro Quai.

obtuſa. S. foliis ſagittatis obtuſis, caule ramoſo.
Sagittaria obtuſifolia. Linn. ſpec. Pl. p. 1410.
Creſcit iuxta Nagaſaki.

CALTHA.

paluſtris. Caltha
Caltha paluſtris. Linn. ſp. Pl. p. 785.
Iaponice: Ienko So.
Creſcentem inveni in olla cultam, ſub itinere ad aulam.
Floret Aprili.

CLASSIS XIV.

D I D Y N A M I A.

GYMNOSPERMIA.

AIUGA.

orienta-lis. A. erecta floribus reſupinatis.

Ajuga orientalis. Linn. ſpec. Pl. p. 785.

Iaponice: Kakuſo, it. Daru Magikſ, et Kamabuta.

Creſcit in Inſula Nipon, iuxta Fakonam.

Floret Aprili.

Caulis erectus, tetragonus, totus piloſo-hiſpidus, indiviſus, ſpithamaeus.

Folia oppoſita, ſeſſilia, inferiora oblonga, ſubangulata, obtuſa, patentia, pollicaria; ſuperiora ovata, rarius ſubangulata, reflexa, ſemipollicaria; ſuprema anguſtiora et breviora; omnia obtuſa, inferne attenuata, piloſa.

Verticilli florum plures, circiter decem, ſeſſiles, multiflori.

Calyces et corollae valde ciliatae et hirſutae.

decum-bens. A. decumbens, villoſa foliis ovatis dentatis.

Iaponice: Kiran So.

Creſcit in marginibus viarum et praecipue murorum.

Floret Aprili, Maio.

Caules herbacei, plures, ſimplices vel parum ramoſi, decumbentes apicibus erectis, uti tota planta villoſi, inaequales, palmares.

Folia radicalia plura et maiora, omnia petiolata, obovata, dentata, ſemipollicaria.

Flores verticillati, minuti, coerulei corollis ringentibus non reſupinatis.

TEUCRIUM.

virginicum. T. foliis ovatis inaequaliter ſerratis, racemis terminalibus.

Teucrium virginicum. Linn. ſp. Pl. p. 789.

Iaponice: Odoriko So.

Creſcit prope Nagaſaki, in montibus iuxta foſſas.

Floret Iulio, Auguſto, Septembri.

Caulis tetragonus, erectus, ramoſus, ſulcatus, glaber, pedalis et ultra.

Rami oppoſiti, divaricato-erecti, virgati, cauli ſimiles.

Folia oppoſita, petiolata, ovata, acuta, duplicato-ſerrata, glabra, ſubtus pallida, pollicaria vel ultra.

Petioli folio duplo breviores.

Flores racemoſi, cernui.

Racemi terminales, ſubdiſtichi, erecti, inaequales, longioribus digitalibus.

Bracteae lanceolatae, acutae, integrae, ciliato-ſcabrae, pedunculo paullo longiores.

Pedunculi capillares, uniflori, vix lineam longi.

Calyces angulati, ſubariſtati, ciliato-ſcabridi.

Corollae anguſtae, calyce duplo longiores.

Variat foliis duplicato-ſerratis et inaequaliter ſerratis atque inciſis.

NEPETA.

incana. N. florum paniculis axillaribus, foliis pedunculatis ovatis ſerratis tomentoſis.

Iaponice: Suſukaki, it. Rangikſ.

Creſcit

Creſcit in ſummis montibus magnae Koſido.

Floret Octobri, Novembri.

Caulis herbaceus, inferne teretiuſculus, decumbens, nudus; ſuperne obtuſe tetragonus, erectus, tomentoſus, indiuiſus, ſpithamaeus vel paullo ultra.

Folia oppoſita, petiolata, ovata, acuta, ſerrata, utrinque tomentoſa ſed ſubtus magis albida, patentia, ſemipollicaria ſuperioribus ſenſim minoribus.

Petioli tomentoſi, lineam longi.

Flores paniculati.

Paniculae in ſupremis foliorum axillis oppoſitae, trifidae, faſtigiatae.

Pedunculus lineam longus, pedicellis capillaribus.

Stamina flore duplo longiora.

Differt a N. *nepetella*: α. floribus paniculatis paniculis axillaribus.
β. foliis ovato-oblongis, nec cordatis.

SIDERITIS.

ciliata. S. herbacea foliis ovatis ſerratis, bracteis ciliatis.

Caulis herbaceus, tetragonus, erectus, uti tota planta villoſus, pedalis et ultra, ramuloſus.

Rami et ramuli cauli ſimiles, inflexi.

Folia petiolata, ovata, acuta, ſerrata, ſubtus pallida, ſupra punctis impreſſis pertuſa, vix pollicaria.

Petiolus folio paullo brevior.

Florum ſpicae terminales, lanceolatae, erectae, digitales.

Bracteae ſuborbiculatae, acuminatae, nervoſae, ciliatae, imbricatae.

Differt facile ab aliis: bracteis ciliatis, non ſpinoſis.

MENTHA.

Piperita. M. ſpicis capitatis, foliis ovatis ſerratis petiolatis, ſtaminibus corolla brevioribus.

Mentha Piperita. Linn. ſp. Pl. p. 805.

Iaponice: Faka.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Floret Octobri.

GLECHOMA.

hederacea. G. foliis reniformibus crenatis.

Glechoma hederacea. Linn. ſp. Pl. p. 807.

Creſcit hinc inde ad agrorum margines.

LAMIUM.

garganicum. L. foliis cordatis pubeſcentibus, corollis fauce inflata, tubo recto, dente utrinque gemino.

Lamium garganicum. Linn. ſp. Pl. p. 808.

Iaponice: Sokutan, Odoriko So, it. Eirakuſa et Sitſiſu So.

Sitſiſuſoo altera. Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 886.

Creſcit in regionibus montium Fuſi, Fakoniae et prope Iedo.

Floret Aprili, Maio.

purpureum. L. foliis cordatis obtuſis petiolatis.

Lamium purpureum. Linn. ſp. Pl. p. 809.

Iaponice: Fioſuki, it. Kakidoſi.

Creſcit iuxta vias vulgare.

Floret Aprili.

L. fo-

amplexicaule. L. foliis floralibus ſeſſilibus amplexicaulibus obtuſis.
Lamium amplexicaule. Linn. ſp. Pl. p. 809.
Iaponice: Mogura, it. Irakuſa.
Creſcit in horto culinari Dezimae, circum Nagaſaki urbem et alibi, vulgare locis cultis.
Floret Ianuario, Februario.

LEONURUS.

Cardiaca. L. foliis caulinis lanceolatis trilobis.
Leonurus Cardiaca. Linn. ſp. Pl. p. 817.
Iaponice: Sitſiſu Soo, vulgo Suſu Kaki h. e. Nola ſuſpenſa. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 886.
Creſcit prope Nagaſaki.
Floret Auguſto, Septembri.

CLINOPODIUM.

vulgare. C. capitulis ſubrotundis hiſpidis, bracteis ſetaceis.
Clinopodium vulgare. Linn. ſp. Pl. p. 821.
Creſcit hinc inde.

MELISSA.

cretica. M. racemis terminalibus, pedunculis ſolitariis breviſſimis.
Meliſſa cretica. Linn. ſp. Pl. p. 828. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 453, 454.
Clinopodium creticum pulegii odore. Pluken. Alm. p. 75. tab. 163. fig. 4.
Iaponice: Rajin Niſi.
Creſcit in inſulis Saikokf et Nipon.

MELITTIS.

meliſſo- phyllum. Melittis.

Melittis meliſſophyllum. Linn. ſp. Pl. p. 832.

Iaponice: Sjuwo.

Creſcentem inueni in olla quadam cultam plantam, in inſula Nipon, ſub itinere ad aulam.

Floret Maio, Iunio.

OCYMVM.

acutum. O. racemis filiformibus, foliis ovatis acuminatis ſerratis, bracteis hirtis.

Caulis tetragonus, erectus, glaber, laevis.

Folia petiolata, ovata, acuminata, ſerrata, inferne integra, glabra, ſubtus pallida, venoſa, duos pollices lata, tripollicaria.

Petiolus folio paullo brevior, carina ſubtus hirtus.

Racemi filiformes, digitales et ultra.

Bracteae ovatae, acutae, hiſpidae.

criſpum. O. racemis terminalibus, foliis ovatis ſerratis criſpis, calycibus hiſpidis.

Iaponice: Siſo, i. e. Purpura, vulgo Muraſakki, i. e. nobilis. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 784.

Creſcit circum Nagaſaki, culta.

Floret Octobri Novembri.

Caulis tetragonus, erectus, villoſus, ramoſus.

Rami decuſſati, cauli ſimiles.

Folia petiolata, ovata, acuminata, ſerrata, inferne integra, glabra, purpuraſcentia, criſpata, pollicaria.

Petiolus longitudine folii, laxus, villoſus.

Racemi terminales, laxi, digitales et ſpithamaei.

Bra-

Bracteae oblongae, acuminatae, laeues, glabrae.

Calyces hiſpidi.

Herba infuſa rheumaticis praeſcribitur.

Decocto huius tingunt Iaponenſes radices Raphani, Rapae et fructus varios, colore ſaturate rubro.

rugoſum. O. racemis terminalibus, foliis ovatis acutis ſerratis ſubtus rugoſis.

Iaponice: Fikioguſi.

Caulis tetragonus, ſulcatus, tenuiſſime tomentoſus, bipedalis et ultra.

Rami oppoſiti, cauli ſimiles, patuli.

Folia ovata, acuminata, ſerrata; ſubtus rugoſa et pallida, ſuperioribus ſenſim minoribus.

Florum racemi terminales, contracti.

punctatum. O. racemis ſimplicibus erectis, foliis ovatis ſubtus punctatis.

Caulis erectus, paniculatus, tetragonus, uti tota planta piloſo-ſcabridus, pedalis et ultra.

Folia oblonga, acuta, ſerrata, ſubtus minutis poris punctata.

Racemi terminales, ſimplices floribus oppoſitis, digitales.

Bracteae flores diſtinguentes, ſetaceae.

inflexum. O. panicula terminali racemoſa, caule ramiſque flexuoſis.

Iaponice: Tereteriguſa.

Caulis herbaceus et rami flexuoſo-erecti, apice inflexi, tenuiſſime tomentoſi, tetragoni, pedales.

Folia ovata, acuta, ſerrata, tenuiſſime ſcabra, unguicularia.

Panicula racemoſa, coarctata.
Uſus pulveris huius pro ſuffimigiis Idolorum.

virgatum. O. racemis verticillatis virgatis, foliis oblongis ſerratis.

Iaponice: Tſiguſa ſiue Herba lactis.

Creſcit prope Nagaſaki.

Caulis tetragonus, profunde ſulcatus, tenuiſſime tomentoſus, flexuoſo-erectus, ramoſus.

Rami cauli ſimiles, inferiores remotiores, ſuperiores virgati.

Folia obovato-oblonga, ſerrata, tenuiſſime tomentoſa, pollicaria et ultra.

Racemi florum in ramis terminales, ex verticillis ſexfloris frequentibus, digitales, erecti.

SCUTELLARIA.

indica. S. foliis ſubovatis obtuſis crenatis petiolatis, racemis nudiuſculis.

Scutellaria indica. Linn. ſp. Pl. p. 836.

Caulis tetragonus, debilis, erectus, villoſus, ſpithamaeus.

Rami pauci, oppoſiti, cauli ſimiles.

Folia oppoſita, petiolata, ovata, cordata, obtuſe ſerrata, tenuiſſime villoſa, patentia, pollicaria.

Petiolus longitudine folii.

Racemi florum ſecundi, ſubnudi, digitales.

Corollae albae.

PRUNELLA.

vulgaris. P. foliis omnibus ovato-oblongis petiolatis.
Prunella vulgaris. Linn. ſp. Pl. p. 837.

Iapo-

Iaponice: Sakuſo, it. Kako, vulgo Utſu boguſa i. e. vagina telorum, it. Uruki et Kagoſo.

Kako, vulgo Utſu boguſa, it. Uruki. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 897.

Creſcit iuxta vias ubique vulgaris.

Floret Iunio, Iulio.

ANGIOSPERMIA.

MELAMPYRUM.

arvenſe. M. ſpicis conicis laxis, bracteis dentato-ſetaceis.

Melampyrum arvenſe. Linn. ſp. Pl. p. 842.

Creſcit in regionibus Miaco.

Floret Iunio.

GERARDIA.

Iaponica. G. foliis petiolatis ovatis inciſo-pinnatifidis, caule ſimplici.

Caulis ſimplex villoſus.

Folia baſi pinnata, ſuperne inciſo-pinnatifida, villoſa; pinnae acutae, ſerratae.

Flores axillares, pedunculati, ſolitarii.

Pedunculus foliis multoties brevior.

Corolla purpuraſcens.

Differt a G. *pedicularia*: caule ſimplici; pedunculis folio brevioribus et foliis inciſo-pinnatifidis: pinnis ſerratis.

BIGNONIA.

Catalpa. B. foliis ſimplicibus cordatis ternis, caule erecto, floribus diandris.

Bigno-

Bignonia Catalpa. Linn. ſp. Pl. p. 868.

Iaponice: Kakuſju, vulgo Kawara Fiſagi, it. Adſja. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 841. fig. p. 842.

Creſcit iuxta Nagaſaki et alibi.

Floret Iulio.

Uſus: I. Folia partibus dolentibus imponuntur et nervis perhibentur amica.

II. Siliquarum decoctum propinatur aſthmaticis.

tomentoſa. B. foliis ſimplicibus cordatis ſubtus tomentoſis, floribus axillaribus paniculatis.

Iaponice: Too, vulgo Kiri et Nippon Kiri. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 859. fig. p. 860.

Creſcit in inſula Nipon et prope Nagaſaki.

Floret Auguſto, Septembri.

Caulis arboreus.

Folia oppoſita, petiolata, inferiora cordata, ſuperiora ovata, acuta, 5-nervia, integra, ſupra pubeſcentia, ſubtus tomentoſa, palmaria et ultra ſuperiobus minoribus.

Petiolus digitalis et ultra.

Panicula primum trichotoma, dein dichotoma.

Pedunculi, pedicelli et calyces tomentoſi.

Flores optime explicatos non vidi.

Uſus: I. Oleum ex ſeminibus duplex exprimitur: α) oleum ſubtilius, proprio nomine Toi dictum, cuius perexigua quantitate vernix japonica diluitur. β) Spiſſius oleum, Ieko appellatum, quo charta veſtiaria imbuitur.

II. Decor folii huius meruit, ut antiqua Caeſarum progenies, pro inſigni gentilitio deligeret folium Bignoniae huius, dorſo conſpicuum, cum prominentibus tribus ſpicis floridis.

B. fo-

grandiflora. B. foliis pinnatis: foliolis ovatis acuminatis ſerratis, caule volubili, calyce ſemiquinquefido.

Iaponice: Maſakinno Kadſura, Rjotſjo et Notſjo, vulgo Nodſen Kadſura.

Rjotſjo, vulgo Nodſen Kadſura, Notſjo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 856.

Creſcit in inſulis Nipon et Saikokf.

Floret Iunio, Iulio.

Caulis fruticoſus, ſcandens, tetragonus, geniculis tumidiuſculis, glaber.

Folia pinnata: *Foliola* ovata, acuminata, acute ſerrata, glabra, pollicaria.

Flores axillares et terminales, ſolitarii, pedunculati, grandes.

Calyx 5-gonus, ſemiquinquefidus, glaber: *laciniae* lanceolatae, acutae.

Corollae purpureae, magnitudine roſae.

Differt a B. *radicante*: I. caule minime radicante,
II. flore maiore.
III. calyce ſemiquinquefido.

LINDERNIA.

iaponica. L. foliis obovatis dentatis, infimis petiolatis.

Iaponice: Oka ſangi So, et Oka Longi So, it. Haſe.

Creſcit in Nipon hinc inde in rimis murorum.

Floret Martio, Aprili, Maio.

Radix fibrilloſa, annua.

Caulis herbaceus, ramoſus, debilis: ramis alternis, patulis, erectiuſculis, parum villoſis, pollicaribus usque ſpithamaeis.

Folia radicalia plurima, petiolata; caulina pauca, ſeſſilia; omnia obovata, obtuſa, dentata, vix manifeſte villoſa, unguicularia.

Petioli

Petioli longitudine foliorum, ſenſim in folium abeuntes.

Flores in ramis terminales, racemoſi, aphylli.

Bractea ſub pedunculis minutiſſima.

Corolla ringens labio inferiori maiori, rufeſcens.

Capſula ovata, obtuſa, didyma, bivalvis, 1-locularis glabra.

SESAMUM.

orientale. S. foliis ovato oblongis integris.

Seſamum orientale. Linn. ſp. Pl. p. 883.

Iaponice: Koba, vulgo Goma et Goma gara.

Koba, vulgo Goma. Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 835.

Creſcit in regionibus Nagaſaki et alibi culta.

Floret Iulio.

Ex ſeminibus oleum exprimitur, quod communiſſime uſurpatur et vernicem, cibos atque, ob virtutem emollientem, medicamenta ingreditur.

RUELLIA.

Iaponica. R. foliis ellipticis, floribus ſpicatis, bracteis oblongis obtuſis.

Caulis herbaceus, tetragonus, fuſcus, erectus.

Folia oppoſita, ſubpetiolata, elliptica, obtuſiuſcula, integerrima, venoſa, glabra, patula, unguicularia ſuperioribus ſenſim minoribus.

Spicae florum plures, terminales, alternae, bracteatae, glabrae, digitales.

Bracteae oblongae, obtuſae, integrae, imbricato-patulae longitudine tubi corollae.

Corolla campanulata, limbo aequali, lutea.

VOL-

VOLKAMERIA.

Iaponica. V. inermis foliis cordatis ovatis acutis dentatis, racemis ſecundis.

Iaponice: Go Too, vulgo Go Too Giri, it. Tei Too, vulgo Fi Giri, etiam Riuke Giri et Korei. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 861.

Creſcit hinc inde, in Nagaſaki alibique culta, e Korea huc allata.

Floret Iulio, Auguſto.

Caulis: Arbor vaſta, excelſa, tota glabra, ramoſa.

Rami compreſſi, apice paniculati.

Folia alterna, petiolata, valde cordata, ovata, acuminata, dentata, venoſa, ſubtus pallidiora, glabra; inferiora ſpithamam lata, pedalia; ſuperiora ſenſim minora et obtuſiora.

Petiolus in maioribus foliis longior, ſpithamaeus, in minoribus unguicularis.

Flores in ramulis terminales, racemoſi.

Bracteae ſub ſingulo pedunculo ſubulatae, ſolitariae, pedunculo breviores.

Pedunculi ſimplices, ſecundi, uniflori, erecti, unguiculares.

Perianthium 1-phyllum, glabrum, rufeſcens, perſiſtens, 5-partitum: *laciniae* baſi diuaricatae, concavae, lanceolatae, ariſtatae, tubo corollae breviores.

Corolla 1-petala, ringens. *Tubus* cylindricus, calyce duplo longior, purpureus. *Limbus* 5-partitus, ſubaequalis, patulus, tubo brevior.

Filamenta quatuor, quorum duo longiora, filiformia, corolla longiora, exſerta.

Germen ſuperum.

Stylus

Stylus filiformis, exſertus.

Capſula ovata, acuminata calyce perſiſtente, quadriſulca, glabra, magnitudine pruni, quadrivalvis, bilocularis, transverſim dehiſcens.

CLERODENDRVM.

tricho-tomum. C. foliis lobatis indiviſisque lato-ovatis integris, panicula trichotoma.

Iaponice: Seo Kuſits, vulgo Kuſaggi. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 827.

Creſcit prope Nagaſaki, in Papenberg et alibi.

Floret Auguſto, Septembri.

Caulis fruteſcens, ramis tetragonis quadriſulcatis, glabris.

Folia oppoſita, petiolata; inferiora maiora, triloba; ſuperiora lato-ovata, indiuiſa; ſuprema minima; omnia acuminata, integerrima, glabra, ſupra ſaturate viridia, ſubtus pallidiora, neruoſa, palmaria.

Petioli ſubpubeſcentes, digitales.

Panicula ampliſſima, ſupradecompoſita, trichotoma, nuda.

Pedunculi et pedicelli glabri, ad trichotomiam compreſſi.

Perianthium 1-phyllum, ſubcampanulatum, inflatum, ſuperne coarctatum, pentagonum, marceſcens, perſiſtens, corolla multo amplius et brevius, glabrum, 5-partitum: *laciniae* carinatae, acutae, erectae.

Corolla tubuloſa. *Tubus* filiformis, parum curvus, pollicaris. *Limbus* 5 partitus: *laciniae* oblongae, obtuſae, patentes, aequales, albae.

Filamenta quatuor, tubo corollae intra faucem inſerta, capillaria, corolla multo longiora, albida, interne divaricata; duo breviora.

Antherae

Antherae cordato-ovatae.

Germen ſuperum, tetragonum, glabrum.

Stylus filiformis, ſtaminibus longior.

Stigma truncatum, ſimplex.

Capſula ſubgloboſa, 4-ſulca, glabra, calyce magno incluſa, 4-locularis, 4-valvis.

Semina in ſingulo loculamento ſolitaria, glabra.

Odor foliorum viroſus Mandragorae.

In ligno ramorum ſaepe habitat vermis, (inſecti larva) qui infantibus, vermibus ventriculi (lumbricis) laborantibus, cum cereviſia, Sakki dicta, propinatur.

VITEX.

ovata. V. foliis ſimplicibus ovatis.

Creſcit in littore Papenberg et Satſuma. E Macao chinae miſſa quoque mihi fuit a Dn. P. I. Bladh.

Floret Auguſto, Septembri.

Caulis repens.

Rami tetragoni, incano-ſubtomentoſi, erecti, pedales.

Folia decuſſata, petiolata, ovata, obtuſa, integerrima; ſupra viridia, mollia, albo-tomentoſa, patula, internodiis longiora, pollicaria.

Peticli ſubtrigoni, canaliculati, lineam longi.

Flores in ſummitatibus ramorum, primum axillares, tandem terminales, paniculati.

Panicula ſubtrichotoma, breviſſime pedunculata.

Pedunculus calyce brevior, tomentoſus.

Pedicelli vix ſemilineam longi.

Bracteae ſub ſingula paniculae trichotomia filiformes, patentes, tomentoſae longitudine pedunculorum.

Perianthium 1-phyllum, 5-gonum, 5 dentatum, albo-tomentoſum, corolla duplo breuius, perſiſtens.

Corolla 1-petala, ringens, extus albo-tomentoſa, intus purpurea.

Germen ſuperum.

Stylus filiformis ſtigmatibus duobus, acutis.

Bacca globoſa, calyce cincta, vireſcens, magnitudine et facie piperis albi, ſubumbilicata, didyma, 4-valvis, 4-locularis.

Semina minuta.

CLAS-

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

SILICVLOSA.

DRABA.

muralis. D. caule ramoſo, foliis ovatis ſeſſilibus dentatis.
Draba muralis. Linn. ſp. Pl. p. 897.
Iaponice: Teteki, vulgo Inu Naſſuna, it. Fatasawo.
Creſcit iuxta margines viarum vulgaris.
Floret Aprili, Maio.
Radix filiformis, fibroſa.
Caulis flexuoſus, erectus, ſtriatus, hirtus, digitalis usque ſpithamaeus.
Rami alterni, pauci, breves, cauli ſimiles.
Folia alterna, ſeſſilia, ovata, obtuſa, dentata, villoſa.
Flores racemoſi, interne longius pedunculati, ſuperne faſtigiati.
Pedunculi inferiores patentes, pollicares.
Corollae flavae, ſiliculis oblongis.

THLASPI.

arvenſe. T. ſiliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris.
Thlaſpi arvenſe. Linn. ſpec. Plant. p. 901.
Iaponice: Gunbai Naſſuna.
Creſcit prope vias in regionibus Fakoniae.
Floret Aprili.

Burſa. T. ſiliculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis.
Thlaſpi Burſa paſtoris. Linn. ſpec. Pl. p. 903.
Iaponice: Neko no Samſin i. e. Samſin felis, ob ſonum, quem edunt ſemina, crepitantem. Neko enim ſignificat Felem et Samſin inſtrumentum quoddam muſicum, Samſin Iaponenſibus dictum.
Creſcit ubique vulgaris, iuxta vias et agrorum margines.

SILIQVOSA.

CARDAMINE.

trifolia. C. foliis ternatis obtuſis, caule ſubnudo.

Cardamine trifolia. Linn. ſp. Pl. p. 913.

Radix fibroſa fibris denſiſſimis, capillaribus.

Scapi nudi, digitales.

Folia radicalia plurima, petiolata, ternata, erecta, laxa; *caulina* inferiora ſaepe ſolitaria, interdum bina oppoſita, unguis ſpatio a terminali remota, ovata, ſubpetiolata, minima; *terminale* rotundum, criſpum, glabrum, punctatum, unguiculare.

Petiolus ſemidigitalis.

SISYMBRIUM.

Naſturtium. S. ſiliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis ſubcordatis.

Siſymbrium Naſturtium aquaticum. Linn. ſpec. Plant. p. 916.

Iaponice: Ta Seri.

Creſcit iuxta vias, in foſſis, vulgatiſſimum.

Floret Martio, Aprili.

amphibium. S. ſiliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis ſerratis.

Siſymbrium amphibium. Linn. ſp. Pl. p. 917.

Creſcit in foſſis iuxta vias vulgare.

Floret Aprili.

TURRITIS.

hirſuta. T. foliis omnibus hiſpidis, caulinis amplexicaulibus.

Turritis hirſuta. Linn. ſp. Pl. p. 930.

Iaponice: Inu Naſſuna.

Planta

Planta tota foliis cauleque hirta.

Caulis ſimplex vel ramoſus, debilis, pedalis.

Folia radicalia conferta, oblonga, ſubintegra, pollicaria, patentia; caulina alterna, ſemiamplexicaulia, oblonga, acuta, dentata, internodiis breviora, ſemipollicaria.

Flores terminales, racemoſi, albi.

BRASSICA.

Orientalis. B. foliis cordatis amplexicaulibus glabris: radicalibus ſcabris integris, ſiliquis tetragonis.

Braſſica orientalis. Linn. ſp. Pl. p. 931.

Iaponice: Na Tanne i. e. ſemen Braſſicae.

Creſcit ubique culta, agris, dum floret, flaviſſimis.

Floret Martio, Aprili, Maio.

Semina matura Iunio.

Colitur ob ſemina, e quibus, pro lucernis, oleum Natanni abra vel Natanni no Abra dictum, exprimitur.

Radix nullius heic uſus eſt.

Rapa. B. radice cauleſcente orbiculari depreſſa carnoſa.

Braſſica Rapa. Linn. ſp. Pl. p. 931.

Iaponice: Kabu, it. Kabuna, Buſei, vulgo Aona.

Buſei, vulgo Aona. Kaempf. Amoen. ex. Faſc. V. p. 822.

Colitur hinc inde.

Plerumque amara eſt radix, edulis tamen.

SINAPIS.

Cernua. S. ſiliquis laevibus patulis, folio radicali lyrato: lobo terminali maximo ovato inciſo dentato.

Iaponice: Taka Na.

Creſcit culta.

Tota planta glabra.

Folium radicale lyratum: *Lobi* ſuboppoſiti, oblongi, integri, ſemipollicares, internodiorum longitudine. *Lobus* terminalis ovatus, obtuſus, inciſus, dentatus dentibus latis, parum criſpus, nervoſus, magnitudine fere folii Braſſicae. *Folia* caulina ſubſeſſilia, oblonga, inferne integra, ſuperne dentata, nervoſa, digitalia ſuperioribus ſenſim minoribus.

Caulis ſtriatus, glaber, ſuperne ramoſus.

Rami florentes cernui.

Flores terminales, racemoſi, albi.

Pedunculi capillares, patentes.

Siliquae lineares, apice attenuatae, laeues, glabrae.

Uſum praeſtant ſemina Sinapios, Hollandis ibi hoſpitantibus, dicta Moſtert.

Japonica. S. ſiliquis laeuibus erectis, foliis inciſo-pinnatifidis glabris.
Iaponice: Kara ſina, ſeu Karasna.
Creſcit in Iedo.
Floret Maio.
Tota planta glabra, herbacea.
Caulis erectus, ſtriatus, laevis, ramoſus.
Rami patentes, cauli ſimiles, ramuloſi.
Folia petiolata, inciſo-pinnatifida angulis rotundatis, acuta, digitalia. *Summa* folia minus profunde pinnatifida, apice ſaepe dentata.
Florum racemus longiſſimus.
Pedunculi capillares, patenti-erecti.
Corollae luteſcentes.
Siliquae erectae, ſubangulatae, laeves, glabrae, apice attenuatae.

RAPHA-

RAPHANUS.

ſativus. R. ſiliquis teretibus toroſis bilocularibus.

Raphanus ſativus. Linn. ſp. Plant. p 935.

Iaponice: Rei Fuku, vulgo Daikon. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 822.

Creſcit iuxta vias. Colitur ubique.

Floret ab Aprili usque ad Auguſtum; cultus vero defloruit ſaepe menſe Maii.

Radix omnium communiſſime editur, imprimis a plebe, cruda et cocta, recens exſiccata.

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA.

TRIANDRIA.

IUNIPERUS.

communis. I. foliis ternis patentibus mucronatis bacca longioribus.

Iuniperus communis. Linn. ſp. Pl. p. 1470.

Iaponice: Bjakuſi, Neſuſagi Sugi bjakuſi, aliis Tatſi Bjakuſi.

Sugi Bjakuſi, aliis Tatſi Bjakuſi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 884.

Creſcit circum Nagaſaki et alibi rarior.

barbadenſis. I. foliis omnibus quadrifariam imbricatis: iunioribus ovatis, ſenioribus acutis.

Iuniperus barbadenſis. Linn. ſp. Pl. p. 1471.

Iaponice: Nankin Sugi, vel Too Sugi, i. e. Iuniperus chinenſis; it. Bjakuſo.

Nankin Sugi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. 884.

Creſcit in Iaponia et China; prope Nagaſaki.

virginica. I. foliis ternis baſi adnatis: iunioribus imbricatis, ſeminibus patulis.

Iuniperus virginica. Linn. ſp. Pl. p. 1471.

Iaponice: Sonari Maats, it. Moro, aliis Sonoro Maats.

Moro, aliis Sonoro Maats. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 883.

Creſcit in Kaminoſeki, Kamem, alibi.

Floret Aprili, Maio.

TETRAN-

TETRANDRIA.

CUPRESSUS.

Iaponica. C. foliis quadrifariis falcatis compreſſis ſulcatis decurrentibus.

Cupreſſus japonica. Linn. ſupplem. Syſt. p. 421.

Iaponice: San, vulgo Sugi. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 883.

Creſcit in Regionibus Nagaſaki in montibus et alibi vulgaris arbor, ſpontanea et culta.

Floret Martio.

Arbor celſiſſima et rectiſſima, craſſitie femoris vel ultra.

Folia tri- vel quadrifaria, decurrentia carina, ſubulata; apice incurvato - falcata, compreſſa; quadriſulcata, patula, unguicularia, glabra.

Spicae maſculae terminales, plurimae, ovatae, obtuſae, glabrae.

Strobili feminei globoſi, pauci, ſolitarii, inferioribus in ramulis. *Squamae* peltatae: pelta dorſo tecta ſquama lanceolata, margine interiori ſexdentato; dentibus ſubulatis.

Ligni uſus pro manufactis variis rebus, ſcriniis, thecis, aliis, ſaepe vernice, ſine coloribus, obductis.

Valde molle lignum eſt et facile impreſſiones admittit.

Sub terra, per aliquod tempus, lignum defoſſum et deinde exemtum, ab aqua percolata, coeruleſcentem induit colorem.

Pendula. C. foliis oppoſitis ovatis, ramulis dichotomis pendulis.

Iaponice: Ito Sugi.

Fi Moro. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 883.

Creſcit in montibus Fakoniae, ubi ſemel inveni, non vero florentem.

Arbor orgyalis altitudinis vel ultra, erecta, tota glabra.

Rami alterni, laxi, aphylli, valde ramuloſi.

Ramuli dichotomi, filiformes, foliis tecti, longi, patuli, laxi, omnino penduli.

Folia decuſſata, imbricata, ovata, acuta, apice parum patula, breviſſima.

Singularis et pulchra arbor ramulis ſuis longiſſimis, dichotomis et dependentibus maxima copia, facillime ab omnibus aliis huius ordinis ſempervirentibus diſtinguitur.

THUIA.

orientalis. T. ſtrobilis ſquarroſis: ſquamis acuminatis reflexis.

Thuja orientalis. Linn. ſp. Pl. p 1422.

Iaponice: Konote Gaſſiiwa. it. Fi no Ki.

Fi no Ki altera. Kaempf Amoen. exot. Faſc. V. p. 884.

Creſcit in regionibus Fuſi, in monte Fakona copioſe.

dolabrata. T. ſtrobilis ſquarroſis, foliis triſariam imbricatis ſubtus excavatis niveis.

Thuja dolabrata. Linn. ſupplem. Syſt. p. 420.

Iaponice: Sawaragi, it. Aſnaro vel Aſſuraro, Kwai, Fi no Ki et Ibuki.

Kwai, vulgo Fi no Ki, et Ibuki, Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 884.

Confundunt Iaponenſes ſaepe nomina japonica Thujarum, Cupreſſorum, Iuniperorum et Pinorum, ut nihil fere certum ſit.

Creſcit in regionibus Oygawae et Fakoniae, inter Miaco et Iedo.

Culta habetur iuxta viam publicam in monte Fakoniae.

Arbor valde excelſa et vaſta.

Rami



DRYANDRA cordata.

Rami et ramuli alterni, compreſſi, foliis imbricatis tecti.

Folia terna, imbricata, ovata, obtuſa, integra, compreſſa; ſupra viridia, glabra, conuexa medio ſulcato; ſubtus concava, marginata, nivea.

Pulcherrima omnium ſempervirentium arbor.

PENTANDRIA.

XANTHIUM.

orientale. X. caule inermi, foliis cuneiformibus ovatis ſubtrilobis.

Xanthium orientale. Linn. ſp. Pl. p. 1400.

Iaponice: Sooni, vulgo Namome. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 892.

Creſcit prope Nagaſaki.

Floret Septembri, Octobri.

ENNEANDRIA.

DRYANDRA.

cordata. Dryandra. vid. Tab. 27.

Iaponice: Dodieku, it. Abraſin.

Abraſin: Kaempf. Amoen. exot. Faſc. V. p. 789.

Creſcit in inſula Nipon, in regionibus Fakoniae et alibi.

Floret Maio, Iunio.

Caulis arboreus, orgyális et ultra.

Rami teretes cortice rugoſo, punctati, glabri.

Folia in ramulorum apicibus approximata, alterna, petiolata, cordata, acuta, integra, quinquenervia nervis ramoſis, glabra, ſubtus pallidiora, patentia, palmam lata et longa.

Petioli

Petioli longitudine fere folii, teretes.

Flores terminales, paniculati.

Paniculae rami dichotomi et trichotomi, patuli.

E ſeminibus oleum exprimitur pro lucernis.

DECANDRIA.

GERANIUM.

paluſtre. G. pedunculis bifloris longiſſimis declinatis, petalis integris, foliis quinquelobis inciſis.

Geranium paluſtre. Linn. ſp. Pl. p. 954.

Iaponice: Inu Kimpoge, it. Inu Tegaras et Gjugin, vulgo Furo Too.

Creſcit iuxta Nagaſaki, in Koſido, alibi.

Floret Septembri, Octobri.

DODECANDRIA.

PENTAPETES.

phoenicea. P. foliis haſtato-lanceolatis ſerratis.

Pentapetes phoenicea. Linn. ſp. Pl. p. 958.

Iaponice: Gorikwa.

Creſcit hinc inde rarior.

ACALYPHA.

virgata. A. ſpicis femineis involucris cordatis ſerratis, maſculis diſtinctis aphyllis, foliis lanceolato-ovatis.

Acalypha virgata. Linn. ſp. Pl. p. 1423.

Creſcit circum Nagaſaki et in Dezimae horto.

Floret Auguſto, Septembri.

CRO-

CROTON.

acutum. C. herbaceum foliis ovatis ſerratis acuminatis biglandulofis glabris.

Japonice: Cap di Cobra nomine luſitanico.

Creſcit in Nagaſaki culta, a Portugallis huc allata.

Floret Septembri.

Caulis herbaceus, angulatus, ſimplex, glaber.

Folia alterna, petiolata, ovata, acuminata, inaequaliter ſerrata, glabra, biglanduloſa, duos pollices lata, palmaria.

Petioli angulati, digitales.

Glandulae duae ſupra baſin folii, marginales, emarginatae.

Singulare certe eſt, quod glandulae quaſi excifae in ipſo margine ſitae ſint.

Flores racemoſi, maſculi terminales, feminei inferiores.

Racemus axillaris, laxus, angulatus, glaber, palmaris et ſpithamaeus.

Perianthium 1-phyllum, profunde 5-partitum: *laciniae* lanceolatae, glabrae, patulae.

Petala quinque, alba, lanata, longitudine calycis.

Filamenta circiter 12, filiformia, alba, longitudine corollae.

Antherae ovatae, didymae, flavae.

Corolla floris feminei nulla.

Germen ſuperum, ovatum villoſum.

Styli 5, filiformes, ſtigmatibus ſimplicibus, obtuſis.

Capſula triquetra, obtuſa, villoſa, cinerea, 3-valuis, 3-locularis.

Semina ſolitaria.

Differt a C. *glanduloſo*:

1. fructibus pedunculatis.
2. foliis acutis, glabris.

C. fo-

Iaponi-cum. C. foliis indiviſis trilobisque ovatis acuminatis integris glabris. vid. Tab. 28. et 29.
Iaponice: Fako, vulgo Kaſiwa. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 884.
Creſcit prope Nagaſaki, in Papenberg, Viſchers Eyland, Koſido, alibi.
Floret Iulio, Auguſto.
Caulis ſubangulatus, inferne nudus, ſuperne tomentoſus, ſimplex, pedalis et ultra.
Folia alterna, petiolata, indiviſa et triloba, ovata, acuminata, integra, glabra, ſupra viridia, ſubtus flaveſcentia, venoſo-reticulata, ſuperioribus ſenſim minoribus, ſupremis tomentoſis.
Flores terminales, ſpicati.
Spica pedunculata, tomentoſa, digitalis.

variega-tum. C. foliis lanceolatis integris glabris petiolatis pictis.
Croton variegatum. Linn. ſp. Pl. p. 1424.
Creſcit in inſula Nipon.


RICINUS.

communis. R. foliis peltatis ſubpalmatis ſerratis.
Ricinus communis. Linn. ſpec. Pl. p. 1430.
Iaponice: Fima, vulgo Too Goma i. e. Goma chinenſis, it. Karagi et Karagaſju. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 790.
Creſcit prope Nagaſaki.
Semina huius cum Moxa et atramento japonico optime contuſa thecae parvulae induntur, quae panno ſericeo ſuperinducitur: qui dum oleo illinitur, infra conditi pulueres humectantur. Huic thecae imprimuntur litterae et ſigilla, e cornu artificioſa manu confecta, pro ſignandis chartis. Dum pannus ſiccatur, iterum oleo illinitur.

POLY-



CROTON *japonicum*.



CROTON *japonicum*.

POLYANDRIA.

ALCEA.

roſea. A. foliis ſinuato-angulatis.

Alcea roſea. Linn. ſp. Pl. p. 966.

Iaponice: Fujoo, ſive Fjoo, vulgo Kibatſiſſo. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 858.

Creſcit ubique culta.

Floret Iunio, Iulio.

Variat floribus albis, rubris, plenis et ſimplicibus.

MALVA.

mauritiana. M. caule erecto herbaceo, foliis 5-lobis obtuſis, pedunculis petiolisque glabriuſculis.

Malva mauritiana. Linn. ſpec. Pl. p. 970.

Iaponice: Ki, vulgo Awoi, Ko Awoi et Kara Awoi. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 858.

Creſcit vulgaris, culta.

Floret Maio, Iunio.

Variat α) floribus rubris, maioribus.

β) floribus albis, minoribus.

Ex huius foliis radicalibus deſumtum fuit ſigillum Caeſaris Cubo, quod repraeſentat folia tria oppoſita, petiolis extrorſum verſis.

GOSSYPIUM.

herbaceum. G. foliis 5-lobis ſubtus eglanduloſis, caule herbaceo.

Goſſypium herbaceum. Linn. ſyſt. Nat. Tom. 2. p. 522. Spec. Plant. p. 975.

Iaponice: Watta, it. Watta no Ki.

Creſcit cultum iuxta Nagaſaki, in inſula Nipon et alibi, ex aliis regionibus huc allatum.

Floret Auguſto, Septembri.

Radix annua, fibroſa.

Lana goſſypina pro linteis et veſtimentis heic uſitatiſſima.

HIBIS-

HIBISCVS.

mutabilis. H. foliis cordato-quingangularibus obſolete ſerrati caule arboreo.
Hibiſcus mutabilis. Linn. ſp. Pl. p. 977.
Iaponice: Fujoo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 858.
Creſcit iuxta Nagaſaki, Iedo.
Floret Septembri.

ſyriacus. H. foliis cuneiformi-ovatis ſuperne inciſo-dentatis, caule arboreo.
Hibiſcus ſyriacus. Linn. ſp. Pl. p. 798.
Iaponice: Kin, vulgo Mukunge. Kaempf. Am. exo Faſc. V. p. 978.
Creſcit ubique cultus pro ſepibus viuis.
Floret Iulio, Auguſto.

Manibot. H. foliis palmato-digitatis ſeptem partitis, caule petiolisque inermibus.
Hibiſcus Manihot. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 524. Sp Pl. p. 980.
Iaponice: Sjuki, vulgo O Renj, it. Kooſo et Aki Awoi i. e. Awoi autumnalis. Kaempf. Am. ex. Faſc. II p. 474. it. Faſc. V. p. 858. et Hiſtor. Iapon. p. 45 fig. ibid.
Creſcit iuxta Nagaſaki, alibi.
Floret Septembri, Octobri.
Mucilago radicis contuſae ad conſiſtentiam chartae conciliandam adhibetur.

CAMELLIA.

Iaponica. C. foliis acute ſerratis acuminatis.
Camellia japonica. Linn. ſp. Pl. p. 982.
Iaponice: Tſubaki vulgo, it. Sa et Sjun, San, Dſiſi et Iamma Tſubaki.
Sa et Sjun, vulgo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 850. fig. p. 851.
San Sa, vulgo Iamma Tſubaki. Kaempf. Am. ibid.
Dſiſi. Tſubaki hortenſis. Kaempf. ibid. p. 852.

Tſubaki.

Flor. Jap. p. 273. Tab. 30.



CAMELLIA Saſanqua.

Tſubaki. Kaempf. Am. ibid. p. 853.
Creſcit ubique vulgatiſſima, in ſylvulis et hortis.
Floret ab Octobri usque in Aprilem.
Ramulis adhaeret ſaepe Pupa inſecti, quae Iino Figuri, i. e. teſticulus avis, ob ſimilitudinem, vocatur.
Vaſta et alta eſt arbor, multum Iaponenſibus in deliciis habita, ob elegantiam magnorum et colore etiam valde variantium florum, atque folia ſemper virentia.
Variat I. floribus ſimplicibus et plenis.
II. albis, rubris et purpureis.

Saſanqua. C. foliis obtuſe ſerratis emarginatis. vid. ſubnexam Tab. 29.
Iaponice: Saſankwa. Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 853.
Creſcit prope Nagaſaki.
Floret Novembri.
Caulis: arbor mediocris.
Rami teretes, alterni, cinerei, patentes.
Ramuli laxi, villoſi, rufeſcentes.
Folia alterna, petiolata, ovata, obtuſa, ſubdiſticha, obſolete ſerrata, ſupra ſaturate viridia, nitida, ſubtus pallidiora, glabra, erecta, coſta craſſa, pollicaria.
Petioli ſemiteretes, adpreſſi, ſemilineam longi.
Flores in ultimis ramulis terminales, ſolitarii, ſeſſiles, ſpecioſi, albi.
Perianthium 5 phyllum, raro 6 phyllum: *foliola* inaequalia, ovata, obtuſiſſima, imbricata, concava, glabra, vireſcentia, corolla multo breviora, decidua.
Corolla 5-petala, raro 6 vel 7-petala, nivea, decidua.
Petala obovata, ſub apice carinata, emarginata, concava, unguicularia vel ultra.
Filamenta plurima, receptaculo inſerta, infima baſi connata, dein libera, filiformia, erecta, corolla breviora.
Antherae ovatae, ſtriatae, flavae.
Germen ſuperum, ovatum, ſquamoſum.
Stylus unicus, filiformis, ſemiunguicularis.
Stigmata tria, ſimplicia, filiformia, obtuſa, vireſcentia.

 Capſu-

Capſula obovato-conica, obſolete triangularis, obtuſa, denſe villoſa.

Differt a C. *japonica*: I. foliis tenuioribus, anguſtioribus, obſolete ſerratis.

II. floribus multoties minoribus, petalis oblongis emarginatis.

III. caule longe minori et graciliori.

Stamina interdum connata in plures phalanges videntur.

Folia in umbra ſiccata odorem ſuauem ſeruant; ideoque decoctum illorum ſeminis in vſu eſt pro lavacro capillorum. *Etiam* Theae adduntur, pro concilianda odoris gratia.

Adeo ſimilis arbuſcula eſt Theae, ut nihil fere, niſi ſtamina connata, diſtinguat, licet haec nota vix ſufficere videatur, cum ſtamina infima baſi tantum connata et quandoque diſtincta appareant.

PINUS.

ſylveſtris. P. foliis geminis: primordialibus ſolitariis glabris.
Pinus ſylveſtris. Linn. ſpec. Pl. p. 1418

Iaponice: Sjo, vulgo Maats, it. Maats Kuſa, cuius varietates ſunt Fuſji Maats, Aka Maats, O Maatſime Maats, Gojono Maats.

Sjo, vulgo Maats. Kaempf. Amoen. exot. Faſcic. V. p. 883.

Creſcit ubique in montibus, hortis, ſyluulis, vulgatiſſima.

Colitur ſaepe, et quo magis monſtroſa, eo Iaponenſibus pulchrior, ramis ſaepe plures ulnas extenſis.

Pro variis ſcriniis, thecis et aliis rebus conficiendis, ſaepe etiam vernice obducendis, lignum huius arboris adhibetur, albedine multum ſuperans illud, quod e pinis ſylveſtribus Europae borealis habetur.

Carbones etiam ex hoc ligno conficiuntur, pro calefaciendis per hiemem cameris.

Cembra. P. foliis quinis laevibus.
Pinus Cembra. Linn. ſp. Pl. p. 1419.

Iapo-

Iaponice: Gojo Maats.
Creſcit prope Iedo, alibi.

Strobus. P. foliis quinis margine ſcabris, cortice laevi.
Pinus Strobus. Linn. ſp. Pl. p. 1419.
Creſcit in montibus Fakoniae.

Larix. P. foliis faſciculatis obtuſis.
Pinus Larix. Linn. ſp. Pl. p. 1420.
Iaponice: Seoſi, vulgo Kara Maats, Kara maats nomi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 883.
Creſcit in montibus Fakoniae.

Abies. P. foliis ſolitariis ſubulatis mucronatis laevibus bifariis.
Pinus Abies. Linn. ſp. Pl. p. 1421.
Creſcit in ipſa urbe Iedo, arbor forſan in his terris rarior, quam reliquae ſpecies.

TAXUS.

baccata. T. foliis ſolitariis linearibus cuſpidatis approximatis.
Taxus baccata. Linn. ſp. Pl. p. 1472.
Iaponice: Kja Raboku, it. Momi no Ki.
Creſcit prope Nagaſaki et alibi, vulgaris arbor.

nucifera. T. foliis ſolitariis linearibus cuſpidatis remotis.
Taxus nucifera. Linn. ſp. Pl. p. 1472.
Iaponice: Fi, vulgo Kaja. Kaempf. Amoen. exot. Faſc. V. p. 814. fig. p. 815.
Creſcit hinc inde prope Nagaſaki et in Nipon.
Fructus ſimilis glandibus, quercinis et adſtringens eſt; ideo Interpretes Iaponici, cum in aula caeſarea diutius conſidere cogantur, illos comedunt, ad coarcendam, ut dicunt, urinam. *Locum* inter Acrodrya menſae ſecundae obtinet. *Dicitur* valde ſanus eſſe, et licet fauces adſtringat, alvum tamen laxare. *Expreſſum* oleum coquinae expetunt, praeſertim Monachorum Sinenſium, qui Nagaſaccae vivunt.

macro-phylla. T. foliis ſolitariis lanceolatis remotis.
Iaponice: Sin, vulgo Maki ſeu Fon Maki. Kaempf. Am. exot. Faſcic. V. p. 780.
Creſcit prope Nagaſaki alibique vulgaris.
Floret Iunio.
Fructus maturus Ianuario.
Rami arboris teretes, a caſu foliorum nodoſi, flexuoſi, erecti, cinerei, glabri.
Folia ſparſa, elliptica, integra coſta craſſa, glabra, ſupra viridia, ſubtus pallida, patula, digitalia.
Flores inter folia axillares, dioici.
Amentum maſculum cylindricum.
Bacca ovata, glabra, viridis, magnitudine piſi maioris, 1-locularis, 1-ſperma, ſiccatione nigreſcens.
Semen unicum, baccam replens, ovatum, album.
E ligno ſcrinia et thecae conficiuntur.

verticil-lata. T. foliis verticillatis linearibus falcatis.
Iaponice: Ken Sin, it. Sen Bakf, vulgo Inu Maki. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 780.
Arboris rami teretes, glabri, cinerei.
Folia ſeſſilia, verticillata, circiter octona, linearia, obtuſa, falcata, integra, glabra; ſupra viridia, convexa, ſulco medio; ſubtus concava, margine lineisque duabus elevatis, pallida; patentia, digitalia et ultra.

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

FUMARIA.

bulboſa. F. caule ſimplici, bracteis longitudine florum.
Fumaria bulboſa. Linn. ſpec. Pl. p. 983.
Iaponice: Nonigi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 909.
Creſcit hinc inde.

lutea. F. ſiliquis teretibus, caulibus decumbentibus: angulis obtuſis.
Fumaria lutea. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 530. Mantiſſ. 2. 258.
Iaponice: Nonigi altera. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 910.
Herba debilis, decumbens, glabra.
Flores laterales, ſpicati, nudi, pauci, pallide lutei.
Corollae calcar rotundatum.

officinalis. F. pericarpiis monoſpermis racemoſis, caule decumbente.
Fumaria officinalis. Linn ſp. Pl. p. 984.
Iaponice: Karas no Ninſin, it. Fingoſakſ.
Creſcit ubique vulgaris.
Floret Maio, Iunio, Iulio.

OCTANDRIA.

POLYGALA.

vulgaris. P. floribus criſtatis racemoſis, caulibus herbaceis ſimplicibus decumbentibus, foliis lineari lanceolatis.
Polygala vulgaris. Linn. ſp. Pl. p. 986.

Iaponice: Fime Fagi, it. Onſi.

Creſcit iuxta Iedo, in Fakona alibique locis montoſis.

Floret Maio.

DECANDRIA.

SPARTIUM.

purgans. S. ramis teretibus ſtriatis, foliis lanceolatis ſubſeſſilibus pubeſcentibus.

Spartium purgans. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 535.

Iaponice: Iennis Da.

Creſcit iuxta Miaco.

Floret Iunio.

AMORPHA.

fruticoſa. Amorpha.

Amorpha fruticoſa. Linn. ſp. Pl. p. 1003.

Creſcit in inſula magna Nipon.

Floret Maio, Iunio.

PHASEOLUS.

vulgaris. P. volubilis floribus racemoſis geminis, bracteis calyce minoribus, leguminibus pendulis.

Phaſeolus vulgaris. Linn. ſp. Pl. p. 1016.

Colitur in regionibus Nagaſaki, in Dezima et alibi.

radiatus. P. caule erecto tereti, floribus capitatis, leguminibus cylindricis horizontalibus.

Phaſeolus radiatus. Linn. ſp. Plant. p. 1018. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 546.

Iaponice: Vulgo Atſugi. it. Too, Sjiroſaſagi et Kuroſaſagi.

Too.

Too, vulgo Atſugi. Kaempf. Amoen. ex. Faſc. V. p. 837.

Creſcit iuxta Nagaſaki et alibi, multum quoque cultus.

Floret Septembri, Octobri, Novembri.

Duplex huius eſt varietas:

α) ſeminibus albis, Sjiroſaſagi dictus et

β) ſeminibus nigris, Kuroſaſagi Iaponenſibus appellatus.

Uti prior, heic ſemper edulis.

DOLICHOS.

ungui-culatus. D. volubilis leguminibus capitatis ſubcylindricis: apice recurvo concavo.

Dolichos unguiculatus. Linn. ſp. Pl. p. 1019.

Iaponice: Koo, vulgo Saſagi ſeu Naga Saſagi, it. Sjiro Saſangi.

Koo, vulgo Saſagi, it. Sjiro Saſangi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 836.

enſifor-mis. D. volubilis leguminibus gladiatis dorſo tricarinatis, ſeminibus arillatis.

Dolichos enſiformis. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 547. ſp. Pl. 1022.

Iaponice: Faſjo Mame.

Caulis volubilis vel ſaltem ſcandens, flexuoſus, glaber.

Folia ternata, glabra; *Foliola* lato-ovata, acuminata, trinervia, nervoſa, integra, glabra: *intermedio* longius petiolato et maiore.

Stipulae in baſi petioli et ſub folio impari ſetaceae.

Legumina acinaciformia, cuſpidata, dorſo tricarinata, utroque margine criſpa, ſuperius latiora, glabra.

lineatus. D. volubilis; leguminibus racemoſis oblongis tricarinatis.

Iaponice: Reedſu, vulgo Faſjo Mame. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 836.

Creſcit circum urbem Nagaſaki et alibi, inque littore Koſido.

Fructus maturus Octobri.

Caulis volubilis vel ſcandens, herbaceus, ſubangulatus, glaber.

Folia ternata, glabra. *Foliola* ovata, obtuſa cum acumine obſolete integra, lineata, aequalia, ſeſquipollicaria; lateralia breviter, intermedium longe petiolatum.

Stipulae minimae, ſetaceae.

Flores racemoſi.

Legumen oblongum, anterius rotundatum, dorſo rectum, trilineatum lineis lateralibus maioribus, acutum, glabrum, bipollicare.

Differt a. D. *enſiformi*:

I. foliis ovato oblongis, nec gibbis; obtuſis, nec acutis; craſſis et lineato-nervoſis, nec trinerviis.

II. leguminibus dorſo rectis, oblongis; nec acinaciformibus criſpis.

incurvus. D. volubilis leguminibus ſolitariis incurvis tricarinatis.

Iaponice: Toodſu, vulgo Natta mame. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 836.

Creſcit circum Nagaſaki.

Fructus maturus Octobri.

Caulis herbaceus, volubilis, ſtriatus, glaber.

Folia ternata, glabra. *Foliola* oblonga, acuta, integra, glabra, ſubtus pallidiora, nervoſa, duos pollices lata,

lata, palmaria, aequalia; lateralia breviſſime, intermedium longius pedunculatum.

Flores axillares, ſolitarii, pedunculati.

Pedunculus teres, apice circumflexus, glaber.

Legumen enſiforme, incurvatum, acuminatum acumine incurvo, dorſo lineis tribus longitudinalibus, glabrum, ſpithamaeum.

Differt I. a. D. *enſiformi*: I. floribus axillaribus, ſolitariis.

II. foliis oblongis nec latere altero gibbis.

III. leguminibus incurvis; nec acinaciformibus, recurvis.

IV. pedunculo circumflexo.

II. a D. *lineato*: a) foliis baſi latis, ſenſim acuminatis, trinerviis, tenuioribus.

b) legumine inflexo, enſiformi, acuminato, undulato, ſolitario.

polyſtachyos. D. volubilis caule perenni, racemis longiſſimis, pedicellis geminis, leguminibus acuminatis compreſſis.

Dolichos polyſtachyos. Linn. ſp. Pl. p. 1022.

Japonice: Too, vulgo Fudſi, Fuſji et Ko Fuſi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 856.

Creſcit hinc inde, ſaepe cultus, pro domibus vivis.

Floret menſibus aeſtivalibus.

Caulis fruteſcens, perennans; ſupra teres, volubilis, glaber, longiſſimus et ſcandens.

Folia alterna, pinnata cum impari, glabra.

Foliola ſubſexjuga, oppoſita, breviſſime petiolata, ovata,

ta, acuminata, integra, glabra, ſubtus pallida, pollicaria, impari longius petiolato.

Flores ex eadem cum foliis gemma, racemoſi.

Racemus longus, ſaepe pedalis.

Pedicelli ſparſi, oppoſiti et alterni, breves, uniflori.

Variat corollis albis et purpureis; ſiliquis maioribus hirſutis et minoribus glabris.

Soja. D. caule erecto flexuoſo, racemis axillaribus erectis, leguminibus pendulis hiſpidis ſubdiſpermis.

Dolichos Soja. Linn. ſp. Pl. p. 1023.

Iaponice: Daidſu ſeu Mame. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 837. fig. p. 838.

Miſo ſemina communiſſime appellantur.

Creſcit prope Nagaſaki alibique, ſaepe cultus.

Floret Auguſto, Septembri.

Radix annua, fibroſa.

Caulis erectus; inferne teres, glaber; ſuperne ſtriatus, valde hirſutus, pedalis et ultra.

Folia petiolata, ternata, hirſuta. *Foliola* petiolata, ovata, obtuſa cum acumine, integra, intermedium longius petiolatum et maius, pollicaria.

Petiolus ſtriatus, hirſutus, digitalis.

Flores axillares, racemoſi, purpurei.

Racemi breves, erecti, hirſuti, unguiculares.

Semina quotidie in iuſculis adhibentur et communiſſimum Iaponenſium ferculum, ſaepe ter de die, conſtituunt.

Soja Iaponenſium, quae Kitjap chinenſium praefertur, e ſeminibus huius praeparatur, et plurima fercula atque embemmata tantum non omnia ingreditur, viceque Salis marini contuſi fungitur.

GLY-

GLYCINE.

monoica. G. foliis ternatis nudiuſculis, caule piloſo, racemis pendulis, floribus fructiferis apetalis.

Glycine monoica. Linn. ſp. Pl. p. 1023.

Iaponice: No Mame, it. Iabu Mame.

Creſcit circum Nagaſaki.

villoſa. G. foliis ternatis trilobis villoſis, racemis axillaribus.

Caulis filiformis, angulatus, volubilis, flexuoſus, uti tota planta tomentoſus.

Folia petiolata, ternata. *Foliola* omnia, imprimis intermedium, triloba, acuta, nervoſa, ſemipollicaria; intermedium maius et longius petiolatum.

Flores axillares, racemoſi.

Racemus pedunculatus, floribus 2, 4 ſeu 5.

Legumen etiam tomentoſum.

Differt a G. *tomentoſa*, florum racemis pedunculatis.

PISUM.

ſativum. P. petiolis teretibus, ſtipulis inferne rotundatis crenatis, pedunculis multifloris.

Piſum ſativum. Linn. ſpec. Plant. p. 1026.

Iaponice: Wan, vulgo Nora Mame.

Colitur in Iaponiae regionibus pluribus.

maritimum. P. petiolis ſupra planiuſculis, caule angulato, ſtipulis ſagittatis, pedunculis multifloris.

Piſum maritimum. Linn. ſp. Pl. p. 1027.

Iaponice: Iendo, Deibi et Deubo.

Creſcit in inſula Nipon, iuxta vias.

Floret Martio, Aprili, Maio.

Planta tota glabra floribus coeruleis.

VICIA.

VICIA.

ſativa. V. leguminibus ſeſſilibus ſubbinatis erectis, foliis retuſis, ſtipulis notatis.

Vicia ſativa. Linn. ſp. Pl. p. 1037.

Creſcit hinc inde in inſula Nipon et prope Nagaſaki.

Faba. V. caule erecto, petiolis absque cirris.

Vicia Faba. Linn. ſp. Pl. p. 1039.

Iaponice: Sandſu, vulgo Sora Mame. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 836.

Creſcit culta prope Nagaſaki alibique vulgaris.

Floret Aprili, Maio.

ERVUM.

tetraſpermum. E. pedunculis ſubbifloris, ſeminibus globoſis quaternis.

Ervum tetraſpermum. Linn. ſp. Pl. p. 1039.

Iaponice: No Iendo.

Creſcit iuxta vias, ubique vulgatiſſimum.

Floret Aprili, Maio.

HEDYSARUM.

microphyllum. H. foliis ternatis ovatis villoſis, caule fruteſcente erecto glabro, floribus terminalibus paniculatis.

Iaponice: Inu Ganeb.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Floret Auguſto, Septembri.

Caulis fruteſcens, filiformis, purpureus, glaber, erectus, ramoſus.

Rami alterni, frequentes, erecti, cauli ſimiles, ramuloſi.

Ramuli

Ramuli capillares, breves, reflexi, uti rami fere toti tecti ſtipulis.

Folia petiolata, ternata. *Foliola* ovata, acuta, integra, nervoſa; ſupra glabra, viridia; ſubtus villoſa, pallida; lateralia breviſſime petiolata, intermedium longius petiolatum.

Petioli capillares, purpurei, glabri, lineam longi.

Stipulae ſeſſiles, ovatae, ſubulatae, membranaceae, frequentes.

Flores in ramulis terminales, ſubpaniculati.

Panicula pedicellis capillaribus, alternis vel ſubdichotomis, flexuoſis, purpureis, hiſpidis.

Calyx hirſutus. *Corolla* purpurea.

Legumina triarticulata, compreſſa, villoſo ſcabra.

Differt I. ab II. *ſtipulaceo*:

α) cauſe fruteſcente, erecto.

β) floribus ſubracemoſis.

γ) foliis ovatis, acutis, villoſis.

II. a *Marilandico*: leguminibus ſcabris.

III. a *fruteſcente*: caule glabro.

IV. a *repente*: florum racemis terminalibus.

racemoſum. H. foliis ternatis oblongis ſtipulatis glabris, caule fruteſcente erecto, racemis axillaribus erectis longiſſimis, leguminibus glabris.

Japonice: Skin T'ſuta, it. Iamma Misfiki.

Caulis fruteſcens, erectus, glaber, ramoſus.

Rami alterni, angulati, glabri, purpurei, erecti.

Folia alterna, petiolata, ternata: *Foliola* petiolata, intermedium longius, ovato-oblonga, acuta, integra, patentia, ſupra viridia, ſubtus caneſcentia, lateralia minora, intermedium duplo maius.

Petiolus filiformis, glaber, pollicaris.

Stipu-

Stipulae duae, ſetaceae, ſemilineam longae inter folia duo lateralia et intra impar.

Racemi axillares, ſaepe plures, palmares et ultra, erecto-patentes, capillares, glabri.

Pedicelli ſolitarii vel bini, uniflori, breviſſimi, capillares.

Legumina? compreſſa, acuminata, laevia.

Calyx et corolla glabra.

Valde ſimilis eſt *Hedyſaro viridifloro*; differt vero

α) racemis axillaribus, nec terminalibus.

β) leguminibus acutis et laevibus, nec aſperis et obtuſis.

γ) ſtipulis ſetaceis in petioli communis parte ſuperiori.

caudatum. H. foliis ternatis oblongis glabris, caule herbaceo, panicula terminali, leguminibus tomentoſis.

Caulis herbaceus, erectus, glaber, ſimplex, pedalis vel ultra.

Folia petiolata, erecta, ternata. *Foliola* oblonga, acuta, integra, nervoſa, glabra; lateralia breviſſime petiolata, minora; intermedium longius petiolatum, maius; ſeſquipollicaria.

Petiolus ſemiteres, canaliculatus, pollicaris.

Stipulae ad baſin petioli, inter folia lateralia et ſub impar, duae, ſetaceae,

Flores terminales, paniculati.

Panicula contracta, villoſa, nutans, ſpithamaea.

Calyx hirſutus. *Corolla* purpurea.

Legumen ſublineare, ferrugineo-tomentoſum

Similis valde H. *gangetico*, ſed folia huic ternata.

tomentoſum. H. foliis ternatis ſubtus tomentoſis, caule angulato tomentoſo; racemis axillaribus.

Iapo-

Iaponice: Inu Fagi.

Planta tota, excepta pagina ſuperiori foliorum, tomentoſa.

Caulis herbaceus, angulatus, flexuoſus, erectus, pedalis et ultra.

Folia petiolata, ternata: *Foliola* ovato-oblonga, obtuſa cum acumine, integra, marginata, lineato-nervoſa; lateralia breviſſime petiolata, duplo minora: terminale pollicare.

Petiolus ſulcatus, erectus, pollicaris.

Stipulae ad baſin petioli duae, baſi latae, ſetaceae.

Racemi florum axillares.

hetero-carpon. H. foliis ternatis, floribus paniculato-ſpicatis, leguminibus articulatis; infimo monoſpermo, ſtipulis ſetaceis.

Hedyſſarum heterocarpon. Linn. ſp. Pl. p. 1054. ſyſt. Nat. Tom. 2. p. 561.

Caulis herbaceus, ſtriatus, glaber, cernuus, bipedalis et ultra.

Folia glabra, ternata: *Foliola* oblonga, obtuſa cum acumine, integra, nervoſa, glabra, ſupra viridia, ſubtus pallida, patentiſſima, pollicaria, impari maiori et longius petiolato.

Flores racemoſi, incarnati.

Racemi axillares, frequentes, patenti-cernui, palmares.

Stipulae foliorum pedunculorumque ſetaceae.

ſeri-ceum. H. foliis ternatis emarginatis villoſis, caule fruteſcente erecto, floribus axillaribus ſolitariis.

Iaponice: Medo Fagi.

Creſcit in Koſido, prope Nagaſaki, inque Satſuma.

Floret Septembri, Octobri.

Caulis fruteſcens, multiſtriatus; erectus, angulis villoſus, bipedalis et ultra, ramoſus.

Rami

Rami alterni, frequentiſſimi, virgati, erecti, ſubramuloſi, cauli ſimiles.

Folia frequentiſſima, breviter petiolata, ternata, utrinque ſericeo-tomentoſa. *Foliola* oblonga, interne attenuata, retuſa cum acumine, ſubſeſſilia, erecta ſemipollicaria; intermedium longius.

Stipulae ſetaceae.

Flores axillares, ſolitarii, breviſſime pedunculati.

Calyces ſerico-tomentoſi.

Differt ab H. *ſtriato*: I. ſtipulis ſetaceis, non adpreſſis.
II. foliis longioribus, retuſis, ſericeis, non ſtriatis.
III. caule ſtricto, fruteſcente.

virgatum. H. foliis ternatis obtuſis cum acumine, caule angulato piloſo, pedunculis capillaribus trifloris.

Caulis herbaceus, angulatus angulis piloſis, erectus, purpuraſcens, ramoſus.

Rami alterni, filiformes, angulati, piloſi, erecto-patentes, virgati.

Folia ternata, breviſſime petiolata. *Foliola* breviſſime petiolata, ovata, obtuſa cum acumine ſetaceo, integra margine reflexo, lineata; ſupra viridia, glabra; ſubtus pallida, piloſa; intermedium maius; ſemiunguicularia.

Flores axillares, pedunculati.

Pedunculi capillares, piloſi, apice triflori, patenti-reflexi, pollicares.

piloſum. A. foliis ternatis ovatis acuminatis, caule decumbente hirto, racemis axillaribus.

Iaponice: No-Fagi, it. Mame Tſuta.

Creſcit in Papenberg, Koſido et prope Nagaſaki.

Floret Septembri.

Caulis herbaceus, filiformis, decumbens, valde piloſus, parum

parum ramoſus: *ramis* alternis, brevibus, cauli ſimilibus.

Folia ternata, petiolata, utrinque villoſa. *Foliola* breviter petiolata, ovata, obtuſa cum acumine ſetaceo, patentia, vix unguicularia; impari paullo maiore et longius petiolato.

Flores axillares, racemoſi racemo ſubquadrifloro.

Pedunculus capillaris, vix longitudine petioli.

Corollae purpureae.

ſtriatum. H. foliis ternatis oblongis ſtipulatis, caule herbaceo, floribus axillaribus ſolitariis.

Japonice: Fime Fagi.

Caulis herbaceus, polygonus, piloſus, erectiuſculus, debilis, ramoſus, pedalis et ultra.

Rami alterni, virgati, frequentes, patentes, ſimplices.

Folia breviter petiolata, ſtipulata, ternata. *Foliola* oblonga, obtuſa, ſubretuſa, ſetula acuminata, integra, parallelo-ſtriata, glabra linea dorſali piloſa, unguicularia; intermedium vix maius.

Stipulae ad baſin petioli ovatae, membranaceae, ferrugineae, adpreſſae.

Flores axillares, ſolitarii, pedunculati.

Pedunculus ex axillis foliorum breviſſimus, uniflorus.

Calyx piloſus corolla purpuraſcente.

incanum. H. foliis pinnatis exſtipulatis ſubtus incanis, caule erecto, floribus racemoſis cernuis.

Japonice: Ko Fuſi.

Caulis herbaceus, teres, purpuraſcens, erectus, glaber.

Folia pinnata cum impari. *Foliola* breviſſime petiolata, ſubquadrijuga, oblonga, acuta, ſeta terminata, integra, ſupra viridia, ſubtus incana, glabra, patentia, pollicaria, ſuperiora paullo maiora.

Flores axillares, racemoſi, incarnati.

Racemi ſpithamaei pedunculis cernuis.

Differt ab *H. obſcuro*, quod ſtipulae huic omnino nullae.

INDIGOFERA.

tincto-ria. I. foliis pinnatis obovatis, racemis brevibus, caule ſuf-
fruticoſo.
Indigofera tinctoria. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 564.
Caulis ſuffruticoſus, filiformis, ſubflexuoſus, angulatus,
glaber, erectus, ſeſquipedalis, ſuperne parum ra-
moſus.
Rami cauli ſimiles, alterni, erecti.
Folia pinnata cum impari. *Foliola* quadrijuga et ultra,
obovata, obtuſiſſima cum acumine, glabra, ſubtus
tenuiſſime villoſa, ſemiunguicularia, ſubaequalia.
Racemi ex axillis foliorum, initio floreſcentiae folio
multo breviores, dein excreſcentes, longiores.
Legumina cernua, ſubteretia, acuta, recta, tenuiſſime
villoſa.
Variant valde ſpecimina huius in plurimis Indiae orien-
talis locis lecta, ſi modo omnia pro eadem ſpecie
habenda, e Madagaſcaria, Iava et Ceilona:
I. leguminibus rectis vel arcuatis, villoſis vel glabris.
II. foliis quadrijugis, quinquejugis et octojugis, ma-
ioribus vel minoribus, magis vel minus villoſis.
III. caule altiore vel breviore, maius hirſuto vel
glabro.

ASTRAGALUS.

ſinicus. A. cauleſcens proſtratus, umbellis pedunculatis, legu-
minibus priſmaticis triquetris erectis apice ſubu-
latis.
Aſtragalus ſinicus. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 568.
Mantiſſ. p. 103.
Iaponice: Gegebanna.
Creſcit in marginibus viarum vulgatiſſimus.
Floret Martio, Aprili, Maio.
Flores potius umbellati, terminales, ſcapo ſubnudo.

TRIFOLIUM.

Lupina-ſter. T. capitulis dimidiatis, foliis quinatis ſeſſilibus, legu-
minibus polyſpermis.

Trifo-

Trifolium Lupinaſter. Linn. ſpec. Plant. p. 1079.
Creſcit iuxta Oſacca, alibique cultum.
Floret Maio, Iunio.

LOTUS.

corniculatus. L. capitulis depreſſis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis patentibus.
Lotus corniculatus. Linn. ſp. Pl. p. 1092.
Creſcit in inſula Nipon, vulgaris.
Floret Iunio.

MEDICAGO.

polymorpha. M. leguminibus cochleatis, ſtipulis dentatis, caule decumbente.
Medicago polymorpha. Linn. ſp. Pl. p. 1097.
Creſcit in inſula Nipon.
Floret Iunio.
Fructus non vidi, ſic ut varietatem determinare non potuerim.

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA.

ICOSANDRIA.

CITRUS.

Iaponi-ca C. petiolis alatis, foliis acutis, caule fruticoſo.

Iaponice: Kin Kan, vulgo Fime tats banna. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 801.

Creſcit hinc inde et ſaepe cultus habetur fruticulus.

Caulis fruticoſus, compreſſo-ſubangulatus, erectus, glaber, vix pedalis.

Rami et ramuli alterni, compreſſo-angulati, ſpinoſi, glabri, erecti, virides.

Spinae ſolitariae, axillares in axillis foliorum, erecto patentes.

Folia ſparſa, alato-petiolata, ovata, acutiuſcula, integerrima, concauiuſcula, glabra, ſupra ſaturate viridia, ſubtus pallidiora, erecto patentia, pollicaria, peris tenuiſſimis.

Petioli alati, lineam longi.

Flores axillares, ſaepius ſolitarii, rarius bini, pedunculati, nutantes.

Pedunculus glaber, cernuus, lineam longus.

Perianthium 1-phyllum, viride, glabrum, minimum 5-dentatum.

Petala 5, nivea, oblonga, concaviuſcula, patentia, ſemiunguicularia.

Filamenta 19, ſubulata, compreſſa, erecta, in quinque corpora ſubcohaerentia, connata, cylindrum formantia, corolla breviora, ſubaequalia, nivea.

Antherae oblongae, minutae, flavae.

Germen ſuperum, ſubrotundum, glabrum.

Styli

Stylus unicus, cylindricus, ſtaminibus paullo brevior, albo-vireſcens.

Stigma ſimplex, globoſum, flavum, ſtriatum, intus multiloculare.

Bacca cortice carnoſo, pulpa veſiculoſa, 9 locularis, magnitudine ceraſi.

Diverſa a reliquis Citri ſpeciebus, quod frutex valde ſit parvus et fructus minuti; vix ergo ſub varietatibus Aurantiorum referri poteſt. Proxime accedit ad Citrum medicam floribus axillaribus, ſed differt petiolis alatis; ab Aurantio differt floribus axillaribus, ſolitariis vel binis, nec paniculatis.

Fructus maturi menſibus Decembri et Ianuario, valde dulces, grati et edules.

Aurantium. C. petiolis alatis, foliis acuminatis, caule arboreo.

Citrus Aurantium. Linn. ſyſt. Nat. Tom 2. pag. 580. Eiuſd. ſp. Pl. p. 1100.

Iaponice: α) Iuu, vulgo Fnemp, it. Aje Tats banna. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 801.

Creſcit iuxta Nagaſaki, alibique.

Fructus maturus Novembri, Decembri.

β) Kan', vulgo Kummi Fo; Kits, vulgo Tats banna, aliis Mikan.

Kan, vulgo Kummi Fo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 800.

Kits, vulgo Tats banna. ibid. p. 801.

Hollandis Iaponiam adeuntibus: Narritjes, Sinas Appelen.

Creſcit iuxta Nagaſaki.

Fructus maturus, valde ſapidus et edulis.

decumana. C. petiolis alatis, foliis obtuſis emarginatis.

Citrus decumana. Linn. ſyſt. Nat. Tom. 2. p. 580.

Iaponice: Sabon.

Hol-

Hollandis: Pompelmus appellatur.

Hoſpitatur heic vulgaris, e Batavia allata.

Alae petiolorum latitudine ipſum folium aequant.

Per plures ſeptimanas in navibus fructus ſuſpenſi ſervari poſſunt, ſubacido-dulces, ſitim optime exſtinguentes, magnitudine capitis infantis, pulpa interdum albida, interdum rubra.

trifolia. C. foliis ternatis.

Citrus trifoliata. Linn. ſp. Pl. p. 1101.

Iaponice: Si, Ieſu Ige aliis, it. Ges, Kikokf et Kiſitz, vulgo Karatats banna.

Si, vulgo Karatats banna, aliis Ges. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 801. fig. p. 802.

Creſcit hinc inde ſatis communis iuxta villas.

Floret Aprili ramis aphyllis, usque in Maium, dum folia erumpunt.

Caulis fruticoſus, fere orgyalis.

Rami alterni, compreſſo-angulati, flexuoſi, patentiſſimi, rigidi, glaberrimi, ſpinoſi.

Spinae alternae, baſi dilatatae et compreſſae, patentiſſimae, acutae, glabrae, apice flaveſcentes, pollicares.

Flores ex axillis ſpinarum ſeſſiles, ſolitarii.

Corollae albae, petalis ſtaminibus duplo longioribus.

Frutex ſepes vivas, horrendas format ſpinis longis, rigidis, pungentibus.

Fructus laxans eſt: maturus dicitur Kikokf, immaturus Kiſitz.

POLY

Flor. Iap. p. 295. Tab. 31.



POLYANDRIA.

HYPERICUM.

Patulum. H. floribus pentagynis ſolitariis terminalibus, caule fruteſcente laxo, foliis ovatis margine revolutis.

Iaponice: Bijo Ianagi.

Creſcit in inſula Nipon, ſaepe cultum, alibique.

Floret Iunio, Iulio.

Caulis fruteſcens.

Rami teretes, purpuraſcentes, flexuoſo-adſcendentes, patuli, debiles, glabri.

Folia oppoſita, ſeſſilia, ovata, acuta, integra, margine revoluta, ſubtus ferruginea, ſupra viridia, horizontalia, pollicaria, internodiis duplo longiora.

Flores in ramulis terminales, ſolitarii.

Calycis laciniae ovatae, obtuſiſſimae, glabrae, corolla duplo breviores.

Corolla lutea, ſubtus dorſo rufeſcens.

Styli quinque.

Differt a H. *calycino*: I. foliis minoribus non coriaceis, margine revolutis.
II. caule baſi tantum fruteſcente.
III. ramis laxis, patulis.

Iaponicum. H. floribus trigynis, foliis ſeſſilibus ovatis integris, caule herbaceo tetragono baſi decumbente. vid. Tab. 31.

Iaponice: Fime oto Giri.

Creſcit in inſula Nipon.

Floret Iunio.

Radix fibroſa fibris capillaribus.

Caulis herbaceus, baſi decumbens, dein erectus, tetragonus, glaber, raro ramoſus, apice paniculatus, pedalis.

Rami vel e radice pauci, vel e ſuperiore caule plures, capillares, oppoſiti, erecti, cauli ſimiles.

Folia oppoſita, ſeſſilia, ſubcordata, ovata, obtuſa, integra margine reflexo ſubundulato, glabra; ſubtus nervoſa, pallidiora, punctata; erecta, ſaepe complicata, internodiis breviora, ſemiunguicularia, infima et ſuprema minora.

Flores in axillis paniculae caulinae ſolitarii et terminales, pedunculati, flavi, parvi.

Bracteae ſub paniculae ramis oppoſitae, lanceolatae, acuminatae, integrae, glabrae ſemiunguiculares.

Pedunculi capillares, uniflori, erecti, unguiculares.

Perianthium ad baſin fere 5-partitum: *laciniae* oblongae, acutae, erectae, perſiſtentes, ſemiunguiculares.

Corolla pentapetala. *Petala* oblonga, longitudine calycis.

Filamenta plurima, infima tantum baſi in phalanges plures connata, capillaria, corolla paullo breviora, luteſcentia, antheris rotundis.

Germen ſuperum.

Styli tres, diſtantes, longitudine corollae ſtigmatibus obtuſis.

Capſula oblonga, acuta, glabra, 3-locularis.

Differt I. ab *H. quadrangulo*, quod multoties minus caulis debilis et baſi de-cumbens.

II. *H. perforato*, quod caulis tetragonus, multo minor, debilis et baſi decumbens.

erectum. H. floribus trigynis, foliis amplexicaulibus lanceolatis acutis, caule tereti herbaceo.

Iaponice: Otoginſo.

Creſcit circum Nagaſaki, in montibus.

Floret Auguſto.

Caulis

Caulis herbaceus, teres, erectus, purpureus, glaber, ſimplex vel apice tantum ramoſus.

Rami oppoſiti, ſubfaſtigiati, cauli ſimiles.

Folia oppoſita, amplexicaulia, lanceolata, acuta, integra margine reflexo, venoſa, glabra, cauli ſubadpreſſa; inferiora pollicaria, internodiis longiora; ſuperiora unguicularia, internodiis breviora.

Flores in caule et ramis terminales, ſubternati.

Pedunculi et pedicelli filiformes, cauli ſimiles, folioſi faſtigiati.

Calycis laciniae lanceolatae, glabrae, longitudine fere corollae.

Corolla lutea, ſtaminibus vix longior.

Styli tres.

mono- H. floribus monogynis.
gynum. Hypericum monogynum. Linn. ſp. Pl. p. 1107.

Iaponice: Bioru, vulgo Bijo Ianagi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 845.

Creſcit in Miaco, Oſakka, alibi, ſaepius cultum ob pulchritudinem florum.

Floret Iunio, Iulio.

Caulis fruteſcens, tripedalis, erectus, parum ramoſus.

Rami oppoſiti, pauci, laxi, teretes, glabri, purpurei.

Folia oppoſita, ſeſſilia, ſubamplexicaulia, oblonga, obtuſiuſcula, integerrima, glabra; ſubtus pallidiora, patentia, internodiis longiora, inferiora minora, pollicaria; ſuprema maiora, bipollicaria.

Flores terminales, paniculati.

Panicula trichotoma, decompoſita, id eſt, ter trichotoma, divaricata.

Pedunculi et pedicelli cauli ſimiles.

Bracteae ſub trichotomia oppoſitae, lanceolatae, glabrae.

Perianthium ad baſin fere 5-partitum, patens, parum coloratum, corolla duplo brevius.

Petala 5, oblonga, obtuſa, integra, ſupra flava, ſubtus linea dorſali purpurea, ſubpollicaria.

Filamenta plurima, baſi in plura corpora connata, capillaria, longitudine corollae.

Antherae rotundae, minutae.

Germen ſuperum, ovatum, glabrum.

Stylus unicus, filiformis, longitudine corollae.

Stigmata quinque, obtuſa, patentia.

CLAS-

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

AEQVALIS.

PICRIS.

Iaponica. P. perianthiis hiſpidis, foliis dentatis, pedunculis ſubaphyllis hiſpidis.

Iaponice: Koſorinna, it. Makajaſi.

Creſcit in Fakoniae montibus.

Floret Aprili, Maio.

Caulis teres, ſtriatus, hiſpidus, erectus, paniculatus, bipedalis.

Folia alterna; infima ſubpetiolata, attenuata, digitalia; ſuperiora ſeſſilia, pollicaria; omnia lanceolata, acuta, dentata, utrinque piloſa.

Florum panicula ſubfaſtigiata.

Pedunculi alterni, aphylli, hiſpidi, longi.

Pedicelli ſubſecundi, aphylli, hiſpidi, cernui.

Perianthium duplex, erectum, hiſpidum.

Corollae luteae.

Pappus plumoſus ſeminibus oblongis, rugoſis.

SONCHUS.

oleraceus. S. pedunculis tomentoſis, calycibus glabris.

Sonchus oleraceus. Linn. ſp. Pl. p. 1116.

Iaponice: Fſitſikuſa.

Creſcit iuxta Nagaſaki, ubique in Dezima alibique vulgatiſſimus.

Floret a Maio usque in Octobris menſem.

LACTU-

LACTUCA.

ſativa. L. foliis rotundatis caulinis cordatis, caule paniculato.

Lactuca ſativa. Linn. ſp. Pl. p. 1118.

Iaponice: Kantats, vulgo Futſu Kuſa, it. Too Tſiſa. Kaempf. Amoen. exot. Faſc. V. p. 831.

Creſcit culta in regionibus Nagaſaki et alibi, edulis.

PRENANTHES.

integra. P. foliis oblongis integris glabris, panicula coarctata.

Iaponice: Famma Gobo.

Tota planta glabra, annua.

Caulis inferne decumbens, repens, dein erectus, teres, ſtriatus, ſimplex vel paniculatus, ſpithamaeus.

Folia infima aggregata, alterna, petiolata, obovato-oblonga, obtuſa, integra margine revoluto, palmaria; caulina amplexicaulia, ſubdentata, pollicaria.

Paniculae florum terminales, contractae, ſubrotundae.

Flores lutei.

debilis. P. foliis ovatis integris, caule ſubnudo erecto.

Iaponice: Diſiboi.

Creſcit in marginibus viarum vulgaris.

Floret Aprili, Maio.

Tota planta tenera, glabra.

Radix annua, fibroſa.

Caules e radice plures, debiles, erectiuſculi, ſubnudi, pauciflori, ſpithamaei.

Folia radicalia plurima, petiolata, ovata, obtuſa, integra, digitalia; *caulina* pauca, ſeſſilia.

Flores terminales, ſolitarii, gemini vel terni, lutei.

P. fo-

chinenſis. P. foliis lineari enſiformibus integris dentatisque.

Creſcit in interioribus laponiae. E china miſit D. Bladh.

Tota planta glabra.

Folia radicalia inferne attenuata, ſubpetiolata, enſiformia, dentata, palmaria; *caulina* inferiora ſeſſilia, enſiformia, denticulata integraque; ſuperiora lanceolata, integra, pollicaria.

Flores paniculati, lutei.

Pedunculi ſecundi, cernui, capillares, nudi.

dentata. P. foliis oblongis dentatis glabris, caule paniculato.

Iaponice: Niganna.

Tota planta glabra.

Caulis teres, ſtriatus, erectus, paniculatus, pedalis usque bipedalis.

Folia radicalia petiolata, oblonga, obtuſa cum acumine, denticulata, palmaria; *caulina* amplexicaulia, baſi et medio ciliato dentata, acuta, digitalia.

Rami floriferi virgati, erecti, paniculati.

Pedunculi capillares, patentes, ſubumbellati.

haſtata. P. foliis haſtatis amplexicaulibus dentatis, caule ramoſo.

Iaponice: Mikawa Oruſi.

Glabra tota.

Caulis teres, ſtriatus, flexuoſo erectus, purpuraſcens, ramoſus, bipedalis.

Rami alterni, patuli, cauli ſimiles.

Folia caulina et ramea ſemiamplexicaulia, haſtata, ſubſpathulata, acuta, acute dentata, nervoſa, pollicaria: ſuperioribus ſenſim minoribus.

Flores in ultimis ramis et ramulis terminales, paniculati, lutei.

Pani-

Panicula ſubrotunda, parum patens pedunculis breviſſimis.

Iaponica. P. foliis lyratis: lobis rotundatis obtuſis, caule ſubnudo, panicula multiflora patula.

Prenanthes japonica. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 596.

Iaponice: Sei, vulgo Nadiuna. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 897.

Creſcit prope Nagaſaki, in Papenberg et alibi.

Floret Septembri, Octobri, Novembri.

Folia radicalia plurima, lyrata, glabra. *Lobi* inferiores alterni, obtuſi, connexi, reflexi, angulato-dentati, ciliati ciliis brevibus, raris. *Lobus* ultimus maximus, obtuſus, inciſus, angulato-dentatus, ciliatus.

Caulis ſubaphyllus, debilis, erectus, ramoſus, glaber, pedalis, bipedalis et ultra.

Rami alterni, filiformes, florentes.

Flores terminales, paniculati, flavi.

Pedunculi et pedicelli alterni, capillares, patentes.

Bracteae ſub pedunculis ſetaceae.

Calyx calyculatus, cylindricus, polyphyllus, erectus, glaber.

Calyculus breviſſimus, glaber ſquamis ovatis, acutis.

humilis. P. foliis lyratis: lobis obtuſis, caule ſubnudo, floribus terminalibus ſubternis.

Iaponice: Tabirako.

Radix annua, fibroſa.

Tota herba glabra.

Caules radicales plures, debiles, decumbentes vel flexuoſo erecti, palmares.

Folia radicalia plura, digitalia; *caulina* pauciſſima, unguicularia; *omnia* petiolata, lyrata: *lobus* extimus

mus maximus, rotundatus, ſubdentatus; reliqui minuti, reflexi.

Flores terminales, ſolitarii, gemini vel terni, flavi.

multiflora. P. foliis petiolatis runcinatis: lobis acutis dentatis, panicula faſtigiata diffuſa.

Creſcit in interioribus regionibus regni japonici.

Radix fibroſa, annua.

Caulis infima baſi ramoſus, erectus, ſulcatus, villoſus, ſuperne glaber, paniculatus, bipedalis.

Folia radicalia ſubpetiolata, runcinata, glabra, ſpithamaea: *lobi* difformes, angulati, ſetaceo-dentati; *caulina* ſenſim minora.

Florum panicula faſtigiata, patens, pedunculis flexuoſis, pedicellis capillaribus.

lyrata. P. foliis runcinato-lyratis dentatis, panicula coarctata.

Iaponice: No Ges, Tſitſi Kuſa, it. Abirako.

Radix fibroſa, annua.

Caulis teres, ſtriatus, inferne villoſus; ſuperne ſenſim attenuatus, glaber; debilis, erectus, rarius ramoſus.

Folia radicalia plurima; *caulina* alterna, remota; *omnia* petiolata, lyrato-runcinata, ſupra glabra, ſubtus villoſo-ſcabra, digitalia ſupremis ſenſim minoribus: *lobi* angulati, dentati; terminalis lobus maior.

Flores terminales, paniculati, lutei.

Panicula ſubrotunda, parum patens, ſaepe cernua.

ſquarroſa. P. foliis ſeſſilibus runcinatis: laciniis recurvis dentatis.

Iaponice: Mako Iali, it. Mago Ias.

Caulis carnoſus, herbaceus, teres, ſtriatus, glaber, erectus, ſimplex, bipedalis.

Folia ſeſſilia, alterna, inferne attenuata, runcinata, pinnis recurvis, margine ſuperiori dentatis; ſupra viridia, ſubtus glauca, acuminata, ſpithamaea.

Flores terminales, paniculati.

Panicula oblonga, thyrſoidea.

LEONTODON.

Taraxacum. L. calyce inferne reflexo, foliis runcinatis denticulatis laevibus.
Leontodon Taraxacum. Linn. ſpec. Pl. p. 1122.
Iaponice: Foſei, vulgo Fudſina, Tſugumi Guſa et Tampopo. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 831.
Creſcit prope Oſacca, et Miaco, vulgare ad vias.
Floret Martio, Aprili.

CICHORIUM.

Intybus. C. floribus geminis ſeſſilibus, foliis runcinatis.
Cichorium Intybus. Linn ſp. Pl. p. 1142.
Iaponice: Kio, vulgo Tſiſa. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 831.
Creſcit piope Iedo et alibi.

Endivia. C. floribus ſolitariis pedunculatis, foliis integris crenatis.
Cichorium Endivia. Linn. ſpec. Pl. p. 1142.
Japonice: Fanna Tſiſa.
Creſcit iuxta Iedo.
Utraque Cichorii ſpecies edulis inter olera heic recipitur.

ARCTIUM.

Lappa. A. foliis cordatis inermibus petiolatis.
Arctium Lappa. Linn. ſpec. Plant. p. 1143.
Iaponice: Gobo, it. Uma Buſuki. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 828.
Creſcit iuxta vias vbique.
Floret Iunio, Iulio.

SERRATULA.

tinctoria. S. foliis lyrato-pinnatifidis: pinna terminali maxima, floſculis conformibus.
Serratula tinctoria. Linn. ſp. Plant. p. 1144.

Creſcit

Creſcit in montibus Nagaſaki, Koſido, Fakoniae, aliisque.

Floret a Iunio in Octobris usque menſem.

iaponica. S. foliis lyrato-pinnatifidis ſcabris, ſquamis calycinis apice dilatatis membranaceis.

Caulis angulatus, ſulcatus, ſcaber, erectus, tripedalis.

Folia ſparſa, petiolata, lyrato-pinnatifida, acuta, dentata, ſupra viridia, ſubtus cinerea, utrinque muricato-ſcabra, digitalia, ſuperioribus ſenſim minoribus.

Flores terminales, paniculati.

Panicula faſtigiata, decompoſita.

Calycis ſquamae interiores apice dilatatae, obtuſae, membranaceae, incarnatae.

CARDUUS.

eriophorus. C. foliis ſeſſilibus bifariam pinnatifidis: laciniis alternis erectis, calycibus globoſis, villoſis.

Carduus eriophorus. Linn. ſp. Pl. p. 1153.

Iaponice: Kamuro Aſami.

Creſcit iuxta Fakoniam.

Floret Aprili, Maio.

linearis. C. foliis ſeſſilibus linearibus ciliato ſpinoſis glabris, floribus terminalibus ſolitariis.

Caulis herbaceus, erectus, teres, ſtriatus, glaber, inermis, pedalis et ultra.

Rami alterni, patuli, cauli ſimiles, apice ſubtomentoſi.

Folia ſeſſilia, linearia, margine apiceque ſpinoſo-ciliata, glabra, patula, bipollicaria.

Flores in ramis terminales, ſolitarii, parvi.

Calyces baſi ſubtomentoſi, apice glabri.

acaulis. C. acaulis calyce glabro.

Carduus acaulis. Linn. ſp. Plant. p. 1156.

Iaponice: Ikei, vulgo Aſami et Oni Aſami, i. e. Aſami Diaboli ſeu Carduus Diaboli. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 897.

Creſcit in montibus Nagaſaki, iuxta vias.

Floret Iunio, Iulio, Auguſto.

ATRACTYLIS.

lancea. A. involucris pinnatis, foliis lanceolatis ciliatis glabris.

Iaponice: Soſits, it. Okera.

Caulis teres, glaber, flexuoſus, erectus, ramoſus, pedalis.

Rami alterni, folioſi, erecti, virgati, cauli ſimiles.

Folia alterna, ſeſſilia, lanceolata, acuta, ciliato-ſpinoſa, glabra, erecta, pollicaria.

Flores in ramis terminales, ſolitarii, ſubſeſſiles.

Involucrum ſetaceo pinnatifidum.

Differt ab A. *cancellata*:

α) foliis glabris.

β) caule folioſo.

ovata. A. involucris pinnatis, foliis ovatis ciliatis glabris.

Creſcit cum priori in Nagaſaki.

Floret Octobri.

Radix fibrilloſa.

Caulis ſimplex, ſtriatus, flexuoſus, erectus, vix pedalis.

Folia alterna, petiolata, ovata, acuta, ciliato-ſerrata, ſubnervoſa, ſupra viridia, ſubtus pallida, glabra, ſubaequipollicaria ſuperioribus ſenſim minoribus.

Petioli inferiorum marginati, unguiculares; ſuperiorum breviores; omnium ciliato-ſpinoſi.

Flo

Flos terminalis, ſolitarius.

Involucrum ciliato-pinnatifidum.

Differt a priori: α) caule ſimplici, et
β) foliis ovatis, petiolatis.

CARTHAMUS.

tinctorius. C. foliis ovatis integris ſerrato aculeatis.

Carthamus tinctorius. Linn. ſpec Plant. p. 1162.

Iaponice: Benino Fonna, it. Kookva et Kurenai, i. e. ruber vel aurantiacus color. Kaempf. Amoen. ex. Faſc. V. p. 910.

Creſcit hinc inde, etiam cultus.

Uſus: Labia oris colore hoc interdum tingunt ſcorta publica.

BIDENS.

piloſa. B. foliis pinnatis ſubpiloſis, caulis geniculis barbatis, calycibus involucro ſimplici, ſeminibus diuergentibus.

Bidens piloſa. Linn. ſp. Pl. p. 1166.

Iaponice: Oni Fari, ſeu Oni Fali, i. e. Acus Diaboli. Oni ſignificat Diabolum et Fari acum.

Creſcit prope Nagaſaki, in Kolido, alibi.

Floret Septembri, Octobri.

EUPATORIUM.

hyſſopifolium. E. foliis lanceolato-linearibus trinerviis integris.

Eupatorium hyſſopifolium. Linn. ſp. Pl. p. 1171.

Iaponice: Fuſet So, it. Ienbi Ran.

Creſcit prope Nagaſaki urbem.

Floret Septembri, Octobri.

Folia lanceolato-linearia, integra, ſeſſilia, glabra, ſubtus incana et trinervia.

album. E. foliis lanceolotis ſerratis, calycinis foliis lanceolatis apice ſcarioſis coloratis.

Eupatorium album. Linn. ſyſt. Nat. Tom. 2. p. 615. Mant. 111.

Iaponice: Sin Ran. it. Fudſi Bakama eadem flore albo. Kaempf. Am. ex. Faſc V. p. 885.

Creſcit prope Nagaſaki, in Papenberg, Koſido, alibi.

Floret Auguſto, Septembri, Octobri.

Caulis ſtriatus, teres, villoſus, purpureo-maculatus, erectus, ramoſus.

Rami ſuboppoſiti, decuſſati, patuli, cauli ſimiles.

Folia ſeſſilia, oppoſita, ovato oblonga, acuta, ſerrata, pubeſcentia, pollicaria et ultra.

chinenſe. E. foliis ovatis petiolatis ſerratis.

Eupatorium chinenſe Linn. ſp. Pl. p. 1112.

Iaponice: Fuſi Bakama. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 885.

Caulis ſubangulatus, flexuoſo-erectus, glaber, parum ramoſus, pedalis et ultra.

Folia oppoſita, petiolata, ovata, acuta, aequaliter ſerrata, baſi integra, ſupra viridia, ſubtus pallida, nervoſa, glabra, patentia, pollicaria et ultra.

Flores paniculati panicula faſtigiata et ſubrotunda.

Calyces quinqueflori.

Iaponicum. E. foliis indiviſis trilobisque ſerratis, caule ſcabro.

Caulis teres, ſtriatus, ſcaber, erectus, ramoſus, bipedalis et ultra.

Rami alterni, paniculati, erecto-patuli, cauli ſimiles.

Folia

Folia oppoſita, petiolata, inferiora triloba, ſuperiora indiviſa, ovata, acuta, inaequaliter ſerrata, quandoque integra, ſupra viridia, ſubtus pallida, nervoſa, ſcabrida, digitalia ſuperioribus ſenſim minoribus.

Petioli unguiculares.

Flores in ramis et ramulis terminales, paniculati paniculis ovatis, pedunculis breviſſimis.

Calyces quinqueflori.

SYNGENESIA SVPERFLVA.

ARTEMISIA.

capillaris. A. fruticoſa foliis ſimplicibus capillaceis.

Japonice: Iamma Intſjin, i. e. Artemiſia littoralis. it. Intſjin; Fki Iamogi et Kawara Iamogi.

Intſjin, vulgo Fki Iamogi et Kawara Iamogi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 897.

Creſcit in inſula Piſcatorum, Papenberg, Koſido, vulgaris.

Floret Octobri.

Caulis fruteſcens, erectus, ſtriatus, rufeſcens, glaber, ramoſus, pedalis et ultra.

Rami ſparſi, ſubfaſtigiati, erecto-patentes, cauli ſimiles.

Folia frequentia, ſimplicia, capillacea, glabra, unguicularia.

Flores in ultimis ramulis racemoſi, conferti.

Abrotanum. A. foliis multifidis ſetaceis, caule erecto ſuffruticoſo.

Artemiſia Abrotanum. Linn. ſp. Pl. p. 1185.

Creſcit in inſula Nipon et alibi, vulgaris ſatis.

Floret menſibus autumnalibus.

vulgaris. A. foliis pinnatifidis planis inciſis ſubtus tomentoſis, racemis ſimplicibus, floribus ovatis; radio quinquefloro.

Artemiſia vulgaris. Linn. ſp. Pl. p. 1189.

Iaponice: Gai, vulgo Iamogi, it. Motjiguſa, et Furs.

Gai, vulgo Iamogi Kaempf. Amoen. ex. Faſc. V. p. 897.

Creſcit prope Nagaſaki, in Viſchers Eyland, Papenberg, Koſido et alibi vulgatiſſima.

Floret Octobri.

Uſus: E lanugine foliorum huius et fomes pro excitando igne et Moxa, celebris illa pro cauterio actuali ſtupa, ptaeparatur. Colliguntur folia mense Iunio et ſiccata ſervantur, quo diutius, eo melius. Dein tunduntur folia piſtillo ad mollitiem rudioris ſtupae, utraque manu fricantur aſſidue, ut decedant duriores fibrae et recrementa membranacea atque remaneat deſiderata et puriſſima lanugo. Hacce lanugine indiſcriminatim uruntur infantes et ſenes, divites et plebeji, mares et feminae, idque vel ad praeſervationem morborum ſingulis ſemeſtribus, vel ad curationem Arthridis, Rheumatiſmi, aliorum.

Iaponica. A. foliis glabris: rameis lanceolatis integris: caulinis oblongis trifidis, floribus racemoſis cernuis.

Iaponice: Koo vulgo Iamogi. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 897.

Creſcit prope Nagaſaki, in Papenberg, Viſchers Eyland et Koſido.

Floret Septembri, Octobri.

Caulis ſuffruticeſcens, erectus, ſtriato-angulatus, ſuperne ramoſus, virgatus, glaber, bipedalis et ultra.

Rami alterni, filiformes, divaricato-patuli, ſtriati, glabri, ſpithamaei, ramuloſi, apice nutantes.

Ramuli alterni, capillares, nutantes, vix pollicares.

Folia glabra: *caulina* alterna, ſeſſilia, oblonga; inferne attenuata, integra; verſus apicem inciſa, ſerrata; patentia, pollicaria. *Ramea* alterna ſeſſilia, lanceolata, utrinque attenuata, acuta, integerrima, erecto patentia, unguicularia. *Ramulorum* rameis ſimilia, ſed vix lineam longa.

Flores in apicibus ramorum et ramulorum racemoſi, ſecundi, cernui, pedunculati.

Pedunculus capillaris, reflexus, vix lineam longus.

Bractea minima ſub baſi ſinguli pedunculi.

Differt ab A. *coeruleſcenti* foliis glabris.

minima. A. foliis cuneiformibus dentatis, caule decumbente, floribus axillaribus ſeſſilibus.

Artemiſia minima. Linn. ſp. Pl. p. 1190.

Creſcit in plateis Dezimae et alibi.

Floret menſibus autumnalibus.

GNAPHALIUM.

Iaponicum. G. herbaceum erectum, foliis lineari-enſiformibus ſubtus niveis, capitulis terminalibus.

Iaponice: Sanne Mori So.

Creſcit prope urbem Nagaſaki.

Floret Auguſto.

Radix faſciculata, fibrilloſa, annua.

Caules unus vel duo, herbacei, ſimplices, erectiuſculi, ſuperne nudi, albo-tomentoſi, ſeſquiſpithamaei.

Folia radicalia, plurima, lineari-enſiformia, inferne attenuata, acuta, integra, ſupra viridia, ſubtus niveo-tomentoſa, laxa, ſaepe reflexa, palmaria, ſemilineam lata; *caulina* ſeſſilia, erecta, breviora.

Flores in caule terminales, glomerati, ſeſſiles, purpuraſcentes, capitulis magnitudine piſi maioris.

arenarium. G. herbaceum foliis lanceolatis: inferioribus obtuſis, caule ſimplici, panicula compoſita.

Gnaphalium arenarium. Linn. ſp. Pl. p. 1195.

Japonice: Mots Futs, ſive Futs, it. Motſibuts et Matſebuts.

Matſebuts. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 912.

Creſcit prope Nagaſaki et alibi, vulgare iuxta vias et in foſſis.

Floret Decembri, Ianuario, Februario, Martio, Aprili.

Folia huius pro Moxa et Tabaco inſerviunt.

CARPESIUM.

cernuum. C. floribus terminalibus.

Carpeſium cernuum. Linn. ſp. Pl. p. 1203.

Japonice: Iabi Tabaco, i. e. Tabacum ſylveſtre.

Creſcit prope Nagaſaki vulgare, et alibi.

Floret toto autumno.

abrotanoides. C. floribus lateralibus.

Carpeſium abrotanoides. Linn. ſp. Pl. p. 1204.

Creſcit iuxta urbem Nagaſaki et alibi

ERIGERON.

Japonicum. E. foliis ſeſſilibus obovatis ſerratis villoſis, floribus paniculatis.

Japonice: Foſo.

Creſcit in inſula Nipon.

Floret Iunio.

Radix fibroſa, annua.

Caulis ſimplex, filiformis, piloſus, erectus, pedalis.

Folia alterna, obovata, attenuata in petiolos, ſemiamplexi-

plexicaulia, obtuſa, ſerrata, villoſa, erecta, pollicaria.

Flores terminales, paniculati.

Pappus piloſus, ferrugineus.

ſcandens. E. foliis ovatis ſerratis villoſi, floribus axillaribus, caule ſcandente.

Japonice: Kojaboki.

Caulis filiformis, ramoſus, purpuraſcens, glaber, ſcandens.

Folia e ſingula gemma tria vel quatuor, ſubſeſſilia, ovata, acuta, dentata dentibus ſetaceis, utrinque villoſa, unguicularia.

Flores inter folia axillares, ſolitarii.

De Genere non admodum certus ſum, cum florem tantum unicum nondum apertum viderim.

TUSSILAGO.

Japonica. T. floribus alternis radiatis.

Tuſſilago japonica. Linn. Syſt. Nat. 2. 629. Mantiſſ. p. 113.

Japonice: Tſowa ſive Tſwa. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 827.

Creſcit in inſula Papenberg, Viſchers Eyland, Koſido.

Floret Octobri.

Folia radicalia, petiolata, cordato orbiculata, angulata, dentata, ſupra nuda, ſubtus obſolete villoſa, nervoſa nervis dichotomis, palmaria.

Petioli angulati, ſubtomentoſi, ſpithamaei.

Scapi ſtriato-angulati; tomentoſi, erecti, ſemipedales.

Bracteae in ſcapo ſparſae, et ſub petiolis, ſolitariae, lanceolatae, ſupra nudae, ſubtus tomentoſae, unguiculares.

Flores alterni, petiolati.

Petioli tomentoſi, uniflori; raro biflori; inferiores longiores, digitales; ſuperiores breviores, aggregati, faſtigiati, pollicares.

Calyx communis cylindricus, polyphyllus: *ſquamae* lineares, aequales, ſubtomentoſae.

Corolla compoſita, radiata.

Corollulae hermaphroditae tubuloſae in diſco; femineae ligulatae in radio.

Corolla propria hermaphroditi infundibuliformis, flava: *limbus* 5-fidus, acutus, reflexus; calyce vix longior. *Femineae ligulatae tubus* filiformis; *laminae* oblongae, calycis longitudine, emarginatae, flavae, patentes, ſtriatae.

Filamenta hermaphroditis 5, capillaria, breviſſima; *anthera* cylindrica, 5-fida.

Germen breve.

Stylus filiformis, anthera paullo longior.

Stigmata duo, revoluta, obtuſa.

Receptaculum nudum.

Semina omnium ſolitaria, oblonga, teretiuſcula, villoſa, pappoſa.

Pappus piloſus, ſubfaſtigiatus, albus, longitudine tubi corollae.

Radix amara, antivenenata a Iaponenſibus habetur.

Petaſites. T. panicula ovata, floſculis femineis nudis paucis.

Tuſſilago Petaſites. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 629.

Iaponice: No buki, it. Ro, vulgo Fuki et Fuki ſabaki, it. Tſuwa buki.

Ro, vulgo Fuki Sabuki. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 831.

Creſcit in montibus Nagaſaki, inter Miako et Iedo, locis montoſis.

Floret Aprili.

SENE-

SENECIO.

Iaponicus. S. corollis nudis, foliis petiolatis inciſo-pinnatifidis dentatis glabris.

Iaponice: Kwugai Sai, i. e. Sinapis amara.

Creſcit in inſulis circum portum Nagaſaki, hinc inde.

Floret Iulio, Auguſto, Septembri.

Caulis carnoſus, debilis, ſulcatus, villoſus, bipedalis.

Folia petiolata, alterna, ſublyrata vel inciſo pinnatifida, laxa, glabra, ſpithamaea, ſupra viridia, ſubtus pallida; *laciniae* oblongae, acutae; inaequaliter dentatae.

Stipulae e regione petioli duae, dentatae.

Flores terminales, paniculati, floſculoſi, grandes.

Pedunculi bifidi vel trifidi, capillares, cernui, nudi.

Pedicelli ſubſquamoſi, unguiculares.

Calyx calyculatus, apice vix uſtulatus.

ASTER.

hiſpidus. A. foliis infimis oblongis crenatis ſcabris, caulinis lanceolatis integris ciliatis, caule ſcabro.

Iaponice: Keitſjo, vulgo Iomega Fagi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 876.

Radix ramoſa, fibroſa.

Caulis erectus, hiſpidus, ramoſus, pedalis.

Rami alterni, divaricati, cauli ſimiles.

Folia infima oblonga, obtuſa, remote crenata; *caulina et ramea* lanceolata, obtuſa, integra, ciliata, ſenſim minora; *omnia* ſcabra.

Flores terminales in ramis, ſolitarii.

Radius albus.

Pappus ferrugineus, piloſus.

A. fo-

ſcaber. A. foliis oblongis ſerratis ſcabris, pedunculis paniculatis.

Iaponice: Iamma Buki. Idem huic nomen, ac Corchoro japonico, ſed aliis litteris ſcribitur.

Caulis herbaceus, teres, ſtriatus, erectus, purpureus, glaber, pedalis et ultra, interne ſimplex, ſuperne paniculato ramoſus.

Folia alterna, petiolata, oblonga, acuminata, ſerrata, glabra; ſupra viridia, valde ſcabra ciliis albis in pagina et margine, ſubtus pallida, venoſa, laevia, patentia, inferiora bipollicaria, ſuperiora ſenſim minora.

Flores in ramulis paniculatis terminales.

Pedunculi et pedicelli nudi, aphylli.

Bractea ſub ſingulo pedicello lanceolata.

indicus. A. foliis ovato-oblongis ſerratis acutis: ſupremis lanceolatis integris, caule glabro.

Aſter indicus. Linn. ſp. Pl. p. 1230.

Iaponice: Fagina, vulgo Iumana, it. Iomega Fagi.

Creſcit prope Nagaſaki, in Viſchers Eyland, Koſido, Papenberg et alibi.

Floret Auguſto, Septembri, Octobri.

Caulis herbaceus, teres, ſtriatus, erectus, glaber, ramoſus, bipedalis et ultra.

Rami alterni, erecti, cauli ſimiles.

Folia breviſſime petiolata, alterna, acuta, ſupra viridia, ſubtus pallida, glabra; interiora oblonga, remote et acute ſerrata, maiora, bipollicaria; ſuperiora lanceolata, integra, ſenſim minora.

Flores in ramis terminales, ſolitarii.

chinenſis. A. foliis ovatis angulatis dentatis petiolatis, calycibus terminalibus patentibus folioſis.

Aſter

Aſter chinenſis. Linn ſp. Pl. p. 1232.

Cultus habetur in ollis ubique, multum varians floribus ſpecioſis.

SOLIDAGO.

Virgaurea. S. caule ſubflexuoſo angulato, racemis paniculatis erectis confertis.

Solidago Virgaurea. Linn. ſp. Pl. p. 1235.

Iaponice: Tojakf, it. Senbli, ſeu Senbuli, h. e. ſex mille et Buli agitatus, quaſi puluis huius aqua agitatus vel millies, tamen non omnem vim medicam extractione amittere poſſet.

Creſcit in Papenberg, utroque Koſido, vulgaris.

Floret Octobri, Novembri.

CINERARIA.

Iaponica. C. foliis enſiformibus dentatis tomentoſis, floribus terminalibus.

Iaponice: Kamuro Aſami.

Caulis teres, ſimplex, erectus, tomentoſus, ſpithamaeus.

Folia alterna, enſiformia, acuta, utrinque attenuata, dentata, lanata, erecta, inferiora palmaria, ſuperiora ſenſim breviora.

Flores terminales, ſolitarii vel terni, lutei.

Calyx tomentoſo lanatus.

INULA.

Helenium. I. foliis amplexicaulibus ovatis rugoſis ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ovatis.

Inula Helenium. Linn. ſpec. Pl. p. 1236.

Creſcit ſponte et culta in Iedo.

I. fo-

Iaponica. I. foliis ſeſſilibus lanceolatis denticulatis, pedunculis virgatis unifloris.

Iaponice: Sen Fuku, vulgo Oguruma. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 877.

Caulis herbaceus, teres, ſtriatus, villoſus, erectus, pedalis et ultra.

Folia ſeſſilia, elliptica, denticulata denticulis minutis remotis, villoſa; ſubtus pallida, reticulata; inferiora longiora, bipollicaria; ſuperiora minora.

Pedunculi filiformes, e caulis parte ſuperiori alterni, virgati, erecti, uniflori, tomentoſi.

Calyces ovati, villoſi, lineari ſubulati, patuli.

dubia. I. foliis ſeſſilibus oblongis ciliatis, caule unifloro.

Iaponice: Daruma Giku.

Caulis herbaceus, ſimplex, ſtriatus, uti tota planta villoſus, flexuoſo-erectus, pedalis, ſuperne aphyllus.

Folia radicalia plura, ſubpetiolata, vel in petiolos latos attenuata; *caulina* ſeſſilia, alterna; *omnia* oblonga, villoſa, ciliata; ſuperiora minora.

Flos terminalis, ſolitarius.

Calyx valde hirſutus, aequalis.

Dubii adhuc generis eſt planta, licet Inulis proxime accedere videatur. Semel tantum ſpecimina huius accepi, ea tamen non optima.

ARNICA.

ciliata. A. foliis amplexicaulibus ovatis dentatis ciliatis glabris, caule ſimplici unifloro.

Iaponice: Ogonkua.

Caulis angulatus, hiſpidus ſetis albis, ſimplex, erectus, pedalis.

Folia alterna, amplexicaulia; inferiora baſi attenuata, obovata, inciſo-dentata dentibus inaequalibus, ciliata margine et carina ſubtus, ſupra glabra, ſubtus

tus villoſa, bipollicaria; ſuperiora ſubrotunda, vix dentata, ciliata, minora.

Flos terminalis ruber, magnitudine pyri minoris.

Iaponica. A. foliis inciſo-palmatis, dentatis, floribus terminalibus ſub-binis.

Iaponice: Iamma Singikf, it. Iabure Kuſa.

Creſcit prope Iedo, inque regionibus Oijavae.

Floret Iunio.

Caulis inanis, teres, ſtriatus, glaber, erectus, pedalis et ultra.

Folia petiolata, alterna, inciſo-ſubpalmata, glabra, ſupra viridia, ſubtus pallida: *lobi* inciſo-pinnatifidi, dentati.

Petioli inferiorum longi, ſtriati; rameorum lati, amplexicaules, ſtriati, breves.

Flores terminales, pedunculati, duo vel pauci, rubri.

Palmata. A. foliis inciſo-palmatis dentatis, floribus paniculatis.

Iaponice: Tſjorjo So.

Caulis teres, tenuiſſime ſtriatus, erectus, glaber, bipedalis.

Folia alterna, petiolata, glabra, ſupra viridia, ſubtus pallida; inferiora inciſo palmata, lobis inaequaliter dentatis; ſuperiora indiviſa, ſerrata.

Petioli inferiorum digitales, ſuperiorum vix lineam longi.

Flores terminales, paniculati, parvi.

PERDICIUM.

tomentoſum. P. foliis lyratis ſubtus tomentoſis.

Iaponice: Fitcſai.

Creſcit hinc inde in inſula Nipon, et in Fakónia.

Floret Aprili, Maio.

Planta minuta, acaulis, herbacea.

Folia radicalia, plura, petiolata, erecta, lyrata, ſubtus albo-tomentoſa, digitalia. *Lobi* dentati: terminalis rotundatus.

Scapus tomentoſus, erectus, uniflorus, foliis paullo longior.

Calyx polyphyllus, imbricatus, glaber.
Flores radiati radio purpureo.
Corollae diſci luteae, 4-fidae; *lacinia* unica longior, linearis profundius a reliquis diviſa; *duae* laterales ſimiles et aequales; *intermedia* latior rotundata, vix lateralibus longior.
Pappus ſimplex.

TAGETES.

patula. T. caule ſubdiviſo patulo.
Tagetes patula. Linn. ſp. Pl. p. 1249.
Iaponice: Kotei Kikf, et Tſjoſen So, it. Koo Woo Soo.
Creſcit in Oſaka alibique culta, flore ſimplici et pleno.
Floret Iulio, Auguſto, Septembri.

CHRYSANTHEMVM.

indicum. C. foliis ſimplicibus ovatis ſinuatis angulatis ſerratis acutis.
Chryſanthemum indicum. Linn. ſp. Pl. p. 1253
Iaponice: Kikokf, Kiko no Fanna, Kik, Kikf vel Kiku.
Kik, Kikf vel Kiku. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 875, 876, 877.
Varietates huius plurimae ſunt, colore et magnitudine florum, uti et floribus ſimplicibus et plenis ſpecioſis, infinite variantes.
Colitur ob flores pulcherrimos in omnibus hortis et domibus, per totum regnum Iaponicum.
Creſcit ſponte in Papenberg, prope Nagaſaki, in Koſido, Satſuma et alibi.
Floret menſibus aeſtivalibus et autumnalibus.

coronarium. C. foliis pinnatis inciſis extrorſum latioribus.
Chryſanthemum coronarium Linn. ſp. Pl. p. 1254.
Iaponice: Singikf, it. Sungiku. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 911.
Creſcit in montibus extra Nagaſaki et alibi.
Floret Aprili.

C. fo-

laponi-cum. C. foliis petiolatis apice inciſis dentatis.
Iaponice: Seto Ko, vulgo Poko.
Specimen absque flore habui; huius tamen generis eſt.
Caulis ſimplex, erectus, ſtriatus, villoſus.
Folia alterna, petiolata, oblonga, apice inciſa, dentata, glabra, ſupra viridia, ſubtus pallida, bipollicaria.

ECLIPTA.

proſtrata. E caule debili, foliis ſubundulatis ſubpetiolatis.
Eclipta proſtrata. Linn. ſyſt. Nat. Tom. 2. p. 648.
Iaponice: Takaſabro, it. Kavatiſa.
Creſcit prope Nagaſaki, in inſulae Dezimae hortis, Papenberg, Koſido et alibi in inſula Saikokf.
Floret a Iunio usque in Octobris menſem.

SIGESBECKIA.

orientalis. S. petiolis ſeſſilibus, calycibus exterioribus linearibus maioribus patentibus.
Siegesbeckia orientalis Linn. ſpec. Plant. p. 1269.
Creſcit in Koſido maiori.
Floret Septembri, Octobri.

VERBESINA.

lavenia. V. foliis ovatis trinerviis glabris petiolatis, ſeminibus tricornibus.
Verbeſina lavenia. Linn. ſp. Plant. p. 1271.
Creſcit hinc inde.

NECESSARIA.

CALENDULA.

officinalis. C. ſeminibus cymbiformibus muricatis incurvatis.
Calendula officinalis. Linn. ſpec. Pl. p. 1304
Iaponice: Kinſenkwa.

Creſcit hinc inde, in hortis culta.

Floret Ianuario, Februario.

MONOGAMA.

TRICHOSANTHES.

cucumerina. T. pomis ovatis acutis, foliis cordatis angulatis. Trichoſanthes cucumerina. Linn. ſp. Pl. p. 1432.

Iaponice: Kualoonin, vulgo Tamatsaguri vel Tamatſuſagauri, i. e. Cucumis ovi-formis; item Tama Kuſa Gori.

Creſcit iuxta Nangaſaki et alibi, in collibus.

Floret Septembri; item Iulio et Auguſto.

Semina ſubtriangularia, gibba, margine tumido.

Semina huius pro ſolvendis viſcidis ventriculi interdum a Iaponenſibus adhibentur.

Pomum ovatum, aurantiacum, glabrum, pulpoſum, magnitudine pyri.

CUCURBITA.

hiſpida. C. foliis angulatis, caule petiolisque hiſpidis.

Iaponice: Fiotari, et Ko, vulgo Iungauo, it. Iugao.

Ko, vulgo Iungauo. Kaempf. Amoen. ex. Faſc. V. p. 811.

Creſcit prope Nagaſaki.

Floret Septembri.

Caulis ſulcatus, ſcandens, pilis cinereis undique tectus.

Folia petiolata, 5-angulata, vel ſublobata angulis rectis, nervoſa, utrinque villoſa.

Petioli teretes, hiſpidi, digitales.

Flores in axillis foliorum denſiſſime piloſi pilis ferrugineis; inferiores longiores, digitales; ſuperiores breves.

Cirrhi

Cirrhi ſimplices, bifidi, trifidi.

Calyx uti pedunculus denſiſſime ferrugineo-hirſutus.

lagenaria C. foliis cordatis denticulatis tomentoſis baſi ſubtus biglanduloſis, pomis lignoſis

Cucurbita lagenaria. Linn. ſp. Pl. p. 1434.

Iaponice: Feo, vulgo Nari Finango. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 810.

Creſcit hinc inde.

Fructus pro lagenis inſervit quandoque, licet in his terris rarius.

Pepo. C. foliis lobatis, pomis laevibus.

Cucumis Pepo. Linn. ſp. Pl. p. 1435.

Iaponice: To Kwa, vulgo Togwa et Kamo Uri. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 811.

Creſcit cum priori hinc inde culta.

verrucoſa. C. foliis lobatis, pomis nodoſo-verrucoſis.

Cucurbita verrucoſa. Linn. ſpec. Pl. p. 1435.

Iaponice: Ko Kwa, vulgo Soba Uri, it. Niga Gori.

Ko Kwa, vulgo Soba Uri. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 811.

Colitur et creſcit hinc inde.

Citrullus. C. foliis multipartitis.

Cucurbita Citrullus. Linn. ſpec. Pl. p. 1435.

Iaponice: Suikwa.

Creſcit iuxta Nagaſaki, culta.

Floret Iunio.

CUCUMIS.

Melo. C. foliorum angulis rotundatis, pomis toruloſis.

Cucumis Melo. Linn. ſp. Pl. p. 1436.

Iaponice: Tenkwa, vulgo Kara Uri. Kaempf. Amoen. exot. Faſc. V. p. 811.

Creſcit ſaepiſſime culta, prope Nagaſaki.

ſativus. C. foliorum angulis rectis, pomis ovato-oblongis ſcabris.

Cucumis ſativus. Linn. ſp. Pl. p. 1437.

Iaponice: Akwa, vulgo Karas uri, it. Ki Uri.

Akwa, vulgo Karas uri. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 811.

Creſcit cum prioribus et ſequentibus cultus.

flexuoſus. C. foliis angulato-ſublobatis, pomis cylindricis ſulcatis curvatis.

Cucumis flexuoſus. Linn. ſp. Pl. p. 1437.

Iaponice: Sjo Kwa, vulgo Awo Uri, it. Kwaſſi uri.

Sjo Kwa, vulgo Awo Uri. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 811.

Hollandis et Interpretibus japonicis: Banket Melon.

Creſcit cum prioribus iuxta Nagaſaki alibique culta.

Fructus maturus Iunio.

Poma magnitudine pyri maioris, oblongo-cylindrica, ſulcata, laevia, glabra, edulia et delicioſa.

conomon. C. foliis angulato ſublobatis dentatis, pomis fuſiformibus 10 ſulcatis glabris.

Iaponice: Kwa, Furi uri, Sjiro uri, Tſke uri et Tſuke uri, item communiſſime Konomon. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 811.

Coſitur ubique.

Caulis decumbens, ſtriatus, pilis raris hiſpidus uti petioli.

Folia petiolata, cordata, angulato-ſublobata, dentata, nervoſa, ſupra viridia, ſubtus pallida, utrinque ſed imprimis nervis ſubtus piloſo ſcabra.

Petioli

Petioli palmares.

Flores in axillis pedunculati, aggregati, flaui.

Pedunculi breviſſimi, hiſpidi.

Fructus magnitudine capitis humani et ultra, oblongi, decemſulcati, glabri.

Uſus: Fructus cereviſiae japonicae, ex Oryza confectae, ſaecibus condiuntur, et ſub nomine Connemon divenduntur, crebruinque hoc coelo obſonium eſt, quod etiam non raro ab Hollandis in Bataviam et quandoque in Belgium transfertur.

BRYONIA.

Iaponica. B. foliis cordatis indiviſis angulatisque dentatis inermi-hiſpidis.

Iaponice: Koots Tſta, it. Fimits Tſta.

Creſcit hinc inde, late repens in omnibus fere muris prope Nagaſaki.

Folia cordata, indiviſa et angulato-triloba, acuta, dentata, ſupra viridia, pilis minutiſſimis inermi-hiſpida; ſubtus pallida, punctato-ſquamoſa, pollicaria.

SICYOS.

angulata. S. foliis angulatis.

Sicyos angulata. Linn. ſp. Pl. p. 1439.

Iaponice: Tamatſagori.

Creſcit prope Nagaſaki.

LOBELIA.

Erinus. L. caule decumbente, foliis lanceolatis ſerratis, pedunculis longiſſimis.

Lobelia Erinus. Linn. Syſt. Nat. Tom. 2. p. 667. Mant. p. 483. ſp. Pl. p. 1321.

Iaponice: Fanpen Kan, i. e. Flos floribus ſecundis.

Caulis decumbens, ramoſus.

Folia undulata, ſubdentata, ſeſſilia, glabra.

Flores axillares pedunculis folio duplo longioribus.

erinoides. L. caulibus decumbentibus filiformibus, foliis petiolatis oblongis dentatis.

Lobelia erinoides. Linn. ſyſt. Nat. Tom. 2. p. 667. Mantiſſ. 291. ſpec. Pl. p. 1322.

Creſcit in inſula Nipon.

Floret Iunio.

V I O L A.

hirta. V. acaulis foliis cordatis piloſo-hiſpidis.

Viola hirta. Linn. ſp. Pl. p. 1324.

Iaponice: Oo Sumire, it. Ko Naſſubi.

Creſcit circum Iedo.

Floret Aprili; defloruit Maio.

paluſtris. V. acaulis foliis reniformibus.

Viola paluſtris. Linn. ſp. Pl. p. 1324.

Iaponice: Sumire.

Creſcit in regionibus Nagaſaki.

odorata. V. acaulis foliis cordatis, ſtolonibus reptantibus.

Viola odorata. Linn. ſp. Pl. p. 1324.

Iaponice: Kotjo, Kotjo So, et Kutjo, it. Kinſai et Simire.

Kinſai, vulgo Simire. Kaempf. Amoen. ex. Faſcic. V. p. 875.

Creſcit in montibus Nagaſaki, Kaminoſeki, alibique vulgaris circa margines viarum.

Floret Ianuario, Februario, Martio, Aprili.

tricolor. V. caule trigono decumbente, foliis oblongis inciſis, ſtipulis dentatis..

Viola tricolor. Linn. ſp. Pl. p. 1326.

Iaponice: Kinſai, it. Simire, vulgo Komafiſiko.

Kinſai

Kinſai, vulgo Simire. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 875.
Creſcit iuxta margines viarum vulgaris.
Floret Februario, Martio, Aprili.

IMPATIENS.

Balſa-mina. I. pedunculis unifloris ſubaggregatis, foliis lanceolatis ſuperioribus alternis, nectariis flore brevioribus.
Impatiens Balſamina. Linn. ſp. Pl. p. 1328.
Iaponice: Fooſen Kwa, it. Tſumane.
Creſcit prope Nagaſaki, interdum in ollis culta.
Floret Septembri, Octobri.
Ex huius ſucco cum alumine ungues rubros interdum tingunt Iapanenſes.

CLASSIS XX.

CRYPTOGAMIA.

FILICES.

EQUISETUM.

arvenſe. E. ſcapo frutificante nudo, ſterili frondoſo.

Equiſetum arvenſe. Linn. ſp. Pl. p. 1516.

Iaponice: Tſukuſukuts.

Creſcit iuxta vias vulgare.

Floret Aprili.

In fructificatione verae ſunt antherae cum polline incluſo; ubi vero feminei flores, nondum vidi.

hyemale. E. caule nudo ſcabro baſi ſubramoſo.

Equiſetum hyemale. Linn. ſp. Pl. p. 1517.

Iaponice: Moku Soku, vulgo Tokuſa, varietas tenuis.

Moku Soku, vulgo Tokuſa. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 891.

Creſcit iuxta Iedo, Nagaſaki, alibi.

OPHIOGLOSSUM.

Iaponicum. O. caule flexuoſo angulato, frondibus ſupradecompoſitis: pinnulis alternis inciſis.

Iaponice: Kaikinſja, ſiue Siamiſen Tſulu, it. Saſin Ito.


Creſcit prope Nagaſaki, in Koſido et Satſuma.

Floret Septembri, Octobri, Novembri.

Caulis filiformis, flexuoſus, biangulatus, glaber, ſcandens.

Frondes alternae. *Inferiores* tripartitae: *lobus* medius lan-

Flor. Iap. p.329. Tab.32.



lanceolatus, inciſo-ſerratus; *laterales* bifidi, ſerrati, minores. *Superiores* bipinnatae pinnulis inciſis. *Supremae* floriferae pinnulis linearibus, aequalibus, integris.

Differt ab O. *flexuoſo*:

I. fronde ſupradecompoſita.

II. pinnis alternis, nec oppoſitis.

III. pinnulis alternis, inciſo-pinnatifidis, inciſuris ſerratis.

IV. pinnulis floriferis linearibus.

ab O. *ſcandente*: a. pinna extima non elongata, nec baſi auriculata.

b. fronde decompoſita pinnis ſubternis, inciſo tribus.

OSMUNDA.

ternata. O. ſcapo caulino ſolitario, fronde tripartita ſupradecompoſita. vid. Tab. 32.

Creſcit circum Nagaſaki, vbi ſemel legi.

Floret Octobri, Novembri.

Radix faſciculata fibris numeroſis, filiformibus, parum fibrilloſis.

Stipes inferne ſimplex, pollicaris, mox diuiſus in duas partes frondem ſcilicet et ſcapum floriferum.

Frons ſolitaria, petiolata, ſupradecompoſite ternata, glabra. *Petiolus* frondis compreſſiuſculus, digitalis, inferne triternatus, nudus, ſuperne frondoſus, bipinnatus. *Pinnae* et *pinnulae* alternae, inciſae, tenuiſſime ſerratae.

Scapus e baſi petioli frondis, teretiuſculus, ſtriatus, erectus, nudus, glaber, fronde duplo longior, apice cernuus, floriferus.

Florum ſpica ramoſa; *Spiculae* alternae antheris globoſis.

Conf. O. virginica. Plum. Filic. p. 136. tab. 159.

 O. fron-

Iaponica. O. fronde bipinnata: pinnis cordato-lanceolatis ſerratis.
Iaponice: Dſjemmai, Phyllitis foliis ramoſis. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 891.
Creſcit iuxta Nagaſaki, in montibus Fakoniae, alibi.
Floret Aprili, Maio.
Stipes frondis teres, flavus, glaber.
Frons bipinnata cum impari. *Pinnae* oppoſitae et alternae, baſi obliquae, cordatae, oblongae, obtuſae, margine reflexo ſerrulatae, lineatae, glabrae, ſupra virides, ſubtus pallidae, ſeſquipollicares.
Fructificantes frondes diſtinctae, bipinnatae: *pinnae* oppoſitae et alternae, lineari-lanceolatae.
Differt ab O. *regali*, cui valde ſimilis, frondibus fructificantibus diſtinctis.

lancea. O. fronde bipinnata: pinnis lanceolatis ſerratis.
Creſcit in inſula Nipon, in regionibus Fakoniae.
Floret Aprili, Maio.
Frondes fructificantes diſtinctae, ſpicis floriferis ſupradecompoſite ternatis.
Frons bipinnata: *pinnae* ſuboppoſitae, ſuperiores oppoſitae; *pinnulae* alternae, rarius ſuboppoſitae, lanceolatae, tenuiſſime ſerratae, utrinque attenuatae, glabrae, pollicares et ſeſquipollicares.


ACROSTICHUM.

Lingua. A. frondibus oblongis obtuſis integris petiolatis, ſurculo repente. vid. Tab. 33.
Iaponice: Seki Ii, vulgo Iwa no Kawa, it. Ftotsba; Iwanbami et Iwangaſjuwa. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 891.
Creſcit in rupibus Koſido et aliis circum Nagaſaki.
Floret Octobri.
Radix repens, flexuoſa, imbricato-ſquamoſa, ferruginea, fibroſa, craſſitie calami tenuioris.
Stipes ſeu petiolus trigonus, villoſus, erectus, pollicaris usque digitalis.
Frons indiviſa, oblongo-ovata, minime cordata, obtuſa,



ACROSTICHUM *lingua.*

S. N. Caſström del.



ACROSTICHUM *haſtatum*.

ſa, integra; ſupra viridis, glabra; ſubtus ferruginea, villoſa, digitalis.

Fructificationes totam paginam, tegentes, reticulatae, ferrugineae.

Differt ab A. *punctato*:

α) fronde oblonga, nec cordata.

β) fronde craſſa, fere coriacea.

γ) fronde obtuſa, nec acuminata.

ab A. *cristifolio*.

a) fronde minori et coriacea.

b) ſurculo repente.

haſtatum. A. fronde ſimplici baſtata. vid. tab. 34.

Iaponice: Ftotsba.

Creſcit in nemoribus Fuſi et Fakoniae.

Floret Aprili, Maio.

Radix repens, craſſa radiculis filiformibus, fibroſis.

Stipites e radice plures, ante excreſcentiam circinales, tetragoni, ſaepe flexuoſi, adſcendentes, ferrugineo tomentoſi, palmares.

Frons ſimplex, haſtata, erecta, plana marginibus inuolutis; ſupra nuda, vireſcens; ſubtus tomentoſa, cinerea; lobus medius lanceolatus, digitalis: laterales ovatae, duplo breviores.

Flores per totam paginam inferiorem ſparſi, tenues, oblongiuſculi, ferruginei.

PTERIS.

piloſelloides. P. frondibus ſterilibus ovatis, fertilibus lanceolatis longioribus, ſurculis repentibus.

Pteris piloſelloides. Linn. ſp. Pl. p. 1530.

Iaponice: Iſi Mame, i. e. Faba lapidea; it. Tſta Mongira et Mame Tſta.

Tſta Mongira, i. e. Hedera repens; it. Mame Tſta, i. e. Hedera fabacea. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 887.

Creſcit in Koſido arborum truncis et rupibus, alibique ſatis vulgaris.

Floret Octobri, Novembri.

Radix filiformis, longa, repens, tomentoſa, brunnea.

P. fron-

nervoſa. P. frondibus pinnatis: pinnis lanceolatis parallelo-nervoſis integris; infimis binatis.

Iaponice: Ganſo.

Stipes angulatus, ſulcatus, glaber.

Frons pinnata, tota glabra, cum ſtipite ſeſquipedalis.

Pinnae infimae binatae, reliquae ſimplices, lanceolatae, integrae, parallelo-nervoſae, interne attenuatae, digitales.

cretica. P. frondibus pinnatis: pinnis oppoſitis lanceolatis ſerratis baſi anguſtatis: infimis ſubtripartitis.

Pteris cretica. Linn. ſyſt. Nat. Tom. 2. p. 782.

Iaponice: Torias.

Creſcit iuxta Nagaſaki inter frutices in montibus.

Floret Septembri et ſequentibus menſibus.

ſinuata. P. frondibus bipinnatifidis, pinnulis ſinubusque rotundatis.

Iaponice: Kuſa Sotets.

Creſcit iuxta Iedo.

Frons debilis, erecta, bipinnatifida, ſeſquipedalis.

Pinnae alternae, patentes, vix digitales, pinnatifidae: *laciniae* ſuboppoſitae, rotundatae, integrae, undulatae, nervoſae, glabrae: *ſinus* rotundati, nec acuti.

aquilina. P. frondibus ſupradecompoſitis, foliis pinnatis, pinnis lanceolatis: infimis pinnatifidis; ſuperioribus minoribus.

Pteris aquilina. Linn. ſp. Pl. p. 1533.

Iaponice: Kets, vulgo Warabi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 912.

Creſcit in ſylvulis montium Koſido, Nagaſaki, Fakoniae et alibi.

Uſus: Frondes iuniores, foliis nondum explicatis, edules ſunt et fere ubique faſciculi eius in tabernis venales exponuntur menſibus Aprili et Maio. Radix lignoſa contunditur et effuſa prima aqua expreſſa coquitur, atque, licet tunc nigricet, a pauperioribus comeditur.

P. fron-



BLECHNUM *japonicum*.

ſemipinnata. P. frondibus bipinnatis: pinnis inferioribus ſemipinnatis.

Iaponice: Moro Muki.

Filices in genere plures Moromuki appellant Iaponenſes.

BLECHNUM.

Iaponicum. B. fronde bipinnatifida: pinnulis ovatis obtuſis ſerratis. vid. Tab. 35.

Blechnum japonicum. Linn. ſupplem. Syſt. p. 447.

Creſcit iuxta Nagaſaki et alibi.

Floret Iunio.

Stipes dorſo convexus, laevis; ventre planus, ſtriatus; totus glaber, flexuoſus, erectus.

Frons bipinnatifida. *Pinnae* oblongae, acutae, pinnatifidae, inferiores ſubpetiolatae, ſuperiores ſeſſiles. *Pinnulae* ovatae, obtuſae, ſerratae, glabrae.

Differt a B. *orientali:* α) fronde erecta.
β) pinnulis obtuſis.

HEMIONITIS.

Iaponica. H. frondibus bipinnatis: pinnis lanceolatis integris.

Frons tota glabra ſtipite ſulcato, inferne bipinnata, ſuperne pinnata. *Pinnae* et pinnulae lanceolatae, acutae, integrae, ſupra virides, ſubtus pallidae.

Fructificationes in lineis trichotomis per totam paginam inferiorem.

ASPLENIUM.

lanceum. A. fronde ſimplici elliptica integra glabra, ſtipite tereti ſquamoſo.

Stipes teres, inferne piloſo-ſquamoſus, flexuoſo-decumbens, digitalis.

Frons

Frons elliptica, glabra, vix ſpithamaea.

Fructificationis lineae margine exteriori propriores.

Differt ab A. *nido*: α. fronde minori, acuta.
β. ſtipite tereti, baſi ſquamoſa.
γ. fructificationis lineis a coſta remotis.

ab A. *ſcolopendrio*: fronde lanceolata, nec cordata.

Trichomanes. A. frondibus pinnatis: pinnis ſubrotundis crenatis.

Aſplenium Trichomanes. Linn. ſp. Pl. p. 1540.

Iaponice: Kuſakuſo, it. Fakonakſo et Fakona Kſa, ſive Fakona Kuſa.

Fakona Kſa. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 890.

Creſcit iuxta Nagaſaki, in inſula Nipon, montibus Fakoniae et alibi.

Floret Maio et ſequentibus menſibus.

Iaponicum. A. frondibus pinnatis: pinnis acutis inciſo-pinnatifidis ſerrulatis, ſtipite ſquamoſo.

Creſcit in montibus Nagaſaki.

Floret Auguſto.

Stipes compreſſus, ſulcatus, inferne ſquamoſus, ſuperne glaber, erectus, bipedalis.

Frons pinnata. *Pinnae* oppoſitae, ſeſſiles, lanceolatae, acutae, inciſae, pollicem latae, palmares; inferiores longiores; ſuprema inciſa, ſubtriangularis, acuminata: Lobi ovati, obtuſi, ſerrulati.

Lineae fructificantes diſci parallelae, approximatae, tres vel quatuor contiguae.

Differt ab A. *ſquamoſo*: pinnis inciſis ſerrulatis.

Conf. Aſplenium ſquamoſum. Petiv. Filic. p. 112. tab. 5. fig. 2.

POLY-

POLYPODIUM.

lineare. P. frondibus lineari-lanceolatis integris glabris, fructificationibus ſolitariis.

Creſcit in Koſido rupibus.

Floret Octobri.

Radix tomentoſa, fibroſa, minime repens.

Frondes plures, aggregatae, erectae, ellipticae ſeu inferne attenuatae, dein lineari-lanceolatae, acutae, rariſſime bifidae, integrae margine revoluto, glabrae; ſpithamaeae.

Fructificationis puncta ſimplici ſerie.

Phyllitis. P. fronde lanceolata glabra integra, fructificationibus ſparſis.

Polypodium Phyllitis. Linn. ſp. Pl. p. 1543.

Creſcit hinc inde.

haſtatum. P. fronde trifido-haſtata.

Iaponice: Kinſeſiki.

Creſcit in Nagaſaki montibus.

Floret a Februario usque in Iunium.

Radix ſquamoſa villo brunneo.

Stipes filiformis, ſulcatus, adſcendens, glaber, palmaris.

Frons haſtato-trifida. *Lobi* laterales minores, intermedius duplo longior, omnes lanceolati, acuti, integri, glabri.

Fructificationes ſimplici ſerie, a coſta utrinque aequaliter remotae.

Differt a P. *trifurcato*, eo, quod baſis huius haſtato-trifida ſit, nec apice trifurca ſit frons.

ellipticum. P. frondibus pinnatifidis: pinnis ellipticis laevibus integris, ſurculo repente.

Radix

Radix ſeu ſurculus repens, radiculis brunneis tomentoſis totus tectus.

Stipites angulati, torti, glabri, erecti, ſpithamaei.

Frondes pinnatifidae. *Pinnae* ellipticae, acuminatae, glabrae, laeves, integrae, remotae, quadrijugae, impari maxima.

unitum. P. frondibus pinnatis: pinnis enſiformibus ſerratis, ſerraturis ſemiovatis nervoſis.

Polypodium unitum. Linn. ſp. Pl. p. 1548.

Iaponice: Skakakure Iuri.

Creſcit iuxta Nagaſaki, in Koſido et Satſuma.

Floret Octobri.

falcatum. P. frondibus pinnatis: pinnis cordatis falcatis acuminatis integris, fructificationibus approximatis ſparſis. vid. Tab. 35.

Polypodium falcatum. Linn. ſuppl. ſyſt. Nat. p. 446.

Iaponice: Torano So, it. Kuanſue.

Creſcit in Koſido montibus, prope Nagaſaki.

Floret Octobri, Novembri.

Stipes ſquamoſus, praeſertim baſi ſquamis laxis ferrugineis, angulatus, ſtriatus, cinereus, erectus, ſpithamaeus.


Frons pinnata. *Pinnae* alternae, petiolatae, cordatae, baſi latae, longe acuminatae, falcatae, integerrimae, ſubundulatae; ſupra ſaturate virides, laeves; ſubtus pallidiores, reticulatae; glabrae, pollicares et ſeſquipollicares. *Pinna* ultima tripartita.

Petioli per paria approximati, ſquamoſi, breviſſimi, ſemilineam longi.

Fructificationis puncta, plurima, approximata, decemplici ſerie.

P. fron-

Flor. Jap. p. 336. Tab. 36.



POLYPODIUM *falcatum.*

orgi-ale. P. frondibus pinnatis: pinnis ſuperioribus coalitis, inferioribus enſiformibus ſurſum auriculatis inciſis, ſtipite villoſo.

Stipites teretes, tomentoſi.

Frondes inferne pinnatae, ſuperne pinnatifidae. *Pinnae* enſiformes, ſenſim breviores, inciſo-pinnatifidae, baſi ſurſum auriculatae; *inciſurae* integrae, margine utrinque fructificationibus duabus.

rum. P. frondibus bipinnatis: pinnulis ſeſſilibus, extimis confluentibus falcatis ſerratis, ſtipite ſquamoſo.

Japonicè: Oni ſida, it. Fiko, et Sida.

Creſcit in rupibus montium Kolido, Fakoniae, aliorum.

Floret a Maio usque in Novembris menſem.

Radix repens, ſquamoſa; ſquamis denſis, membranaceis, brunneis, glabris.

Stipes ſulcatus, ſquamoſus ſquamis remotis laceris, erectus, bipedalis.

Frondes bipinnatae, glabrae. *Pinnae* alternae. *Pinnulae* inferiores ſubdiſtinctae, ſuperiores coalitae, falcato lanceolatae, infimae ſubauriculatae, tenuiſſime ſerratae absque ciliis, ſenſim breviores.

Fructificationes in apice frondis.

ſetoſum. P. frondibus bipinnatis: pinnulis lanceolatis inciſis integris, ſtipite ſetoſo.

Japonice: Iſis ſida.

Stipes teres, rufeſcens, pilis atris longis laxis totus tectus.

Frons bipinnata. *Pinnae* infimae bipinnatae, ſuperiores pinnatae. *Pinnulae* inciſae inciſuris lanceolatis integris.

Fructificationes in media pagina ſimplici ſerie.

puncta-tum. P. fronde tripinnatifida: pinnulis lanceolatis obtuſis pinnatifidis, ſtipite villoſo.

 Stipes

Stipes ſemiteres, ſulcatus, purpureo-punctatus, ſub- villoſus.

Frons tripinnatifida. *Pinnae* patentes. *Pinnulae* lanceolatae, obtuſae; pinnatifidae: *laciniae* ovatae, obtuſae, ſerrulatae.

Fructificationes ſolitariae iuxta inciſuras pinnularum.

glaucum. P. fronde bipartita bipinnata ſubtus glauca: pinnulis inciſis integris.

Iaponice: Moro Muki.

Creſcit in montibus Nagaſaki, Fakoniae, aliis.

Floret Iunio.

Stipes ſemiteres, glaber, ſpithamaeus et ultra, apice bifidus cum rudimento frondis in dichotomia.

Frons bipartita bipinnatifida, glabra, ſupra viridis, ſubtus glauca. *Pinnae* enſiformes, pinnatifidae: *laciniae* lanceolatae, obtuſae, integrae margine reflexo.

Fructificationes ſimplici ſerie, inter margines laciniarum minutae.

dichotomum. P. frondibus dichotomis bipinnatis: pinnulis linearibus integris parallelis. vid. Tab. 37.

Iaponice: Sida, vulgo Moromuki, it. Ura Siro.

Creſcit in montibus Kolido, iuxta Nagaſaki et alibi.

Floret Iunio.

Surculus repens, flexuoſus.

Stipes teres, glaber, flexuoſo-erectus, ſaepius dichotomus, rarius trichotomus.

Frons dichotomo-ſubpedata, bipinnata, ſupra glabra, ſubtus glauca. *Pinnulae* coalitae, lineares, acutae, integrae, unguiculares.

Fructificationes ſimplici ſerie, minutae.

Uſus



POLYPODIUM dichotomum.

Uſus: Cineres huius cum alumine pulveriſato adhibentur contra Aphthas et Excoriationes oris et alias. Pulvis ideo hic vocatur Sida San, i. e. Pulvis ſidae.

ADIANTUM.

pedatum. A. frondibus pedatis; foliolis pinnatis: pinnis antice gibbis inciſis fructificantibus.
Adiantum pedatum. Linn. ſp. Pl. p. 1557.
Creſcit in Inſula Nipon.
Floret Iunio.

caudatum. A. frondibus pinnatis falcatis apice caudatis.
Adiantum caudatum. Linn. Mantiſſ. p. 308. ſyſt. Nat. Tom. 2. p. 790.
Iaponice: Fakona So.

aethiopicum. A. frondibus ſupradecompoſitis: pinnis integris rotundatis crenatis, petiolis capillaribus.
Adiantum aethiopicum. Linn. ſpec. Pl. p. 1560.
Creſcit cum priori in Fakoniae montibus et aliis.

TRICHOMANES.

hirſutum. T. frondibus bipinnatifidis hirſutis: pinnulis crenatis.
Trichomanes hirſutum. Linn. ſp. Pl. p. 1561.
Frons cum ſtipite tota pilis denſis breviſſimis hirſuta, ſpithamaea, bipinnatifida. *Pinnae* alternae, lanceolatae, obtuſiuſculae, ſenſim breviores, pinnatifidae: *pinnulae* lanceolatae, crenatae.
Fructificationes ſolitariae in crenis pinnularum.

ſtrigoſum. T. frondibus bipinnatis: pinnulis rhombeis piloſis ſerratis, fructificationibus ſolitariis infra ſerraturas.
Creſcit in Koſido, Satſuma et Nagaſaki.
Floret Octobri.
Stipes tomentoſo-ſtrigoſus.
Frons bipinnata, tota pilis raris tecta. *Pinnae* enſiformes. *Pinnulae* rhombeae, ſerratae.
Fructificationes ſolitariae, infra ſerraturas.

Valde affine Polypodiis.

Differt ab *Adianto villoſo* fructificationibus ſparſis, ſolitariis ſub ſerraturis.

Iaponicum. T. frondibus ſupradecompoſitis: pinnulis inciſo-trifidis acutis.

Iaponice: Sinobi.

Creſcit in Koſido, Satſuma, Nagaſaki, alibique in montibus.

Floret Septembri, Octobri, usque in Martium.

Frons ſupradecompoſita, glabra; ſtipite torto, ſulcato.

Pinnulae ultimae acutae, ſubtrifidae.

Fructificationes ſolitariae in ultimis laciniis, intra margines; *membrana* tegens tenuiſſima, alba.

chinenſe. T. frondibus ſupradecompoſitis, pinnis alternis lanceolatis: pinnularum laciniis cuneiformibus.

Trichomanes chinenſe. Linn. ſp. Pl. p. 1562.

Creſcit hinc inde in montibus.

MARSILEA.

tetraphylla. M. foliis quaternis integris.

Marſilea quadrifolia. Linn. ſyſt. Nat. Tom. 2. p. 797. ſp. Pl. p. 1563.

Iaponice: Ukinguſa.

Eadem quadrifolia vulgaris. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 900.

Creſcit in aquis agrorum Oryzae vulgaris.

Floriferam vel fructiferam, ſub feſtinanti itinere ab Aula caeſarea ad Nagaſaki urbem, non inueni.

MUSCI



LYCOPODIUM *ſerratum.*

MVSCI.

LYCOPODIUM.

ſerratum. L. foliis quaternis lanceolatis ſerratis, floribus ſeſſilibus in axillis foliorum. vid. Tab. 38.

Caulis inferne decumbens, apice erectus, dichotomus.

Folia quaterna, imbricata, lanceolata, ſerrata, glabra, recurva.

Flores ſeſſiles in axillis foliorum per totum caulem.

clavatum. L. foliis ſparſis filamentoſis, ſpicis teretibus pedunculatis geminis.

Lycopodium clavatum. Linn. ſp. Pl. p. 1564.

Creſcit in montoſis Fakoniae regionibus.

Vidi absque flore menſe Maio.

Iaponicum. L. foliis ſexfariis integris, caule radicante.

Iaponice: Fi Kago no Kadſura, it. Fi Kago no Warabi.

Creſcit in regionibus Iedo.

Caulis repens vel ſcandens, teres, glaber, ramoſus, radicans.

Folia verticillata, ſena, lanceolato-ſubulata, integra, glabra, imbricato-patula.

ornithopodioides. L. foliis bifariis patentibus: ſuperficialibus diſtichis, ſurculis repentibus, ſpicis ſeſſilibus.

Lycopodium ornithopodioides. Linn. ſp. Pl. p. 1569.

Iaponice: Mukade Ko, i. e. Millepedum muſcus.

Creſcit in monte Fakona.

circinale. L. foliis bifariis: ſuperficialibus geminis, ramulis convolutis.

Lycopodium circinale. Linn. ſyſt. Nat. Tom. 2. p. 794. ſupplem. ſyſt. p. 448.

Japonice: Iwa Maats, i. e. Pinus ſylveſtris, ob ſimilitunem foliorum.

Creſcit in montibus circum Nagaſaki, Kameru et alibi.

POLYTRICHUM.

ſtriatum. P. caule ramoſo, capſulis ſparſis, calyptris ſurſum rurſumve piloſis.

Polytrichum bryoides. Swartz Diſſ. de Methodo Muſcor. p. 16.

Bryum ſtriatum. Linn. ſp. Pl. p. 1579.

Japonice: Tai et Koki.

Creſcit hinc inde, ſatis vulgare.

BRYUM.

argenteum. B. ſurculis cylindricis imbricatis laevibus.

Bryum argenteum. Linn. ſp. Pl. p. 1536.

Creſcit in regionibus rivi Oygavae.

HYPNUM.

delicatulum. H. ſurculis ſubproliferis plano pinnatis cuſpidatis, pedunculis aggregatis.

Hypnum delicatulum. Linn. ſp. Pl. p. 1590.

Japonice: Tai, vulgo Koki. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 831.

Creſcit in montibus.

parietinum: H. ſurculis plano-pinnatis continuatis, pedunculis aggregatis.

Hypnum parietinum. Linn. ſp. Pl. p. 1590.

Japo-

Iaponice: Tai, vulgo Koki. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 831.

Creſcit hinc inde.

dendroides. H. ſurculo erecto, ramis faſciculatis terminalibus ſimpliciuſculis, capſulis erectis.

Hypnum dendroides. Linn ſp. Pl. p. 1593.

Iaponice: Manninguſa.

Creſcit in monte Koja.

ALGAE.

IUNGERMANNIA.

polyanthos. I. frondibus ſimpliciter pinnatis: foliolis integris imbricatis convexis.
Iungermannia polyanthos. Linn. ſp. Pl. p. 1597.
Iaponice; Tai et Koki.
Creſcit in regionibus montis altiſſimi Fuſi.

epiphylla. I. acaulis foliolo frondi innato.
Iungermannia epiphylla. Linn. ſp. Pl. p. 1602.
Creſcit locis humidis et montoſis vulgaris.
Florentem inueni menſe Aprili.

MARCHANTIA.

polymorpha. M. calyce communi decemfido.
Marchantia polymorpha. Linn. ſp. Pl. p. 1603.
Creſcit vulgaris in omni horto iuxta domos locis aquoſis et humidis.
Floret Aprili, Maio.

chenopoda. M. calyce communi dimidiato palmato quadrifido.
Marchantia chenopoda. Linn. ſp. Pl. p. 1603.
Creſcit hinc inde locis depreſſis.

LICHEN.

ſangui-narius. L. leproſus cinereo-vireſcens, tuberculis atris.

Lichen ſanguinarius. Linn. ſp. Pl. p. 1607.

Creſcit in rupibus montium parvae et magnae Koſido.

atro-albus. L. leproſus niger, tuberculis albis.

Lichen atro-albus. Linn. ſp. Pl. p. 1607.

Creſcit in rupibus inſulae tam parvae, quam magnae Koſido dictae.

ſaxatilis. L. imbricatus foliolis ſinuatis ſcabris lacunoſis, ſcutellis folio concoloribus.

Lichen ſaxatilis. Linn. ſp. Pl. p. 1609.

Iaponice: Koki, Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 831.

Creſcit in rupibus Koſido et Nagaſaki montibus.

Obs. Koki Iaponenſes vocant plerosque lichenes et muſcos in genere.

phyſodes. L. imbricatus laciniis obtuſis ſubinflatis.

Lichen phyſodes. Linn. ſp. Pl. p. 1610.

Creſcit in ſummis montibus magnae Koſido.

Iaponicus. L. foliaceus depreſſus inciſo-lobatus farinaceus criſpus, ſubtus villoſus.

Creſcit hinc inde, terrae et lapidibus adpreſſus.

Folia imbricata, oblonga, inciſo-lobata, farinacea, margine tenuiſſime criſpa, ſubtus venoſo-villoſa.

Affinis L. *glauco*; ſed ſubtus non glaber, verum tomentoſus e radiculis ramoſis.

fraxineus. L. foliaceus erectus oblongus lanceolatus ſublaciniatus lacunoſus glaber, ſcutellis ſubpedunculatis.

Lichen fraxineus. Linn. ſp. Pl. p. 1614.

Creſcit

Creſcit in montibus Koſido maioris.

Floret Octobri, et aliis menſibus.

caninus. L. foliaceus repens lobatus obtuſus planus, ſubtus venoſus villoſus, pelta marginali adſcendente.

Lichen caninus. Linn. ſp. Pl. p. 1616.

Creſcit hinc inde in montibus, ſylvulis et alibi.

pyxidatus. L. ſcyphifer ſimplex crenulatus, tuberculis fuſcis.

Lichen pyxidatus. Linn. ſp. Pl. p. 1619.

Iaponice: Kimpaku, vulgo Iwagoki, it. Iwaſiba. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 912.

Creſcit in lapidibus montium Nagaſaki.

Floret Februario et aliis menſibus.

digitatus. L. ſcyphifer ramoſus, ramis cylindricis, calycibus integris nodoſis.

Lichen digitatus. Linn. ſp. Pl. p. 1620.

Iaponice: Kimpaku, it. Sekiſi, vulgo Iwatagi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 832.

Creſcit in Miaco et Iedo.

hirtus. L. filamentoſus ramoſus erectus, tuberculis farinaceis ſparſis.

Lichen hirtus. Linn. ſp. Pl. p. 1623.

Creſcit hinc inde in truncis arborum.

TREMELLA.

auricula. T. ſeſſilis membranacea auriformis cinerea.

Tremella auricula. Linn. ſp. Pl. p. 1625.

Iaponice: Bokudſi, vulgo Kikuragi, it. Kino Mimi, i. e. arboris auricula. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 832.

Creſcit iuxta Iedo et alibi.

lichenoides. T. frondibus erectis planis, margine criſpo laciniato.
Tremella lichenoides. Linn. ſp. Pl. p. 1625.
Iaponice: Koki.
Creſcit in Koſido montibus.

FUCUS.

ſaccharinus. F. caule tereti breviſſimo, folio enſiformi ſubſimplici.
Fucus ſaccharinus. Linn. ſp. Pl. p. 1630.
Iaponice: Firomè et Konbu. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 833.
Creſcit ad littora Oceani japonici, vulgaris.
Uſus: poſt praeparationem totus eſculentus, coriaceae licet ſubſtantiae. *Dum* munera heic offeruntur, lamina quaedam huius fucii chartae adglutinatur illi, quae ſingulari modo replicata et filis argento auroque obductis circumligata muneribus ſuper imponitur.

ULVA.

latiſſima. U. oblónga plana undulata membranacea viridis.
Ulva latiſſima. Linn. ſp. Pl. p. 1632.
Adluit littora in pluribus portubus huius regni.

lactuca. U. palmata prolifera membranacea, ramentis inferne anguſtatis.
Invenitur in variis littoribus cum priori.

FUNGI.

AGARICUS.

campeſtris. A. ſtipitatus pileo convexo ſquamato albido, lamellis rufis.
Agaricus campeſtris. Linn. ſp. Pl. p. 1641.

Iapo-

Iaponice: Naba, Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 832.

Item: Tam vulgo Taki, Agaricus in genere, cuius ſine dubio in hiſce terris plures inveniuntur ſpecies, vocatur a Iaponenſibus. Horum varietates ſunt Sitaki, Faſtaki, Maſtaki, Kuragi, et Kiſtaki. Kaempf. Amoen. ex. Faſc. V. p. 822.

Agarici heic ſiccati quotidie eduntur et valde expediti ſunt in omnibus fere iuſculis et Embemmatibus. Venales ideo exſtant in omnibus fere tabernis per totum regnum.

BOLETUS.

ſuberoſus. B. acaulis pulvinatus albus laevis, poris acutis difformibus.

Boletus ſuberoſus. Linn. ſp. Pl. p. 1645.

Creſcit in arborum caulibus, grandis; mihi oblatus fuit a Medico caeſareae Maieſtatis in Iedo, *Duo* Kasragawa Foſſju.

fomentarius. B. acaulis pulvinatus inaequalis obtuſus, poris teretibus aequalibus glaucis.

Boletus fomentarius. Linn. ſp. Pl. p. 1645.

Creſcit in lignis ſiccis, inque ipſis rimis.

verſicolor. B. acaulis faſciis diſcoloribus, poris albis.

Boletus verſicolor. Linn. ſp. Pl. p. 1645.

Iaponice: Saru no Kuskaki, i. e. Sella Simiae.

Creſcit in veteribus truncis arborum iuxta Nagaſaki et alibi, menſibus Iunio, Iulio.

agaricoides. B. acaulis coriaceus laevis, poris angulatis lineari-oblongis undulatis.

Creſcit in rimis tectorum, hinc inde.

Fungus coriaceus, laevis, ferrugineus, rotundatus vel oblon-

oblongus, angulis integris, glaber, ſuperiori convexa pagina rimis adnatus.

Pori in inferiori pagina variantes pro diverſa fungi aetate, minuti et maiores, angulati et lamellati ut in agaricis: lamellis undulatis, intra marginem abruptis.

Ad agaricos paraſiticos acaules referri non poteſt, quum lamellae non integrae, ſed ſaepius abruptae et pori angulati.

dimidiatus. B. ſtipitatus perennis, pileo dimidiato undulato laevi, poris albis. vid. Tab. 39.

Iaponice: Mannen Taki, it. Reis.

Creſcit iuxta Iedo et Nagaſaki, ubi mihi dono datus fuit, a Medico Imperatoris et a Sacerdote primario templi Meoſuſi.

Radix fungi truncata, nodulosa, fibrilloſa.

Stipes ſubteres, flexuoſo-erectus, nodoſo-inaequalis: nodis rotundatis, compreſſis, inaequalibus; ſubſtantia tenaci, coriacea; glaber, ferrugineus, craſſitie digiti craſſioris, ſeſquidigitalis.

Pileus dimidiatus, i. e. margine altero, nec in centro inſertus, ſubhorizontalis, raro integer, plerumque undulatus, ſubmarginatus, coriaceus; ſupra convexus, undulato-inaequalis, glaber, ferrugineo nitidus, margine luteo; ſubtus albus, parum concavus poris tenuibus; ſeſquipollicem longus, duos pollices latus.

CLAVARIA.

muſcoides. C. ramis acuminatis inaequalibus luteis.


Clavaria muſcoides. Linn. ſp. Pl. p. 1652.

Creſcit in inſula Saikokf, locis depreſſis

Inveni menſe Iunio aggregatam, ſubſimplicem.

LYCO-

Flor. Jap. p. 348. Tab. 39.



BOLETUS dimidiatus.

D. E. Næzèn del.

LYCOPERDON.

Tuber. L. globoſum ſolidum muricatum radice deſtitutum.

Lycoperdon Tuber. Linn. ſp. Pl. p. 1653.

Iaponice: Sjioro. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 832.

Creſcit ſub terra, iuxta abietes.

Fungus heic magnitudine pruni maioris; recens mollis, brunneus; ſale conſperſus niger evadit.

Uſus: ſale conditus in iuſculis ſaepe heic editur coctus.

MUCOR.

Mucedo. M. ſtipitatus capſula globoſa.

Mucor Mucedo. Linn. ſp. Pl. p. 1655.

Creſcit in pane et aliis rebus variis.

PLAN-

PLANTAE OBSCVRAE.

1. Sedum foliis ovatis, integris.
Iaponice: Itſuma deguſa.
Creſcit in inſula Nipon.
Caulis flexuoſo decumbens, ſuperne ramoſus, palmaris.
Folia ſparſa, ſeſſilia, ovato-oblonga, obtuſa, glabra.
Tota herba carnoſa.
Flores non vidi.

2. Sedum foliis ſubrotundis crenatis.
Caulis filiformis, flexuoſus erectus, uti planta tota glaber.
Folia oppoſita, ſeſſilia, ſuborbiculata, crenata, unguicularia.

3. Fagara foliolis inaequilateris integris.
Japonice: Saikat Si.
Arbuſcula erecta, ramoſa, omnibus partibus glabra.
Rami alterni, ſtriati, flexuoſi, glabri, patuli.
Ramuli ſpineſcentes, purpurei, horizontales, ſpinuloſi, pollicares. Spinulae alternae, ſimiles ſpinis.
Folia in ramis pinnata, e gemmis plura, ſubſeptemiuga, patentia. *Foliola* oppoſita, ovata, obtuſa, inaequilatera, integra, ſemiunguicularia.

4. Euphorbia ſimplex foliis oblongis.
Iaponice: Taigeki.
Planta palmaris, ſimplex, erecta.
Folia alterna, inferne attenuata, ſeſſilia, oblonga, obtuſa, integra, glabra, ſubtus pallidiora, frequentia, pollicaria.

5. Bladhia foliis ſerratis glabris laevibus.
Caulis fruteſcens, puſillus, articulatus, ſimplex.
Folia in apice caulis oppoſita, aggregata, breviter petiolata, ovata, acuminata, ſerrata, laevia, glabra, circiter quatuor, ſeſquipollicaria.
Bacca rubra, magnitudine piſi minoris.

6. Convolvulus foliis cordatis ſeptemnerviis.
Iaponice: Karami Kadſura, it. Saiſin.
Caulis decumbens, radicans, ſtriatus, glaber.

Folia

Folia alterna, petiolata, cordata, ovata, acuta, integra, ſeptemnervia, reticulato-venoſa, ſubtus pallida, utrinque glabra, palmaria.
Petioli longitudine foliis aequantes.

7. Piper foliis 7-nerviis, inaequilateribus.
Iaponice: Fotus Kadſura.
Creſcit in montibus iuxta templum Meoſuſi.
Caulis ramoſus, articulatus, flexuoſus, glaber, decumbens.
Folia in articulis alterna, petiolata, ovata, vix cordata, inaequilatera, acuminata, integra, ſeptemnervia, ſubtus pallida, utrinque glabra, bipollicaria.
Flores non vidi, ſed dicebant Iaponenſes, eſſe illos ſpicatos, unde Saururum vel Piperem eſſe conjicio.

8. Ficus foliis trilobis, caule repente radicante.
Iaponice: In Tſta. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 887.
Creſcit in Dezima, prope Nagaſaki, in Koſido, et Papenberg, lapidibus adhaerens et late repens.
Caulis teres, flexuoſus, ſerpens, radicans radiculis frequentiſſimis capillaribus, villoſus.
Folia alterna, breviſſime petiolata vel ſubſeſſilia, triloba et 5-loba, piloſa, reflexa, ſemiunguicularia.
Stipulae ad baſin foliorum, lanceolato-ſetaceae, duae minutae.

9. Vitis foliis cordatis dentibus ſetaceis.
Iaponice: Tſjoo vulgo Tſta, i. e. Hedera; it. Ion Tſta, i. e. Hedera legitima. Tſta murum et hederam ſignificat.
Creſcit in muris Dezimae et alibi vulgaris, non florens.
Caulis ſcandens et repens, radicans radiculis fibroſis capillaribus, filiformis, glaber, ſubſimplex.
Folia alterna, petiolata, cordata, acuta, ſerrata dentata dentibus ſeta terminatis, 5-nervia, ſubtus pallida, utrinque glabra, patentia, ſemipollicaria.
Petioli folio breviores, capillares ex eadem gemma cum radiculis cirrhiformibus.

10. Rhus hirſuta ſpinoſa.
Rami et ramuli hirſuti, erecti, ſpinoſi.
Folia pinnata cum impari, circiter ſexiuga, erecta.
Foliola oppoſita, ſeſſilia, ovata, acuminata, ſerrata; ſupra ſtri-

goſa

goſa pilis rigidis ferrugineis decumbentibus, ſpinoſa; ſubtus ſublanata, pallidiora, ſpinoſa; vix pollicaria ſuperioribus ſenſim minoribus.

Petioli ramis ſimiles, ſpinoſi.

Spinae ramorum et petiolorum ſubulatae, inaequales, patentes; *ſpina* inter foliola longior triplo vel ultra. *Spinae* vel aculei foliorum in ipſa coſta ſetaceae.

11. Rhus foliis ſubtus glaucis, ſpinoſa.

Caulis fruteſcens ramis ſubangulatis, glabris, erectis.

Folia oppoſita, pinnata cum impari, ſubſexiuga, vel ſi petiolos pro ramulis ſumere velis, oppoſita, ſeſſilia.

Foliola oppoſita (in petiolis vel ramulis) ſeſſilia, ovata, longe acuminata, remote ſerrata ſerraturis ſeta terminatis, glabra, ſpinoſa, ſubtus glauca, pollicaria, ſuperiora breviora.

Spinae ſparſae in ramis, ramulis (petiolis) et coſta foliorum, inaequales, horizontales et recurvae. *Spinae* inter inſertionem foliorum longitudine fere foliorum.

12. Chelidonium foliis inciſis.

Caulis herbaceus, lacteſcens, erectus.

Folia alterna, petiolata, cordata, ovata, inciſo-lobata, lobis iterum inciſo-lobatis, ſinubus rotundatis; ſupra viridia, ſubtus albida, palmaria et ultra.

13. Carduus foliis ciliato-ſpinoſus.

Iaponice: Okera.

Caulis herbaceus, erectus, lana tectus, ramoſus.

Folia oblongo-lanceolata, ſetaceo acuminata, adultiora glabra, iuniora lanata, margine ciliato-ſpinoſa, pollicaria.

14. Carduus foliis lyratis.

Folia inferiora lyrata, ciliato-ſpinoſa, ſubtus villoſa, in petiolos attenuata, ſpithamaea et ultra.

15. *Iaponice*: Faro Kwai Soo.

Caulis nullus; ſed *folia* radicalia plura, linearia, integra, glabra erecta, gra[illegible]nea, ſpithamaea vel ultra.

Flores radicales, pedunculati, ſolitarii.

Pedun-

Pedunculi uniflori, pollicares.
Calyx monophyllus, 5-fidus: *laciniae* ovatae, filiformi-cuſpidatae.
Forſan ſcitaminea planta.

16. Commelina.
Iaponice: Kuſi Kuſo.
Ex interioribus provinciis ſine flore miſſa mihi fuit.

17. Braſſica.
Iaponice: Fata Sawo.
Flores albi; *Siliquae* lineares, glabrae, roſtratae.

18. Tetradynama folio radicali lacero.
Iaponice: Miſſuna.
Folium radicale pinnatifido-lacerum, pinnis iterum ſinuatis; totum glabrum, pedale, palmam latum.

19. Ranunculus, hirſutus.
Iaponice: Iakomoſi, vulgo Mehafigi.
Folia inciſo-palmata, denſe hirſuta.

20. Corchorus.
Iaponice: Genſin.
Caulis tetragonus, ſulcatus, erectus, herbaceus.
Folia petiolata, ovato oblonga, baſi rotundata, acuta, ſerrata, glabra, ſeſquipollicaria.

21. *Iaponice*: Tſuru Ninſin.
Caulis filiformis, debilis, ſcandens, glaber.
Folia alterna, petiolata, quaterna, glabra, patentiſſima.
Foliola breviſſime petiolata, ovato-oblonga, obtuſa, integra, glabra, tenerrima, pollicaria.

22. Croton foliis ſubtus tomentoſis.
Frutex (vel arbuſcula) fere totus tomentoſus.
Rami alterni, erecti, teretes.
Folia alterna, petiolata, ſuborbiculata cum acumine, ſuperne

 paullo

paullo latiora, venoſa, ſerrulata, ſupra incana, ſubtus albo tomentoſa, pollicaria usque palmaria.
Petioli foliis paullo breviores.

23. *Iaponice*: Fe no Ki.
Frutex ramis et ramulis oppoſitis, teretibus, muricatis.
Folia oppoſita, petiolata, oblonga, ſerrata, villoſo-ſcabra, ſubtus albo tomentoſa, patentia, pollicaria.
Petioli breviſſimi.
Baccae binae vel tres aggregatae, petiolatae, diſpermae, magnitudine piſi minoris, maturae Ianuario.

24. Liguſtrum floribus verticillatis.
Iaponice: Toko So.
Frutex erectus ramulis oppoſitis, patulis.
Folia oppoſita, ſeſſilia, ovata, integra, glabra, unguicularia.
Flores in ramulorum apice ſubſpicati, minutiſſimi.
Bracteae oppoſitae, lanceolatae, patentes, longitudine floris.

25. Liguſtrum glabrum.
Iaponice: Maſaki.
Frutex ramis glabris, erectis.
Folia oppoſita, breviſſime petiolata, ovata, obtuſa cum acumine, integra, glabra, unguicularia.

26. Evonymoides baccis parvis.
Iaponice: Kokuſagi.
Creſcit prope Iedo, Nagaſaki et alibi.
Frutex vel arbuſcula erecta, ramis teretibus, glabris.
Folia alterna, petiolata, obovata, apice obtuſata cum acumine, inferne anguſtata, integra, glabra, ſubtus pallidiora, inaequalia, pollicaria usque palmaria.
Petioli vix ſemiunguiculares.
Baccae pedunculos terminantes, ſeſſiles, aggregatae, coeruleae, minutae.

27. *Iaponice*: Kembo Ko, Ruugambokf, vulgo Sakaki. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 777.
Creſcit prope Iedo.
Arbor vel frutex glaber, ramis oppoſitis, purpureis, patulis.

Folia

Folia oppoſita, petiolata, iuciſo-trilobata, lobis inciſo-dentatis, glabra, venoſa, ſubtus pallidiora.
Petioli folio duplo breviores.
Rara dicebatur haec arbuſcula.
E ligno formantur penicilli pro purificandis dentibus.

28. Arbor foliis laurinis, trinerviis.
Iaponice: Wujaku.
Creſcit in regionibus Miaco.
Arbor ramis teretibus, purpureis; ramulis villoſis, alternis.
Folia alterna, breviter petiolata, ovata, acuminata, integra, trinervia, ſupra glabra; ſubtus glauca, adultiora nuda, iuniora hirſuta, ſeſquipollicaria.

29. Fucus.
Iaponice: Fiſik.
Creſcit in Porta Nagaſaki.

30. Diadelpha hirſuta.
Iaponice: Kuſin.
Caulis ſtriatus, inanis, villoſus, erectus.
Folia pinnata cum impari, decemiuga et ultra.
Foliola ſuboppoſita, breviſſime petiolata, ovata, obtuſa, integra, villoſa, unguicularia.

31. *Iaponice*: Son no Ige.
Arbor ramis teretibus, punctatis, purpureis, ſpinoſis.
Spinae ſparſae, frequentes, purpureae, punctatae, horizontales, pollicares.
Folia ſub ſpinis, breviſſime petiolata, ovata, acuta, ſerrata, glabra, patentia, ſemipollicaria.

32. Sideritis foliis hirſutis.
Iaponice: Kvune Soba.
Planta ſpithamaea, erecta, radice fibroſa.
Folia petiolata, oblonga, ſerrata, utrinque hirſuta.

33. Veronica in aquis et limoſis creſcens.
Iaponice: Meguſa ſive Faka.
Caulis ſubtetragonus, glaber, ſimplex, inferne in articulis radicans.

Folia oppoſita, breviter petiolata, ovata, obtuſa, integra, glabra, ſemipollicaria.

34. Arbuſcula ſcandens, forſan contorta.
Iaponice: Ipin no Ki.
Creſcit in Oſakka culta.
Arbor ramis alternis flexuoſo-erectis, glabris.
Folia alterna, breviter petiolata, oblonga, acuta, integra, glabra, pollicaria.
Stipulae duae ad baſin petioli, lanceolatae, patulae.
E ligno Pectines conficiuntur.

35. Hibiſcus foliis ſubtus tomentoſis.
Iaponice: Otara, it. Tara no Ki.
Creſcit in regionibus Fakoniae.
Caulis fruticeſcens ramis inanibus, villoſis.
Folia in apicibus ramorum aggregata, petiolata, ſeptemlobata, patentia; *lobi* ſerrati; ſupra glabra nervis villoſis, ſubtus 7-nervia nervis parallelo-nervoſis, tomentoſa; palmaria.

36. *Iaponice*: Iamma Sakuſo.
Folium radicale maximum, cordatum, integrum, glabrum, pedale.

37. Sapindus, foliis alternis.
Iaponice: Mukoroſſi.
Creſcit in Iedo.
Fructus dicebantur a Medicis amari, ſucceſi.
Arbor ramis, petiolis et foliis glabris.
Folia pinnata cum impari, ſexiuga circiter, pedalia.
Foliola ſubſeſſilia, ouata, lanceolata, integra, tenera patentia, digitalia.

38. *Iaponice*: Koſikibu, it. Aſikuroſſi, i. e. Mors Vaccae.
Creſcit in regionibus montium Fuſi, et Fakoniae, atque prope Iedo.
Florere incipit Maio; flores autem non vidi.

39. *Iapo-*

39. *Iaponice:* Ore, vulgo Iabo So.
Folia breviter petiolata, oblongo lanceolata, remote ſerrata margine revoluto, glabra, ſubtus pallida, ſpithamaea fere.

40. Arbor ramis longis.
Arbor ramis teretibus, rugoſis, purpureis; ramulis filiformibus, ſimilibus, virgatis, glabris.
Folia ſparſa, breviter petiolata, lanceolata, acuminata, ſerrata, ſubtus luteſcentia, glabra, ſempervirentia, digitalia.

41. Arbor foliis integris ſerratisque.
Rami tetragoni flexuoſi, purpuraſcentes, glabri.
Folia alterna, breviter petiolata, ovata, acuminata, ſerrata, glabra, ſubtus pallida, patula, pollicaria.

42. Scandens et volubilis.
Rami ſtriati, teretes, ſcandentes et volubiles, glabri.
Folia alterna, petiolata, ovata, acuta, ſerrata, glabra, pollicaria.
Forſan planta contorta.

43. Scandens foliis ternatis.
Iaponice: Kara Kuſa.
Caulis glaber, ramis filiformibus, ſcandentibus et volubilibus, purpureis glabris.
Folia alterna, petiolata, ternata, patentiſſima.
Foliola ovata, obtuſa, emarginata, ſinuata, inaequilatera, glabra, ſubtus pallida, unguicularia.
Petiolus communis ſeſquipollicaris, partialis ſemiunguicularis, omnes capillares, glabri.
Adeo ſimilis Ophioglоſſo ſcandenti, ut idem dixiſſem, niſi gemmis inſtructa fuiſſet foliaceis.

44. Rubia ſpicis ternis.
Herba ramulis filiformibus, patentiſſimis, glabris.
Folia oppoſita, breviſſime petiolata, ovata, acuta, integra, glabra, patentiſſima, unguicularia.
Florum racemi axillares, oppoſiti, terminales, tres; floſculis trium vel quatuor parium oppoſitis, deciduis.
Corolla cylindrica fructu infero, oblongo, glabro.

45. Arbor cuſpidatis foliis.
Arbor ramis oppoſitis, teretibus, glabris, cinereis, patentibus.
Folia lato-elliptica, longe acuminata, ſerrata baſi acumineque integris, venoſa, glabra, pollicem lata, bipollicaria et ultra.
Florum paniculae axillares, decompoſitae, dichotomae, patentes.
Bacca bilocularis, glabra, rubra, minuta.

46. Arbor nigra laurifolia.
Arbor ramis rigidis, nodulofis.
Folia petiolata, ſparſa, obovato-oblonga, inferne attenuata, acuta, integra margine reflexo, glabra, ſempervirentia, patentia, bipolliaria.
Petioli breves, craſſi, ſemiteretes.
Flores axillares in ſummitate ramulorum ex axillis foliorum, ſolitarii, pedunculati.
Pedunculi toti tecti ſquamulis ovatis, acutis, imbricatis, apice patulis, vix unguiculares, uniflori.
Fructus videtur eſſe drupa, margitudine piſi, muricata.

47. Herba fileni ſimilis.
Creſcit ſatis vulgaris ad vias in inſula Nipon; menſe Maio et Iunio adhuc germinare non coepit, ſed caules cum capſulis apertis praeteriti anni, aphylli ſunt.
Caulis angulatus, glaber, ſuperne paniculatus, ramis virgatis.
Flores in apicibus ramorum, pedunculati, virgati, pedunculis unifloris,
Capſula ſupera, unilocularis, polyſperma, apice in quinque lacinias breves patentes dehiſcens, glabra, ovata.

48. Ginko biloba foliis adianti.
Ginkgo biloba. Linn. Mantiſſ. p. 313.
Japonice: Ginkgo vel Gin An, vulgo Itſjo. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 811. fig. p. 813.
Creſcit iuxta Nagaſaki in inſula Nipon, alibi.
Arbor omnium maxima et vaſtiſſima caudice ſaepe craſſitie Quercus roboris, ramis alternis, patentibus.
Folia alterna, petiolata, cuneata, inciſo-biloba ſinu rotundato, eroſo-crenulata, glabra, avenia, palmaria.

Petio-

Petiolus longitudine folii, baſi ſupra pubeſcentes, ſemiteretes, apice utrinque in marginem folii excurrentes.
Flores forſan dioici, nunquam a me viſi.
Drupa ovata, flaveſcens, glabra, magnitudine pruni carne auſtera.
Nux ovata, angulis duobus apiceque acutis, magnitudine amygdali, glabra, tenuis.
Nucleus pellicula albido-brunnea cinctus, viridi-albus.
Fructus, demto cortice, viridis a Iaponenſibus editur; crudus inſipidus et amaricans eſt; leviſſime vero, ante detractionem corticis albi, ſuper carbones aſſatus ſatis bene ſapit.

49. Frutex radicans foliis quinquelobis.
Frutex radicans ramis decuſſatis, filiformibus, cinereis, glabris patentiſſimis.
Folia oppoſita, breviter petiolata, ovata, inciſo 5 loba, integra, ſubtus pallida, patentia, unguicularia.
In axillis foliorum interdum duo alia foliola, ſubrotunda, integra, minuta.

50. Arbor foliis rhamni, polyſperma.
Iaponice: Nabe Kabuſi, it Toneriko et utſugi.
Creſcit in regionibus montis Fakoniae.
Fructus gerit Maio et Iunio.
Frutex vel arbuſcula ramis tetragonis, punctis eminentibus muricatis, glabris, flexuoſo-erectis.
Ramuli alterni, angulati, ſecundi, flexuoſi, horizontaliter patentes, glabri.
Folia in ramulis oppoſita, ſeſſilia, ovata, acuminata, integra, trinervia, ſubtus pollidiora, pollicaria.
Flores racemoſi, bracteati.
Racemi ramulis oppoſiti vel interdum ex eadem gemma, digitales et ultra, patentes.
Bracteae oppoſitae in pedunculo, trium vel quatuor parium, ſeſſiles, orbiculatae, integrae, reflexae, glabrae, unguiculares.
Pedicelli capillares, unguiculares.
Calyx pentaphyllus, glaber perſiſtens, corolla duplo brevior: *foliola* ovata, membranacea margine, integra.
Corolla pentaphylla, calyci ſimilis, ſed duplo longior.

Semina bina, tria usque quinque, ovata, acuta, ſtriata, glabra, ferruginea, calyce corollaque perſiſtentibus incluſa. *Numerus* naturalis et communiſſimus eſt quinarius.

51. Arbor prunifolia baccata.
Arbor ramis teretibus, flexuoſis, erectis, glabris.
Folia alterna, petiolata, ovata, acuta, tenuiſſime ſerrata, venoſa, villoſa, unguicularia, petiolis breviſſimis.
Fructus capſularis, in ultimis ramulis racemoſus, ſubpentagonus, 5-valvis, 5-locularis.

52. Herba foliis trifido-pinnatifidis.
Iaponice: Fuſibakama, it. Ienbi Kan.
Herba tota glabra.
Folia oppoſita, petiolata, inciſo trifida, patentia.
Lobi laterales ſeſſiles, lineari-lanceolatae, acutae, apice ſerratae, pollicares; *terminalis* obovatus, breviſſime petiolatus, obtuſiuſculus, ſerratus.

53. *Iaponice*: Woogan.
Herba ſpithamaea, caule erecto, ramisque oppoſitis villoſis.
Folia oppoſita, lanceolata, integra, ſubtus pallida, vix pollicaria, villoſa.

54. *Iaponice*: Wookigi.
Herba erecta, ſpithamaea, omnibus partibus hirta.
Rami pauci, alterni, breviſſimi.
Folia alterna, lanceolata, integra, inferne attenuata in petiolos, pollicaria.

55. Aſclepias foliis oppoſitis alternisque.
Rami filiformes, albo-villoſi.
Folia ſuboppoſita, breviſſime petiolata, oblonga, integra, venoſa, ſubtus luteſcentia et nervis pilloſa, ſupra glabra et viridia, patula, unguicularia.

56. *Iaponice*: Kontik.
Herba erecta, tota villoſa; *caule* tereti, ſimplici.

Folia

Folia alterna, ſubpetiolata, oblonga, acuta, remote ſerrata, pollicaria.
Forſan Chryſanthemi ſpecies erit.

57. *Iaponice*: Baimo:
Herba tenera, tota glabra; *caule* ſimplici, erecto.
Folia alterna, oppoſita et raro terna, ſubverticillata, enſiformia, integra, palmaria, laxa, nervoſa.

58. *Iaponice*: Iamma Kiko.
Creſcit in regionibus Iedo.
Caulis herbaceus, tomentoſo-albus.
Folia in petiolos attenuata, ſparſa, obovato oblonga, inciſo 5-fida; *lobis* rotundatis, integris; ſupra viridis, villoſa; ſubtus albo tomentoſa, pollicaria.

59. *Iaponice*: Iomena, Fagina et Iomega Iagi.
Herba caule ſimplici, erecto, ſpithamaeo, glabro.
Folia alterna, in petiolos attenuata, oblonga, acuta, remote ſerrata, glabra, ſeſquipollicaria.

60. Herba foliis pinnatifidis, didynama forſan.
Iaponice: No Tiiſa.
Creſcit circum Nagaſaki.
Radix fuſiformis fibrilloſa.
Caulis baſi teres, ſuperne tetragonus, ſulcatus, tenuiſſime tomentoſus, pedalis vel ultra.
Rami decuſſati, teneres, cauli ſimiles.
Folia ſub ramis petiolata, pinnatifida, patentiſſima: *laciniae* lanceolatae, obtuſae, integrae, ſubtus incanae.

61. Herba foliis lyratis.
Iaponice: Miſſuna.
Folia petiolata, pinnatifido-lyrata, glabra, ſpithamaea; *lobi* oppoſiti, decurrentes, ovati, inciſo-ſerrati, patentes.

62. Gentiana, vel chlora foliis ovatis.
Radix faſciculata, annua.
Caules duo vel pauci, inanes, teretes, glabri, erecti, ſpithamaei, ſimplices.

Folia ſeſſilia, oppoſita, inferiora ſubrotunda, ſuperiora oblonga, ſuprema lanceolata et acuta, integra, margine leviſſime criſpa, glabra, ſubtus lutea, unguicularia.

63. *Iaponice*: Seiko.
Radix fuſiformis, fibrilloſa, annua.
Caulis erectus, pedalis, glaber, ſimplex.
Folia ſparſa, ſupradecompoſita, pinnata, glabra: *laciniae* tenuiſſimae, patulae.

64. Umbellata Liguſtri foliis.
Iaponice: Too Ki.
Caulis teres, ſtriatus, glaber.
Folia ternata, glabra; *Foliola* inciſo-trifida: *laciniae* lanceolato-oblongae, inciſo-ſerratae.
Petioli vaginantes lata vagina; petioli partiales filiformes, glabri, ſulcati, unguiculares intermedio longiori.

65. Umbellata foliolis imbricatis.
Iaponice: Fats Sjo So.
Petiolus folii medio tripartitus. *Foliola* inferiora breviter petiolata, ſuperiora ſeſſilia, ovata, acuta, ſerrata, duorum vel trium parium, extimo trilobo; glabra, ſubtus pallidiora, ſubimbricata, ſemipollicaria.

66. Umbellata foliis pinnatis.
Iaponice: Wudo, it. Doku Kuats.
Foliola oblonga, acuminata, ſerrata, glabra, ſeſſilia, circiter quadriiuga cum impari.

67. Umbellata foliorum nervis villoſis.
Iaponice: Hudo.
Folia triternato-pinnata: *foliola* ovata, acuta, ſerrata, ſubtus pallida, glabra, nervis ſubtus hirſutis.

68. Umbellata foliolis marginatis.
Iaponice: Saſin, vulgo Namba i. e. rotunda.
Radix fuſiformis, craſſitie digiti.
Folia radicalia pinnata, circiter quadriiuga cum pari.
Foliola breviter petiolata, oppoſita, ſubrotundo-ovata, vel ſubcunea-

cuneata, ſerrata, baſi integra, margine reflexo ſub membranacea, glabra, unguicularia.

69. Umbellata foliis longis, pinnis inciſis.
Japonice: Koohon.
Folia longe petiolata, ternato-bipinnata, glabra, nervis hirſutis: *lobi* ovati, inciſi, ſerrati, acuti.

70. Umbellata minuta.
Japonice: Seri Niſi.
Radix repens, articulata, articulis fibrilloſis.
Folia longe petiolata, ternata et trifida. *Foliola* ovata, acuta, ſerrata, glabra, ſemiunguicularia.

71. Umbellata tenuiſſime ſerrulata, forſan Sanicula.
Radix faſciculata, fibrilloſa.
Folia longe petiolata, triternata, glabra. *Foliola* ovata, acuminata, a baſi ad medium indiviſa; ſuperne ſerrata ſerraturis magnis; margine tam inferne quam ſuperne in ſerraturis parum reflexo et tenuiſſime ſerrulato ſerraturis vix nudo oculo conſpicuis; glabra, pollicaria, petiolata.

72. Umbellata foliis ſubtus punctatis.
Japonice: Avamori.
Creſcit iuxta Iedo.
Florere incipit Iunio.
Radix fuſiformis, fibrilloſa.
Folia longe petiolata, radicalia et caulina ſimilia, ternato-bipinnata. *Foliola* oblonga, acuta, ſerrata ſerraturis ſerratis, ſubtus pallida, punctis impreſſis, glabra, pollicaria.
Caulis uti et petioli glabri, ſtriati, erecti.
Flores terminales, paniculati, bracteati.
Forſan non umbellata; ſed flores non explicati plantae claſſem indicare non potuerunt.

73. Umbellata vel Ranunculus.
Japonice: Iamma Mitſuba.
Caulis debilis, erectus, retrorſum aculeato-ſtrigoſus.
Folia longe petiolata, inciſo-trifida: *Lobi* ovati, inciſo-ſerrati, tenuiſſime villoſi.

74. Di-

74. Didynamiſta Salviae ſimilis.
Iaponice: Woo Ren.
Radix fibris plurimis faſciculatis capillaribus.
Folia radicalia plurima, longius petiolata, ternato ſupradecompoſita, glabra, erecta. *Foliola* inciſa, ſerrata, ſubcuneata, patula, ſubtus pallidiora.
Petioli palmares, ſupradecompoſite trifidi, pedicellis capillaribus.
Scapus ſtriatus, erectus, ſuperne diviſus.
Flores verticillati, pedunculati.
Uſus: Herba amara febribus curandis inſervit.

75. Arbor carpinifolia.
Rami et ramuli teretes, flexuoſe-patuli, glabri, ultimi capillares, purpuraſcentes.
Folia alterna, petiolata, ovata, acuminata, cordata, inciſo-ſublobata, inaequaliter ſerrata, multinervia nervis e coſta oblique exeuntibus, glabra, ſubtus palida, ſubpalmaria.
Bracteae duae, ad baſin petioli et pedunculi, ovatae, acuminatae, integrae, rariſſime dentatae, petiolo duplo breviores, apice ſetaceae, glabrae.
Pedunculi petiolis oppoſiti, capillares, digitales et ultra, in medio et ſub floribus bracteati.

76. Arbor foliis platani nigricantibus.
Rami et ramuli teretes, glabri, fuſceſcentes.
Folia oppoſita, petiolata, cordata, angulato 5 loba, inaequaliter ſerrata, longe acuminata acumine ſerrato, nervoſa nervis e coſta oblique exeuntibus, glabra, palmaria, patentia.
Petioli longitudine fere folii.

77. Arbor foliis nervoſis.
Creſcit in montoſis Satſumae, Koſido et Nagaſaki.
Fructus menſe Novembri inveni.
Arbor orgyalis ramis teretibus, cinereis, ultimis purpureis, alternis, erectis, glabris.
Folia alterna, petiolata, ovata, acuta, integra, parallelo-nervoſa,

voſa, nervis obliquis, ſubtus luteſcentia, glabra, pollicaria.

Flores et fructus in ramulis paniculatis racemoſi.

Perianthium monophyllum, patens, glabrum, 5-partitum, perſiſtens: *laciniae* acutae.

Capſula ſupera, globoſa, glabra, magnitudine vix piperis, umbilicata baſi ſtyli in umbilico perſiſtente, 5-valvis, 5-locularis, polyſperma.

78. Arbor foliis deciduis.
Iaponice: Mitsmata.
Creſcit iuxta Iedo.

79. *Iaponice*: Futali Situka.
Creſcit in regionibus Miaco.

80. *Iaponice*: Iumatsdura.
Creſcit iuxta Iedo.

81. Arundo. *Iaponice*: Iokiwa.
Creſcit prope Nagaſaki in littore portus e regione Dezimae.
Floret Iunio.

82. Fruticulus Azaleae foliis anguſtis.
Iaponice: Futjinoſi.
Creſcit in montibus extra Nagaſaki, iuxta templum Meoſuſi et alibi.

83. Gramen arundinaceum paniceum.
Iaponice: Mitjiſiba.
Creſcit in montibus Nagaſaki.

84. Gramen cyperoides.
Iaponice: Ito Fige.
Creſcit iuxta Nagaſaki alibique in Saikokf.
Florere incipit Iunio, Iulio.

85. *Iaponice*: Saſiſſo.
Creſcit iuxta Nagaſaki.

Folia

Folia contuſa et aqua inſperſa inſigne heic medicamentum creditur Cyprino aureo.

86. Camphoroides; *Iaponice:* Sur no Fa.
Creſcit in montibus iuxta templum Meoſuſi.

87. Phaſeolus vel Dolichos.
Iaponice: Kats, vulgo Kadſu, Kadſu Kadſura, et Kadſune. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 840.
Creſcit in Papenberg, Koſido et prope Nagaſaki.
Floret Septembri, Octobri.

88. Phaſeolus vel Dolichos.
Iaponice: Torok Mame.
Creſcit in Nango.

89. *Iaponice:* Tajo Saiko.

90. *Iaponice:* Ao Giri.
Creſcit iuxta Nagaſaki.
Fructus matureſcit Auguſto, Septembri.

91. Arbor excelſa.
Iaponice: Noko Giri.
Creſcit in montibus Nagaſaki urbem circumiacentibus.

92. *Iaponice:* Midſiki, it. Memo daki, aliis Ume Madaku. Kaempf. Amoen. ex. Faſcic. V. p. 789.
Creſcit iuxta Miaco et Quana.
Floret Iunio.

93. *Iaponice:* No fagina, Ko Gikf, Iomega Iagi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 876.
Creſcit in montibus extra Nagaſaki.

94. Achillaea foliis radicalibus plurimis.
Iaponice: No ko Ginſo.
Creſcit iuxta Fakonam montem.

95. Piloſellae foliis, forſan ſyngeneſiſta.
Iaponice: Motji Guſa.
Creſcit in montibus extra Nagaſaki.

96. Matricaria forſan herba.
Iaponice: Iamma futs.
Creſcit in montibus extra Nagaſaki urbem.

97. *Iaponice*. Kwai, vulgo Ienſu, et Kwaikaku. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 841.
Creſcit iuxta Nagaſaki.
Fructus maturatur Octobri.
Legumen ovatum, ſolitarium vel duo in eodem pedunculo longitudinalia, longius vel brevius remota; carnoſum, monoſpermum, raro diſpermum, glabrum linea dupli- ci oppoſita aloida, vireſcens, magnitudine paſſulae ſucco inſtrato, adſtringente.
Semen ſolitarium vel bina, ovatum, glabrum.

98. Frutex urticae foliis et facie, floribus cryſtallinis.
Iaponice: Siro, it. Kawa Siro, i. e. Siro fluviatilis; Kawa fluvium ſignificat. Aliis Niwami.
Creſcit iuxta Nagaſaki, in montibus.
Floret Ianuario.
Caulis fruticoſus ramis debilibus ramulisque diffuſis, purpuraſcentibus, glabris.
Folia alterna, petiolata, ovata, acuminata, ſerrata, nervoſa, patentia, glabra ſemipollicaria, ſupra laete viridia, ſubtus pallida et rugoſa.
Petioli folio multoties breviores, glabri.
Flores maſculi et feminei diſtincti.
♀ *Perianthium* 1-phyllum, patheriformi-globoſum, niveum, integrum, cryſtallino-ſubdiaphanum, glabrum, craſſiuſculum.
Corolla nulla.
Germen ſuperum, ovatum, viride, glabrum, corolla incluſum.
Stylus nullus; ſed ſtigmata tria, griſea.
Flores feminei primo intuitu apparent ſarcti certa alba.

99. Ar-

99. Arbor excelſa e China heic introducta.

Iaponice et Sinice: Kandan.

Creſcit culta in Nagaſaki iuxta templum Meoſuſi.

Fructus maturus Ianuario.

Ramuli noduloſi, rugoſi, cinerei.

Folia pinnata cum impari, circiter ſexiuga, glabra.

Foliola oppoſita, breviſſime petiolata, oblonga, acuminata, inaequilatera, parallelo-nervoſa, integra, glabra, palmaria usque ſpithamaca, reflexa.

Drupa ovata, glabra, rugoſa, viridis, magnitudine olivae; carne craſſa, odore Mandragorae, alba.

Nux oblonga, utrinque acuminata, ſulcata, dura flavicans, trivalvis, trilocularis.

Nucleus in ſingulo loculamento unicus, albus.

Uſus: Fructum antivenenatum eſſe credunt Sinenſes, ideoque pulvis eius cibis ſuper inſpergitur.

100. Arbor maxima foliis Ceſtri aveniis.

Iaponice: Sarfio, it. Ius no ki. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 816.

Arbor vocatur Ius et Fructus Fjon vel Saru no Fuje ſeu Sarfio contracte, i. e. Simiarum fructus; Saru enim Simiam ſignificat.

Creſcit in montibus extra Nagaſaki.

Arbor celſa, vaſta et craſſa, ramoſiſſima.

Ramuli alterni, teretes, cinerei, glabri, flexuoſi, erecti.

Folia alterna, petiolata, elliptica, acuta, integra margine revoluto, marginata, avenia, glabra, patentia, petiolis multoties longiora, digitalia.

Fructus ovati, lignoſi, glabri.

101. Umbellata, forſan Araliae ſpecies.

Iaponice: Tſjo, vulgo Tſta, it. Ion Tſta. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 887. it Iuiurs Tſta et Teka Kadſura.

Creſcit

Creſcit in montibus iuxta margines agrorum, circa Nagaſaki, in Koſido, alibi.
Floret Octobri.
Fructus maturus Februario.
Caulis procumbens et repens, teres, cinereus, ramoſus, fruteſcens.
Rami alterni, cauli ſimiles.
Folia alterna, in apicibus ramorum aggregata, petiolata, ovata, acuminata, conniventia, integerrima, ſubundulata, patentia, apice reflexa, nervoſa, pollicaria.
Petioli filiformes, glabri, folio breviores.
Flores in apicibus ramorum umbellati, pedicellati.
Pedunculi umbellularum alterni, filiformes, glabri, longitudine petiolorum.
Pedicelli filiformes, aequales, unguiculares.
Filamenta quinque.
Bacca globoſa, ſtylo perſiſtente ornata, ſuperne ſulco annulari cincta, glabra, matura atra, magnitudine piperis, bivalvis, bilocularis.
Semina in ſingulo loculamento ſolitaria, tunica tenui cincta, hinc plana, inde convexa, totam baccam replentia, alba.
An capſula potius circumſciſſa?

102. Chara foliis ciliatis.
Iaponice: Nenaſi Kuſa.
Herba aquatica, tenera; caulibus pluribus, ſimplicibus, erectis.
Folia verticillata, circiter ſena, ſeſſilia, lanceolato-oblonga, ſetaceo-acuta, ciliata, glabra, vix unguicularia.

103. Salix foliis lanceolatis nudis, raro ſerrulatis. ♂ et ♀.
Iaponice: Neko Fanna Ianagi, et Kawa Ianagi.
Rami purpuraſcentes, teretes, erecti.
Ramuli ultimi albo-tomentoſi.
Folia breviſſima petiolata petiolis villoſis, lanceolata, acuta, integra et ſerrata ſerraturis raris, nuda, unguicularia.

Nova quidem videtur eſſe ſpecies; ſed miſerum adeo mihi fuit ſpecimen, ut determinare non potuerim.

104. Prunus floribus plenis, umbellis pedunculatis.

Japònice: Niwa Ume.

Creſcit vulgaris, fere ubique.

Colitur in omni horto et in omni fere domo, omnium elegantiſſima, ob copiam florum plenorum et alborum.

Floret a Ianuario caule aphyllo, usque in Aprilem, dum folia progerminare incipiunt.

KAEMPFERVS ILLVSTRATVS,

ſeu explicatio illarum plantarum iaponicarum, quas in Amoenitat. exot. Faſciculo quinto recenſet Doctor Kaempfer.

Laurus in genere.	Tſus no Ki, ſive Tſudſu no Ki. p. 769.
Laurus glauca.	Kuro Tſons, vel Pròh Tſons. p. 770.
	Eadem foliis anguſtioribus p. 770.
Laurus camphora.	Aka Tſudſu. p. 770.
Laurus camphora.	Sſio, vulgo Kus no Ki, aliis Nambok. p. 770.
Myrica nagi.	Na, vulgo Nagi, it. Tſikkura Siba. p. 773.
Aucuba iaponica.	Aukuba. p. 775.
	Taraijo, vulgo Onimotſi. p. 775.
Bladhia japonica.	Sankitz, vulgo Iamma Tadſi banna. p. 775.
Bladhia criſpa.	Quackitz, vulgo Fanna Tadſi banna. 776.
	Eadem folio anguſto. 776.
Nandina domeſtica.	Nandſiokſ, vulgo Natten vel Nandin Tſikku. 776.
Liguſtrum japonicum.	Nyſimi Motſi, aliis Tanna Wattaſi. 776.
	Iubeta. 777.
Lycium barbarum.	Kooki, vulgo Kuko, aliis Numi guſſuri. 777.
	Fekofatz.
	Kembokf, it. Ruugambokf, vulgo Sakaki. 777.
Eurya japonica.	Fiſakaki. 778.
	Eadem flore albo. 778.
	Sasjebu. 778.
	Obammi, aliis Iſo fiſakaki. 778.
	Sjiroggi. 779.
	Sjiroggi arborea, Namome. p. 779.
Skimmia japonica.	Sin San, vulgo Mijamma Skimmi. 779.
Lycium japonic.	Come Gomi, it. Mantees. 780.
Callicarpa americana.	Iamma Co gomme. 780.
Taxus verticillata.	Ken Sin, it. Sen bakv, vulgo Inu Maki. 780.
Taxus macrophyllos.	Sin vulgo Maki, ſeu Fon Maki. 780.
	Tſjo lei, vulgo Fimitzbaki, vel Fimeri baki, 781.

Buxus virens.	Ojo, vulgo Tſuge. 781.
Buxus virens.	Tſuge altera. 781.
Ilex aquifolium.	Koo Katz, vulgo Firaggi. 781.
Smilax china.	Sankira, vulgo Quaquara. 781.
Cariſſa ſpinarum.	So no Ki, aliis Fira, et Firali. 784.
Ocymum criſpum.	Siſo, vulgo Muraſakki. 784.
Baſella rubra.	Muraſakki vulgaris. 784.
Paederia foetida.	Fackubukon, vulgo Fekuſo Kadſura. 784.
Lonicera japonica.	Nin too, it. Sin too, vulgo Sui Kadſura et Kinginkwa. 785.
Uvularia japonica.	Kenkoo, vulgo Sane Kadſura, aliis Orenj Kadſura. 785.
Viſcum album.	Kſei vulgo Iodoriki. 785.
Phyſalis angulata.	Sanſjo, vulgo Foo dſukki. 785.
Orontium Iaponicum.	Kiro et Rirjo, vulgo Omotto. 785.
Arum dracontium et dracunculus.	Konjakv, it. Kuſako vulgo Konjakv et Konjakſdama. 786.
Arum triphyllum.	Nanſoo, vulgo Iamma Konjakv, it. Oſomi et Ten Nan ſjo. 786.
Vitis vinifera.	Foto vulgo Iebi et Budo. 786.
Vitis labruſca.	Ganebu. 786.
	Iamma Budo. 787.
Sambucus nigra.	Niwa Toka, ſeu Niwa Tonga. p. 787.
	Tadſu. 787.
	Iamma Tooſimi. 787.
Cornus japonica.	Midſe, it Iamma Simira. 787.
	Niwa Toka, ſeu Ame furaſs. 787.
Rubus coeſius.	Foo, it. Moo, vulgo Itſingo. 787.
	Faſſo Itzingo. 787.
Rubus palmatus.	Ki Itzigo. 787.
Potentilla grandiflora.	Kutz nawa Itzigo. 787.
Fragaria ſterilis.	Quanſo Itzigo. 788.
Morus nigra.	Soo, vulgo Kuwa. 788.
Melia azedarach.	Den, it. Ootz, vulgo Sendan, aliis Kindeis. 788.
	Kuroggi ſeu Fon Kuroggi. 788.
	Akai Sindſjo, it. Sindrjo. 788.
	Iuſura. 788.
Elaeagnus macrophylla.	Kotai, vulgo Gommi it. fon Gommi. 789.

Sjnu

Elaeagnus pungens.	Sjnu Kotai, vulgo Akin Gommi. 789.
Rhamnus zizyphus.	Naatzine. 789.
	Midſikki, aliis ume Madakku. 789.
Dryandra cordata.	Abraſin. 789.
Aralia Iaponica.	Iaatzde. 790.
Ricinus communis.	Fima, vulgo Tooguma, it. Taraji et Karaguſju. 790.
	Modoras. 790.
Evonymus japonicus.	Iſo Kuroggi. 790.
Rhus vernix.	Sitz, vel Sitz dſju, vulgo Urus ſeu Urus no Ki. 791.
Rhus ſuccedanea.	Faſi no Ki. 794.
	Niſi Kingi. 766.
Celaſtrus alatus.	Niſi Kingi, folio alato. 796.
	Kuro ganni. 796.
	Kuro Kaki. 796.
Evonymus tobira.	Tobira. 796.
Amygdalus perſica.	Too, vulgo Momu. 798.
	Ioobai, vulgo Iamma Momu. 798,
Prunus domeſtica.	Ri, vulgo Sſu momu. 798.
Prunus armeniaca.	Kjoo, vulgo Kara momu, it. Anſu. 798.
Amygdalus nana.	Bai, vulgo Umè et umebos. 799.
Prunus aſpera.	Muk no Ki. 799.
	Ruke. 799.
	Ia ſjibo. 799.
	Mogotto. 799.
Prunus ceraſus flore pleno.	Ie, Io, O, vulgo Sakira. 799.
Prunus ceraſus flore ſimplici.	Iamma Sakira. 799.
	Ito Sakira. 799.
Spiraea crenata.	Niwa Sakura. 799.
	Ko Sjoi Sakura. 799.
Meſpilus japonica.	Byva, it. Kuſkube. 300.
Pyrus communis.	Ri, vulgo Nas. 800.
	Dai, vulgo Kara Nas. 800
Pyrus Cydonia.	Umbatz, vulgo Marmeer. 800.
Pyrus baccata.	Rai Kin, vulgo Ruko, Reikin et Reiko. 800.

Punica granatum.	Dſjakurjo, vulgo Sakuro. 800.
Citrus aurantium.	Kan, vulgo Kummi fo. 800.
Citrus aurantium.	Kitz, vulgo Tats banna. 801.
Citrus aurantium.	Iuu, vulgo Aje tats banna. 801.
Citrus japonica.	Kin Kan, vulgo Fime tatsbanna. 801.
Citrus triſolia.	Sſi. vulgo Karatats banna, aliis Gees. 801.
Ficus pumila.	β. Itabu. 803.
Ficus pumila.	α Inu Itabu. 803.
	α. Si, vulgo Kaki. 805.
Dioſpyros Kaki.	β. O no Kaki. 807.
	γ. Kineri Gaki. 808.
	δ. Sſibu Kaki. 808.
Gardenia florida.	Sſi, vulgo Kutſjinas. 808.
Gardenia radicans.	Kutſjinas altera. 808.
	Sidom, it. Sidomi Notti. 808.
Hovenia dulcis.	Sieku, vulgo Ken et Kenpokonas. 803.
Solanum aethiopicum.	Ka, it. Kja, vulgo Naſſubi. 810.
Cucurbita lagenaria.	Fio, vulgo Nari Finango. 810.
Cucurbita hiſpida.	Ko, vulgo Iungauo. 811.
Cucumis conomon.	Kwa, vulgo Furi uri, ſjiroori, tſke, uri et Tſutſke uri. 811.
Cucurbita pepo.	To Kwa, vulgo Togwa et Kamo uri. 811.
Cucumis melo.	Ten Kwa, vulgo Kari uri. 811.
Cucumis flexuoſus.	Sjo Kwa, vulgo Awo uri. 811.
Cucumis ſativus.	Akwa, vulgo Karas uri. 811.
Cucurbita verrucoſa.	Kokwa, vulgo Soba uri. 811.
	Si Kwa, vulgo Fitzma. 811.
Ginko biloba.	Ginkgo, vel Gin An, vulgo Itſjo. 811.
Taxus nucifera.	Fi, vulgo Kaja. 814.
Quercus cuſpidata.	Sui, vulgo Ni no Ki. 816.
Quercus glauca.	Kas no Ki. 816.
Quercus dentata.	Kuko, vulgo Kaſjuwa, Boku Soku et Sjirakas. 816.
	Beki, vulgo Kunugi, Sjirakunugi et Aka Kas. 816.
Fagus caſtanea.	Rütz, vulgo Kuri. 816.
Corylus avellana.	Sin, vulgo Faſi bami, it. Fa. 816.

Sarſio,

	Sarſio, it. Ius no Ki. 816.
Trapa natans.	Ri juu, vulgo Vis. 817.
Thea bobea.	Ta, it. Sa et Tſja. 817.
	Rjugan vel Djugan, vulgo Djugan niku. 817.
Sium ninſi.	Sju Sjin, vulgo Niſji, Nindſin et Dſin Dſom. 818.
Daucus carota.	Kofuk, vulgo Niſji et Fabu Ninſin. 822.
Chaerophyllum hirſutum.	Famma Ninſin. 822.
Braſſica rapa.	Buſei, vulgo Aona. 822.
Raphanus ſativus.	Rei fuku, vulgo Daikon. 822.
	Farjo, vulgo Karana. 822.
	Sadſin. 822.
Campanula glauca.	Kekko, vulgo Kikjo et Kirakoo. 822.
	Kikjo. 823.
Convallaria japonica.	Mondo et Biakf Mondo, vulgo Riuno Fige, Siogei ſige, Iamaſuje et Sogaii. 823.
	Booſu et Iobu, it. Iammaſkanna et Iammani. 825.
Peucedanum japonicum.	San boſu, vulgo Iamme Buſu. 825.
	Nadagi, Nakaki. 825.
Apium petroſelinum.	Kin, vulgo Seri. 825.
Pimpinella aniſum	Qvaiko, Uikio vulgo Kureno Ommo. 825.
	Sſiro, vulgo Tagara Kinſo. 826.
Capſicum annuum.	Bandſjo, vulgo Toogaras. 826.
	Doku quatz, vulgo Doſien, it. Udo et Sika. 826.
	Kjoo, vulgo Sſonga, Faſi Kami, et Kureno Faſi Kami. 826.
Amomum mioga.	Dſjooka, vulgo Mjoga, ſeu Mionga, it. Megga. 826.
Globba japonica.	San Dſjoka, vulgo Iamma Mjoga. 827.
Tuſſilago japonica.	Tſowa. 827.
Clerodendrum trichotomum.	Seo Kuſitz, vulgo Kuſaggi. 827.
Scirpus articulat.	Boſſai, vulgo Qvai. p. 827.
Sagittaria ſagittata.	Siko, vulgo Omodaka. 827.

 Kai,

Dioſcorea 5-loba.	Kai, vulgo Tokoro. 827.
Dioſcorea japonica.	Dſojo, vulgo Iamma Imo. 828.
Dioſcorea oppoſita.	Tſukne Imo. 828.
Arum eſculentum.	U, vulgo Imo, Satai Imo. 828.
Menyanthes nymphoides.	Sjun, vulgo Nonawa. 828.
Arctium lappa.	Gobo, it. Umma Buſuki. 828.
Phytolacca octandra.	Sjooriku, vulgo Iamma Gobo et Iſjuo ſikki. 828.
Allium cepa.	Soo, vulgo Fitomoſi. 830.
Allium.	San, vulgo Fir et Ninniku. 831.
Allium.	Kiu, vulgo Miira niira. 831.
Allium.	Kei, vulgo Oo nira. 831.
Cichorium intybus.	Kio, vulgo Tſiſa. 831.
Lactuca ſativa.	Kantats, vulgo Futſukuſa, it. Too Tſiſa. 831.
Portulaca oleracea.	Bakin, vulgo Uma Bijr, it. Siberi Fiju. 831.
Leontodon taraxacum.	Fo ſei, vulgo Fudſina, Tſugumuſa et Tampopo. 831.
Tuſſilago petaſites	Ro, vulgo Fuki ſabuki. 831.
Lichenes et Muſci.	Tai, vulgo Koki. 831.
	Soo, vulgo Momubah. 831.
Agaricus campeſtris.	Naba. 832.
Agaricus campeſtris.	Tan vulgo Taki. 832.
Agaricus.	Idem pumilus. 832.
Lycoperdon tuber.	Sjooro. 832.
Tremella auricula.	Bokudſi, vulgo Kikuragi, it. Ki no Mimi. 832.
Fucus.	Si ſai, vulgo Ama nori, it. Muraſakki Nori. 832.
Lichines centriſugi, foliacei.	Sekiſi, vulgo Iwatagi. 832.
	Seki Kwa, vulgo Kokuro buto, it. Tokoro tenguſa. 832.
	Tai Sei, vulgo Aii Nori. 833.
Fucus ſacharinus.	Firome et Konbu 833.
Fucus.	Kaitei, vulgo Arame. 833.

Siſjo,

	Siſjo, vulgo Miru. 833.
	Roku Kaku, vulgo Ino matta, Toriſaka Nori. 833.
Hirundinis eſculentae nidus.	Ienwa, it. Ieniku, vulgo Iens.' 833.
Oryza ſativa.	Come vel Waſi. 834.
	Ko, vulgo Motſi gomme, it. Uruſjine. 834.
	Da, vulgo Motſi gomme, it Motſi no Ione. 834.
Frumentum in genere.	Baku, vulgo Muggi. 834.
Hordeum vulgare.	Omuggi. 834.
Triticum aeſtivum et hybernum.	Ko muggi. 234.
Avena ſativa.	Ienbaku, vulgo Karas muggi. 834.
Coix lacryma.	Iokui et Iokuinin, vulgo Dſudſudama, it. Fatſji Koku. 834.
Holcus ſorghum.	Sioku, vulgo Kibi, it. Kimmi Kibi. 834.
Zea mays.	Sjokkuſo, vulgo Too Kibbi. 834.
Alopecurus caudatus.	Dſjeku, vulgo Awa. 835.
Alopecurus hordeiformis.	Fai, vulgo Fije. 835.
Cynoſurus coracanus.	Kjokuſo, vulgo Nan ban Kiwi. 835.
Polygonum fagopyrum.	Kjo, vulgo Soba. 835.
Polygonum.	Sjoo, vulgo Iwo nome. 835.
Polygonum perfoliatum.	Sui Roo, vulgo Midſu Soba. 835.
Seſamum orientale.	Koba, vulgo Gomma. 835.
Papaver ſomniferum.	Ieiſoku, vulgo Kes. 835.
Piſum ſativum.	Wan, vulgo Nora Mame. 835.
Vicia faba.	Sandſu, vulgo Sora Mame. 836.
	Fen, vulgo Adſi Mame, it. Kaadſi Mame. 836.
Dolichos incurvus.	Toodſu, vulgo Natta Mame. 836.
Dolichos lineatus.	Reedſu, vulgo Faſjo Mame. 836.
	Nankin Mame. 836.
Dolichos unguiculatus.	Koo, vulgo Saſaſi, it. Sjiro Saſangi. 836.

	Rioku et Rok, vulgo Iajenari Saſagi. 337.
	Too. vulgo Atſuki. 837.
Dolichos ſoja.	Daidſu. 837.
	Siuku, vulgo Kuro Mame. 840.
	Katz, vulgo Kudſu, Kudſu Kadſura et Kadſure. 840.
Mimoſa arborea.	Koquan ſeu Goquan, vulgo Nomu no Ki, et Neburi no Ki. 840.
	Qvai, vulgo Iens et Qvai Kaku. 841.
	Sokio, vulgo Kawara fudſi. 841.
Bignonia catalpa.	Kakuſju, vulgo Kawara ſiſagi, it. Adſja. 841.
Daphne odora.	Sjiko, vulgo Rintſjo, Rantſjoge. 844.
	Iamma Rintſjo. 844.
Olea fragrans.	Mokkſei. 844.
Pyrus japonica.	Buke. 844.
Corchorus japonic. fl. ſimpl.	Teito, vulgo Iamma Buki. 844.
Corchorus japonic. fl. pleno.	Iamma Buki. 845.
Hypericum monogynum.	Bioru, vulgo Bijo Ianagi. 845.
Magnolia glauca α.	Sini et Confuſi, vulgo Kobus, aliis Side Kobuſi. 845.
Magnolia glauca β.	Mokkwuren. 845.
Azalea indica.	Tecki Tſjoiku, vulgo Tſutſuſi. 845.
	Tſutſuſi. 848.
	Rjuku Tſutſuſi. 848.
	Iedogaua Tſutſuſi. 848.
	Iamma Tſutſuſi. 849.
	Mijamma Tſutſuſi. 849.
	Kiriſima Tſutſuſi. 849.
	To Ken, vulgo Satſuki. 849.
	Satſuki. 849. 850.
	Satſuma ſatſuki. 850.
	Iedogawa Satſuki. 850.
Camellia japonica.	Sa et Sjun, vulgo Tſubakki. 850.
	San Sa, vulgo Iamma Tſubakki. 850.
	Dſiſi. 852.
	Tſubakki. 853.
Camellia ſaſanqua.	Saſanqua. 853.

Sijo,

Viburnum tomentoſum.	Sijo, vulgo Adſai, it. Anſai et Adſiki. 854.
Viburnum dentatum.	Fundan, vulgo Te Mariqua vel Te Mari. 854
Spiraea chamaedrifolia.	Kode Mariqua. 854.
Deutzia ſcabra.	Ioro, vulgo Utſugi, vel Iamma Utſugi. 854. Utſugi, ſeu Fon Utſugi. 855.
Weigela japonica β.	Korei Utſugi. 855.
Weigela japonica α.	Nippon Utſugi. 855.
Lagerſtroemia indica.	Sibi, vulgo Fakudſitqua, it. Fakuſinda et Fakuſitz. 855.
Bignonia grandiflora.	Kjotſjo, vulgo Nodſen Kadſura, Notſjo. 856.
Ipomoea triloba.	Kingo, vulgo Aſagawo. 856.
Convolvulus japonicus.	Kos et Kudſi, vulgo Firagawo. 856.
Dolichos polyſtachyos.	Too, vulgo Fudſi et Fuſji. 856. Jamma Fudſi. 857. Saru Kake banna. 857. Sui Sin Kadſira. 858. In dſin Kadſira. 858.
Hibiſcus ſabdariffa.	Kin, vulgo Mukunge. 858. Mukunge altera. 858.
Alcea roſea.	Fujoo, vulgo Kibatſiſſo. 858.
Malva Mauritiana α.	Ki, vulgo Awoi, Kara Awoi. it. 853.
Malva Mauritiana β.	Ko Awoi. 858.
Hibiſcus mutabilis.	Fujo. 858.
Hibiſcus manihot.	Sjuki, vulgo O Reni et Kooſo. 858.
Bignonia tomentoſa.	Too, vulgo Kiri et Nippon Kiri. 859.
Volkameria japonica.	Go Too, vulgo Go too Giri. 861.
Paeonia officinalis.	Saku Iaku. 862. Botan. 862.
Roſa canina.	Foo ſen, it. Kinſo qua, vulgo Ibara. 862.

Kei-

Celoſia criſtata.	Keiquan, vulgo Keitoge. 862.
Celoſia argentea.	Gooſitz, vulgo Ino Kadſitz. 863.
Hemerocallis Iaponica.	Iokſan, vulgo Gibbooſi. 863.
Limodorum ſtriatum.	Ran. 863.
	No Ran. 863.
	No Ran. 864.
Serapias longifolia.	Sju Ran. 864.
Epidendrum monile.	Fu Ran. 864.
Epidendrum vanilla.	Angurek warna. 867.
Epidendrum flos aeris.	Katong ging. 868.
Saxifraga ſarmentoſa.	Sekika, vulgo Kiſinſo, it. Iukinoſta. 870.
Lilium candidum.	Sjire, rectius Sjiroi et Oſjiroi. 870.
	Iamma Oſjiroi. 871.
	Biakko, vulgo Iuri. 871.
	Sazuri. 871.
	Kentan, vulgo Kono Ko Iuri. 871.
Lilium japonicum.	Kasbiako, vulgo Konoko Iuri. 871.
Lilium pomponium.	Santan, vulgo Fime Iuri. 871.
	Fi Iuri. 872.
Amaryllis ſarnienſis.	Seki San, vulgo Sibito banna, aliis Doku Symira. 872.
Ornithogalum japonicum.	Kui ſymira. 872.
Moraea chinenſis.	Iakan, vulgo Karaſu Oogi et Fi oogi. 872.
Iris ſqualens.	Siaga. 872.
Canna indica.	Dandoqua. 872.
	Sjigoguſa. 872.
Iris ſibirica?	Farin, vulgo Buran, it. Reſo Kjoſa. 872.
Hemerocallis fulva.	Ken, vulgo Quanſo et Waſriguſa. 872.
Iris ſibirica.	Kaki tſubatta. 872.
	Fanna Sſob. 873.
	Sſibi, vulgo Itz fatz. 873.
Narciſſus tazetta.	Sſiſen. 873.
Lychnis coronata.	Sen ſjun ra, vulgo Ganpi. 873.
	Senno. 873.

	Fuſji guro. 873.
Lychnis japonica.	Mokokf. 873.
Viola tricolor et odorata.	Kinſai, vulgo Sumire. 875.
Lythrum ſalicaria.	Sju, vulgo Fagi. 875.
	Tſoo Sju, vulgo Sſo Fagi 875.
Chryſanthemum indicum.	Kik, Kikf vel Kikku. 875.
Chryſanth. indic.	No Gikf. 876.
Aſter hiſpidus.	Keitſjo, vulgo Iomega Fagi. 876.
	Ko Kikf, ſeu Iomega Fagi altera. 876.
	Matricaria ſylveſtris etc. 876.
Chryſanthemum indicum.	Sio ſjo, vulgo Ko Gikf. 876.
	Matricaria etc. 876. 877.
	Dſjo Gikf, vulgo Tengai fanna. 877.
Rhododendrum maximum.	Sekki nan, vulgo Saku Nange. 877.
Inula japonica.	Sen Fuku, vulgo Oguruma. 877.
Calycanthus praecox.	Obai ſeu Robai. 878.
Nymphaea nelumbo.	Ren. it. Hatſis. 880.
Nymphaea lutea.	Feifo, vulgo Kawa bone. 880.
Illicium aniſatum.	Somo, vulgo Skimmi. 880.
Pinus ſylveſtris.	Sjo, vulgo Maatz. 883.
Pinus larix.	Seoſi, vulgo Kara maatz Nomi. 883.
Iuniperus virginica.	Moro, aliis Sonoro Maatz. 885.
Cupreſſus pendula?	Fi Moro. 883.
Cupreſſus japonica.	San, vulgo Sſugi. 883.
Juniperus barbadenſis.	Nankin Sſugi. 884.
Juniperus communis.	Sſugi Bjakkuſi, aliis Tatſi biakkuſi. 884.
	Faijo Sſugi. 884.
	Iembak, vulgo Ibuki. 884.
Thuja japonica.	Quai, vulgo Fi no Ki et Ibuki. 884.
Thuja orientalis.	Fi no Ki altera.
Croton japonicum	Fakv, vulgo Kaſiwa. 884.
	San Kakſo. 884.

Sen-

Clematis virginica et japonica.	Senninſſo. 885.
	Tſto Meguſa. 885.
	Gendſjino Kubi tſugi. 885.
	Tſito Meguſa. 885
Chenopodium ſcoparia.	Tſiſu, vulgo Fawa Kingi, it. Niwa guſa et Fooki Guſa. 885.
Eupatorium Chinenſe.	Fudſi bakama. 885.
Eupatorium album.	Eadem flore albo. 885.
Valeriana officinalis.	Ominamiſi, it. Sjiro banna. 885.
Veronica virginica.	Tobi, vulgo Taranoo. 886.
Leonurus cardiaca.	Sitiſiſuſoo, vulgo Sſuſu Kaki. 886.
Lamium garganicum.	Sitſiſuſſoo altera. 886.
Salvia japonica.	Tſioſiguſa. 887.
Hedera helix.	Tſjoo, vulgo Tſta, it. Fon Tſta. 887.
	Totagi Tſta. 887.
	In Tſta. 887.
Pteris piloſelloides.	Tſta Mongira, it. Mame Tſta. 887.
Hydrocotyle vulgaris et aſiatica.	Sakuſetz, vulgo Kakidora, it. Tſuboguſa. 887. 888.
Begonia obliqua.	Sjukaido. 888.
Oxalis corniculata.	Saſjo, vulgo Katabami et Simmoguſa. 888.
Commelina communis.	Koo Seki, vulgo Skiguſa et Tſuguſa, aliis Aſango. 888.
Aſplenium trichomanes.	Fakkona Kſa. 890.
	Sin Sioos, vulgo Firo Muſiro. 891.
	Fibi. 891.
	Fibi altera. 891.
Oſmunda japonica	Dſjeminai altera. 891.
Acroſtichum lingua.	Seeki Ii, vulgo Iwano Kawa, Ftotsba, Iwanbami et Iwangaſjuwa. 891.
Equiſetum hyemale.	Moku ſokku, vulgo Tokuſa. 891.
Urtica nivea.	Tſjoo, vulgo Sjiro Oo. 891.
	Sjiroo urtica. 891.

Rio,

Polygonum barbatum.	Rio, vulgo Tade. 891.
Polygonum orientale.	Koo, vulgo Ke Tade, it. Inu Tade. 891.
Xanthium orientale.	Sooni, vulgo Namome. 892.
Acer palmatum.	Keequan, Mokf, vulgo Kaide, it. Momidſi. 892.
Acer pictum.	Eadem foliis etc. etc. 892.
Fagara piperita.	Seo et Sanſjo. 892.
Fagara piperita.	Iamma Sanſjo. 895.
	Baibokf, vulgo Fuſi. 895.
Morus papyrifera.	Sjo, Ri, vulgo Kaadſi, Kanſi. 895.
Morus alba.	Kaadj Kadſura, it. Kogo Kadſura. 895.
Aralia pentaphylla.	Kioh, vulgo Dara. 895.
	Aſjebo et Aſiemi. 896.
Liguſtrum vulgare.	Ibutta. 896.
Euphorbia.	Takuſitzu, vulgo Totaignſa. 896.
Ceraſtium vulgatum et Alſine media.	Fan ru, vulgo Fakobi, it. Fagu Iera. 896.
Dianthus caryophyllus.	Mondo, vulgo Iamaſuje, it. Sogaif. 896.
Prunella vulgaris.	Kakko, vulgo Utſu boguſa. 897.
Artemiſia vulgaris.	Gai, vulgo Iamogi. 897.
Artemiſia japonica.	Koo, vulgo Iamogi. 897.
Artemiſia capillaris.	Intſjin, vulgo Fki Iamogi et Kawara Iamogi. 897.
Cannabis ſativa.	Ba et Ma, vulgo Aſa. 897.
Carduus eriophorus.	Kei, vulgo Aſami. 897.
	Rei, vulgo Akaſa. 897.
Prenanthes japonica.	Sei, vulgo Nadſuna. 897.
Cycas revoluta.	Teſſio, vulgo Sotits et Sodetz. 897.
Chamaerops excelſa. α.	Sjuro et Sodio. 898.
Chamaerops excelſa. β.	Soo tſiku, vulgo Sjuro tſiku. 898.

Tſiku,

Arundo bambos.	Tſiku, vulgo Tacke et Fatsku. 898.
	Rotſikku, vulgo Naiodacke. 898.
	Futſiku, vulgo Futamma tacke. 898.
	Sſi tſiku, vulgo Muriſakki dacke. 898.
Saccharum officinarum.	Kaanſia, vulgo Satto dacke. 899.
Arundo bambos.	Dſo, vulgo Saſa it. Sino ſa. 899.
	Coma Saſa. 899.
	Fakona Saſa. 899.
Saccharum polydactylon α.	Fuku, vulgo Tſikuſitz. Tſikube. Saſadſitz Saſa Meguri. 899.
Paſpalum villoſum.	i Iuu, vulgo Fankuſa. Ieno Konkuſa. Innubie. 899.
Saccharum polydactylon β.	Boo, vulgo Obanna. Sſuſſukki. 899.
	Boo, vulgo Tſubanna. 899.
Saccharum ſpicatum.	Idem caule breviori. 899.
Phalaris arundinacea.	Dſin, vulgo Karrias, Kakkina.} Arai. 899.
	I, vulgo Aſſi, Iuſſi. 900.
	Fo, vulgo Kamma. 900.
Iuncus effuſus.	Rin, vulgo Sickiſo. 900.
Iris verſicolor.	Sju, vulgo Soobu. 900.
	Setz, vulgo Suge. 900.
	Kjoo, et Koo, vulgo Aſaſa. 900.
	Ken, vulgo Midſubaki. 900.
Lemna minor.	Fe, vulgo Ukinguſa. 900.
Marſilea quadrifolia	Eadem quadrifolia. 900.
Kaempferia galanga.	Wanhom. 901.
	Sinkoo, vulgo Kawo riki. 903.
	Arbor Santalina. 905.
Muſa paradiſiaca.	Baſo. 905.
	Tobe, aliis Karakats. 905.
	Taabu no Ki. 905.
Laurus indica.	Tamu no Ki. 906.
	Taabi. 906.
	Too ſei, vulgo Mots no Ki. 907.

Taamo,

Taamo, Sjibatta, it. Okina Kogi. 907.
Piper nigrum. Koo ſioo, it. Maru Faikaami. 907.
Mame et Mamebos. 907.
Syringa ſuſpenſa. Rengjo. 907.
Ko gommi. 908.
Ko gommi flore albo. 908.
Io, vulgo Ianangi et Fako Ianagi. 908.
Salix japonica. Rju, vulgo Aujaki, it. Sidare Ianagi. 908.
Salix alba. ♀. Kawa Ianogi. 908.
Salix alba. ♂. Kawa Ianogi altera. 908.
Lindera umbellata. Kuro Noſji. 908.
Boi, vulgo Awu Kadſira. 909.
Feitori Kſa. 909.
Teka Kadſura. 909.
Magubi. 909.
Ragania quinata. Gube. 909.
Nerium divaricatum. Uno fanna. 909.
Bantees. 909.
Fumaria bulboſa. Nonigi. 909.
Fumaria lutea. Nonigi altera. 909.
Keman No, vel Koman Kſa. it. Narin. 910.
Dianthus cariophyllus. Seki tſiku, vulgo Nadeſko et Tokunatz. 910.
Mirabilis ialappa. Fooſen et Kinſoqua. 910.
Carthamus tinctorius. Kooqua, vulgo Kurenai, it. Benino fanna 910.
Papaver rhoeas. Reiſjun, vulge Bidſinſoo. 910.
Neko fanna. 910.
Iamma Kikjo. 910.
Furine. 910.
Sſo, vulgo Naraje et Sjakoguſa. 911.
Dſin, vulgo Ie et Fakkuſo. 911.
Chryſanthemum coronarium. Sun Giku. 911.
Goſitz, vulgo Irio Kuſitz. 921.
Iotei, communiter Sſi. 911.
Solanum nigrum. Tenka et Tenkja, vulgo Ko Naſſubi. 912.
Galium rotundum. Sen, vulgo Akanni. 912.
Rubia cordata.

Sja-

Plantago maior.	Sjaden, vulgo Obakko. 912.
	Sanſoo. vulgo Ioſia, it. Ninniku. 912.
Acorus calamus.	Kawa Sſobu. 912.
Pteris aquilina.	Ketz, vulgo Warabi. 912.
	Sinqua, vulgo Ikinguſa et Iwa renge. 912.
	Doki 912.
Oxalis acetoſella.	Koganneguſa. 912.
	Keiſon Kuſa. 912.
Lichines fruticuloſi.	Kimpaku, vulgo Iwagoki et Iwaſiba. 912.
Gnaphalium arenarium.	Matſebutz. 912.

Sequen-

Sequentia in Catalago Kaempſeri enumerata nomina iaponica ad Vegetabilia exotica, ibi ab Auctore allata et ad Corallia regni iaponici pertinent:

Soo, vulgo Momubah. p. 831.
Roku Kaku, vulgo Ino Matta, Tori ſaka nori. 833.
Sinkoo, vulgo Iaponum Kawo ri Ki; it. Kiſſina. 903.
Arbor Santalina, Tanko et Bjakdon. it. Sindan. 905.
Angurck Warna. 867.
Katong Ging. 868.

PLANTAE OBSCURAE.

et incognitae in Catalogo Kaempferiano.

Taraijo, vulgo Onimotſi. Kaempf. Am. ex. Faſc. V. p. 775.
Kwakits eadem folio anguſto. Amoen. ex. Faſc. V. p. 776.
Iubeta. p. 777.
Fekofats. p. 777.
Kembokf, it. Kuugambokf, vulgo Sakaki. 777.
Fiſakaki eadem, flore albo. 778.
Saſjebu. 778.
Obammi, aliis Iſo Fiſakaki. 778.
Sjiroggi. 779.
Sjiroggi, altera arborea, aliis Namome dicta. 779.
Tſjo tei, vulgo Fimits baki et Fimeri baki. 781.
Iamma Budo. 787.
Tadſu. 787.
Iamma Too ſimi. 787.
Miwa Toka, ſeu Ame furaſs. 787.
Faſſo Itſingo. 787.
Kuroggi, ſeu Fon Kuroggi. 788.
Akai Sindſjo, it. Sindrjo. 788.
Iuſura. 788.
Midſiki, aliis Ume Madaku. 789.
Modoras. 790.
Niſi Kingi. 796.
Kuro Ganni. 796.
Kuro Kaki. 796.
Ioobai, vulgo Iamma Momu. 1789.
Ruko. 799.
Ia Sjibo.
Mogotto. 799.
Ko Sjoi Sakira. 799.
Dai, vulgo Kara Nas. 800.
Sidom, it. Sidomi Notti. 808.
Sikwa, vulgo Fitsma. 811.
Reki, vulgo Kunugi, Sjirakunugi et Aka Kas. 816.
Sarſio, it. Ius no Ki. 816.
Rjugan, vel Djugan, vulgo Djugan niku. 817.
Farjo, vulgo Karana. 822.

Sadſin.

Sadſin. 822.
Kikjo. 823.
Booſu et Foſu; it. Fammaſkanna et Fammaniganna. 825.
Nadagi, Nadaki. 825.
Sſiro, vulgo Tagara Kinſo. 826.
Doku Kuats, vulgo Doſjen, it. Udo. 826.
Kjoo, vulgo Sſonga. Faſi Kami. Kureno Faſikami. 826.
San, vulgo Fir et Ninniku. 831.
Kiu, vulgo Miira niira. 831.
Kei, vulgo Oo nira. 831.
Si ſai, vulgo Ama nori, it. Muraſakki nori. 832.
Sekikwa, vulgo Kokuro buto, it. Tokoro tenguſa. Tſjanſjau et Tokoroten. 832. 833.
Tai ſei, vulgo Aii Nori. 833.
Katei, vulgo Arame. 833.
Siſjo, vulgo Miru. 833.
Sjo, vulgo Iwo Nome. 835.
Fen, vulgo Adſi mame it. Kaadſi mame. 836.
Nankin mame. 836.
Rioku et Rok, vulgo Iagenari Saſagi. 837.
Too, vulgo Atſuki. 837.
Siuku, vulgo Kuro Mame. 840.
Kats, vulgo Kudſu, Kudſu Kudſura et Kadſune. 840.
Kwai, vulgo Iens, et Kwai kaku. 841.
Sokio, vulgo Kawara Fudſi. 841.
Utſugi ſeu Fon Utſugi. 855.
Iamma Fudſi. 857.
Saru kake banna. 857.
Sui ſin Kadſira. 858.
In dſin Kadſira. 858.
Mukunge altera. 858.
Fujo. 858.
Iamma Oſjiroi. 871.
Bjako, vulgo Iuri. 871.
Saſuri. 871.
Fi Iuri. 872.
Sjigoguſa. 872.
Fanna Sſob. 873.
Sſibi, vulgo Its fats. 873.
Senno. 873.

Fuſji Guro. 873.
Tſoo ſju, vulgo Sſo Fagi. 875.
Ko Gikf, ſeu Iomega Fagi. 876.
Dſio Gikf, vulgo Tengai fanna. 877.
Faijo Sſugi. 884.
Iempak, vulgo Ibuki. 884.
San Kakſo. 884.
Tſto Meguſa. 885.
Gendſjino Kubi tſugi. 885.
Tſito meguſa. 885.
Tſjoo, vulgo Tſta, it. Fon Tſta. 887.
In Tſta. 887.
Sin Sioos, vulgo Firu Muſiro. 891.
Fibi. 891.
Dſjemmai altera. 891.
Sjiroo urtica vulgaris altera. 891.
Baibokf, vulgo Fuſi. 895.
Aſjebo et Aſjemi. 896.
Takuſitſu, vulgo Totaiguſa. 895.
Rei, vulgo Akaſa. 897.
Boo, vulgo Tſubanna. 899.
I, vulgo Aſſi. Itſi. 900.
Fo, vulgo Kamma. 900.
Sots, vulgo Suge. 900.
Kjoo et Koo, vulgo Aſaſa. 900.
Ken, vulgo Midſubaki. 900.
Tobe, aliis Karakats. 905.
Taabu no Ki. 905.
Taabi. 906.
Too ſei, vulgo Mots no Ki. 907.
Taamo, Sjibatta, it. Okina Kogi. 907.
Mame et Mamebos. 907.
Ko Gomi. 908.
Ko Gomi flore albo. 908.
Io, vulgo Ianangi et Fako Ianagi. 908.
Boi, vulgo Awu Kadſira. 909.
Feitori Kſa. 909.
Teka Kadſura. 909.
Magubi. 909.
Bantes. 909.
Keman Sſo, vel Keman Kſa, it. Narin. 910.

Neko

Neko ſanna. 910.
Iamina Kikjo. 910.
Furine. 911.
So, Naraie et Sjako guſa. 911.
Dſin, vulgo Ie Fakuſo. 911.
Goſits, vulgo Ino Kuſits. 911.
Iotei, communiter Si. 911.
Sanſoo, vulgo Ioſia, it. Ninniku. 912.
Sinkwa, vulgo Ikinguſa et Iwa renge. 912.
Doki. 912.
Keiſon Kuſa. 912.

INDEX GENERVM.

Acalypha. p. 268.
Acer. 160.
Achyranthes. 105.
Aconitum. 231.
Acorus. 144.
Acroſtichum. 330.
Actaea. 221.
Adiantum. 339.
Aeſculus. 154.
Agaricus. 346.
Agrimonia. 195.
Agroſtis. 49.
Aiuga. 243.
Alcea. 271.
Aliſma. 153.
Allium. 132.
Alopecurus. 49.
Alſine. 127.
Amaranthus. 57.
Amaryllis. 131.
Amomum. 14.
Amorpha. 279.
Amygdalus. 199.
Anagallis. 83.
Andromeda. 181.
Andropogon. 39.
Anemone. 238.
Anethum. 120.
Anthericum. 138.
Apactis. 11. 191.
Apium. 120.
Aquilegia. 232.
Aralia. 127.
Arctium. 304.
Arenaria. 186.
Ariſtolochia. 144.
Arnica. 318.
Artemiſia. 309.
Arum. 233.
Arundo. 54.
Aſarum. 190.
Aſparagus. 139.
Aſplenium. 333.
Aſter. 315.
Aſtragalus. 290.
Atractylis. 306.
Atragene. 239.
Avena. 54.
Aukuba. 4. 64.
Azalea. 84.

Baſella. 127.
Begonia. 231.
Berberis 146.
Beta. 113.
Betula. 76.
Bidens. 307.
Bignonia. 251.
Bladhia. 7. 95. 350.
Blechnum. 333.
Boletus. 347.
Braſſica. 261.
Bromus. 52.
Bryonia. 325.
Bryum. 342.
Bumalda. 8. 114.
Buxus. 77.

Cactus. 198.

Caeſa-

Caeſalpinia. 179.
Calendula. 321.
Callicarpa. 60.
Callitriche. 16.
Caltha. 242.
Calycanthus. 163.
Camellia. 272.
Campanula. 87.
Canna. 14.
Cannabis. 113.
Capſicum. 93.
Cardamine. 260.
Carduus. 305. 382.
Carex. 37.
Cariſſa. 108.
Carpeſium. 312.
Carthamus. 307.
Caſſia. 179.
Ceanothus. 95.
Celaſtrus. 97.
Celoſia. 106.
Celtis. 114.
Ceraſtium. 188.
Ceratophyllum. 190.
Cercis. 178.
Chaerophyllum. 119.
Chamaerops. 130.
Chara. 68.
Chelidonium. 221. 352.
Chenopodium. 112.
Chryſanthemum. 320.
Chryſoſplenium. 182.
Cichorium. 304.
Cineraria. 317.
Citrus. 292.
Clavaria. 348.
Clematis. 239.
Clerodendrum. 256.
Cleyera. 12. 224.
Clinopodium. 247.
Coix. 37.
Commelina. 35.
Convallaria. 139.
Convolvulus. 84. 350.
Corchorus. 227.
Cornus. 62.
Corylus. 160.
Crataegus. 204.
Crinum. 131.
Croton. 269.
Cucumis. 323.
Cucurbita. 322.
Cupreſſus. 265.
Cuſcuta. 76.
Cycas. 229.
Cynogloſſum. 81.
Cynoſurus. 51.
Cyperus. 36.
Cypripedium. 30.

Daphne. 159.
Datura. 91.
Daucus. 117.
Deutzia. 10. 185.
Dianthera. 21.
Dianthus. 183.
Dioſcorea. 149.
Dioſpyros. 157.
Dolichos. 279.
Doraena. 6. 84.
Draba. 259.
Dracontium. 234.
Dryandra. 13. 267.

Eclipta. 321.
Elaeagnus. 66.
Epidendrum. 30.
Epidemium. 62.
Equiſetum. 328.
Erigeron. 312.
Ervum. 284.
Evonymus. 99.

Eupatorium. 307.
Euphorbia. 196. 350.
Eurya. 11. 191.

Fagara. 64. 350.
Fagus. 195.
Feſtuca. 52.
Ficus. 32. 351.
Fragaria. 219.
Fraxinus. 23.
Fucus. 346.
Fumaria. 277.

Galium. 58.
Gardenia. 108.
Gentiana. 115.
Geranium. 268.
Gerardia. 251.
Geum. 220.
Glechoma. 246.
Globba. 23.
Glycine. 283.
Gnaphalium. 311.
Gomphraena. 114.
Gonocarpus. 4. 69.
Goſſypium. 271.

Hedera. 102.
Hedyſarum. 184.
Hemerocallis. 142.
Hemionitis. 333.
Hibiſcus. 272.
Holcus. 42.
Hordeum. 55.
Hovenia. 7. 101.
Houtuynia. 12. 234.
Humulus. 113.
Hydrocotyle. 116.
Hypericum. 295.
Hypnum. 342.
Hypoxis. 136.

Ilex. 77.
Illicium. 235.
Impatiens. 327.
Indigofera. 290.
Inula. 317.
Ipomoea. 86.
Iris. 33.
Iuglans. 195.
Iuncus. 145.
Iungermannia. 343.
Iuniperus. 264.
Iuſſieua. 180.
Iuſticia. 20.

Kyllinga. 3. 35.

Lactuca. 300.
Lagerſtroemia. 224.
Lamium. 246.
Laurus. 172.
Lemna. 24.
Leontodon. 304.
Leonurus. 247.
Lichen. 344.
Liguſtrum. 17.
Lilium. 133.
Limodorum. 28.
Lindera. 9. 145.
Lindernia. 253.
Lithoſpermum. 81.
Lobelia. 325.
Lolium. 55.
Lonicera. 89.
Lotus. 291.
Lychnis. 187.
Lycium. 93.
Lycoperdon. 349.
Lycopodium 341.
Lyſimachia. 82.
Lythrum. 192.

Magnolia. 236.

Malva.

Malva. 271.
Marchantia. 343.
Marſilea. 340.
Medicago. 291.
Melampyrum. 251.
Melanthium. 152.
Melia. 180.
Meliſſa. 247.
Melittis. 248.
Meniſpermum. 193.
Mentha. 246.
Menianthes. 82.
Meſpilus. 206.
Milium. 49.
Mimoſa. 229.
Mirabilis. 91.
Mollugo. 56.
Moraea. 34.
Morus. 71.
Mucor. 349.
Muſa. 130.
Myoſotis. 81.
Myrica. 76.
Myrtus. 198.

Nandina. 9. 147.
Narciſſus. 131.
Nepeta. 244.
Nerium. 110.
Nicotiana. 91.
Nigrina. 4. 65.
Nyctanthes. 17.
Nymphaea. 223.

Ocymum. 248.
Oenothera. 155.
Olea. 28.
Ophiogloſſum. 328.
Ophrys. 27.
Orchis. 25.
Origanum. 241.
Orixa. 3. 61.
Ornithogalum. 137.
Orontium. 143.
Oryza. 147.
Oſmunda. 329.
Oſyris. 31.
Othera. 4. 61.
Oxalis. 187.

Paederia. 106.
Paeonia. 230.
Panicum. 45.
Papaver. 222.
Paris. 171.
Paſpalum. 45.
Paulinia. 170.
Pentapetes. 208.
Perdicium. 319.
Pergularia. 111.
Peucedanum. 117.
Phalaris. 44.
Phaſeolus. 278.
Phyllanthus. 56.
Phyſalis. 91.
Phytolacca. 189.
Picris. 299.
Pimpinella. 120.
Pinus. 274.
Piper. 351.
Piſum. 273.
Plantago. 61.
Poa. 49.
Polemonium. 87.
Pollia. 8. 138.
Polygala. 277.
Polygonum. 163.
Polypodium. 335.
Polytrichum. 342.
Pontederia. 130.
Portulaca. 192.
Potentilla. 219.

Poterium. 230.
Prenanthes. 300.
Primula. 82.
Prunella. 250.
Prunus. 199.
Pteris. 331.
Punica. 199.
Pyrus. 207.

Quercus. 175.

Rajania. 148.
Ranunculus. 241.
Raphanus. 263.
Rhamnus. 95.
Rhododendrum. 181.
Rhus. 121. 351.
Ribes. 102.
Ricinus. 270.
Roſa. 213.
Roſmarinus. 22.
Rubia. 60.
Rubus. 215.
Ruellia. 254.
Rumex. 148.
Ruta. 180.

Saccharum. 42.
Sagina. 80.
Sagittaria. 242.
Salix. 24.
Salvia. 22.
Sambucus. 125.
Sanicula. 116.
Saururus. 154.
Saxifraga. 182.
Scabioſa. 58.
Scilla. 137.
Scirpus. 36.
Scutellaria. 250.
Sedum. 186. 350.
Senecio. 315.
Serapias. 27.
Serratula. 304.
Seſamum. 254.
Sicyos. 325.
Sida. 337.
Sideritis. 245.
Sigesbeckia. 321.
Silene. 184.
Sinapis. 261.
Siſon. 118.
Siſymbrium. 260.
Sium. 118.
Skimmia. 4. 62.
Smilax. 152.
Solanum. 92.
Solidago. 317.
Sonchus. 299.
Sophora. 178.
Spartium. 278.
Spiraea. 209.
Statice. 129.
Stellaria. 185.
Swertia. 115.
Syringa. 19.

Tabernamontana. 111.
Tagetes. 320.
Tamarix. 126.
Taxus. 275.
Tetragonia. 208.
Teucrium. 244.
Thalictrum. 241.
Thea. 225.
Thlaſpi. 259.
Thuja. 266.
Tilia. 224.
Tomex. 10. 190.
Trapa. 65.
Tremella. 345.
Trichomanes. 339.

Tri-

Trichoſanthes. 322.
Trifolium. 290.
Triticum. 56.
Trollius. 105.
Turritis. 260.
Tuſſilago. 313.

Ulva. 346.
Urtica. 69.
Uvaria. 237.
Uvularia. 135.

Vaccinium. 155.
Valeriana. 31.
Verbena. 22.
Verbeſina. 321.
Veronica. 20.
Viburnum. 122.
Vicia. 284.
Vinca. 110.
Viola. 326.
Viſcum. 63.
Vitex. 257.
Vitis. 103. 351.
Volkameria. 255.

Weigela. 6. 90.

Xanthium. 267.

Zea. 37.
Zoſtera. 232.

INDEX NOMINVM IAPONICORVM.

Abirako. 303.
Abraſin. 267.
Adſai. 123.
Adſja. 252.
Adſi mame. 377.
Adſiki. 123.
Ai. 165. 166.
Ajame. 34.
Ajami. 34.
Ajetats banna. 293.
Aji Nori. 65. 376. 389.
Akad Sa. 112.
Akai Sindſjo. 113. 388.
Aka Kas. 317. 388.
Aka Maats. 274.
Akanni. 59.
Akaſa. 112. 390.
Aka Tſudſu. 371.
Akebi. 148. 149.
Aki Awoi. 272.
Akin Gomi. 68.
Akwa. 324.
Ama nori. 376. 389.
Amatokoro. 142.
Ame Furaſs. 372.
Ami.
Angurek Warna. 380. 387.
Anſai. 123.
Anſu. 200.
Ao Giri. 366.
Aona. 261.
Arame. 376.
Aſa 383.
Aſagawo. 86.
Aſami. 306.
Aſango. 35.
Aſaſa. 384.
Aſjebo. 383.
Aſjemi. 383. 390.
Aſikuroſſi. 356.
Aſju. 169.
Aſnaro. 266.
Aſſi. 384.
Aſſuraro. 266.
Atsmori So. 30.
Atſuki. 278. 279.
Atſuma Kaido. 207.
Aujaki. 24.
Aukuba. 64.
Awa. 46.
Awajuki. 210.
Awamori. 363.
Awoi. 271.
Awo uri. 324.
Awu Kadſira. 385.

Ba. 113.
Babinſo. 22.
Badaiſin. 224.
Bai. 199.
Baibokf. 383. 390.
Bai Mo. 136. 361.
Bakanna.
Bakats. 152.
Bakf.
Bakf Ren. 170.
Baki.
Bakin. 192.
Bak Ren. 170
Bakuli. 143.
Bank et Melon. 324.
Banna. 290.
Banſjo. 93.
Bantees. 385.
Bantes. 390.
Barin. 33.
Baſo. 130.
Beninoſanna. 307.
Bjakdon. 380.
Bjakf Mundo. 140.
Bjako. 140. 389.

Bja-

Bjakuſi. 264.
Bidſinſoo. 222.
Bijo Ianagi. 295. 297.
Biju. 297.
Binke So. 186. 195.
Bioru. 297.
Bodaiſin. 224.
Bofu. 375.
Boi. 385.
Boko. 379.
Bokudſi. 345.
Boku Soku. 177.
Bone. 381.
Bonome. 165.
Boo. 42.
Boofu. 375. 389.
Boſſai. 36. 242.
Botan. 230.
Budo. 103.
Bufuki. 304.
Buke. 207.
Buki. 207.
Buki So.
Bupo. 100.
Buran. 23.
Buſei. 261.
Buto. 103.
Bywa. 206.

Cap di Cobra. 269.
Cobra. ibid.

Da. 147.
Dai. 373.
Daidſu. 282.
Daikon. 263.
Daikon So. 195.
Daikuſa. 197.
Daka. 150.
Dakekſ. 55.
Dami. 172.
Damo. 172.
Dandoku. 14.
Dandokwa. 380.
Dara. 128.
Derumagikſ. 243.
Datſikſ. 55.
Deguſa.
Deibi. 283.
Den. 180.
Debbo. 283.
Din no fanna. 159.
Diogo. 391.
Diſiboi. 300.
Djugan. 388.
Djugan Niku. ibid.
Dobuſeſi. 241.
Dodieku. 267.
Doki. 234.
Doku Dami. 234.
Doku Kuats. 127. 362.
Doku Simira. 131.
Doſjen. 127.
Dſja Kurjo. 199.
Dſjeku. 46.
Dſjemmai. 330.
Dſin. 44.
Dſinſom. 118.
Dſjo Gikſ. 381. 390.
Dſiſi. 272.
Dſjooka. 14.
Dſo. 55.
Dſojo. 151.
Dſudſudama. 37.

Eirakuſa. 246.
Eiſerbom. 229.

Fa. 160.
Fagi. 192.
Fagi Kadſura. 148.
Fagina. 316. 361.
Fagu Iera. 127. 188.
Fai. 46.

Fai So. 32.
Faijo Sſugi. 381. 390.
Faka. 246. 355.
Fakobi. 127. 182. 188. 189.
Fakobone.
Fako Ianagi. 372. 385.
Fakona Kſa. 334.
Kſo. ibid.
Kuſo. ibid.
Kuſa. ib.
Saſa. 55.
So. 339.
Fako. 270.
Fakubukon. 107.
Fakudſitkwa. 224.
Fakulinda. 224.
Fakuſits. 224.
Faku So. 334.
Fakutjoke. 82.
Fanke So. 233.
Fankuſa. 384.
Famma Boſu. 117.
Gobo. 300.
Iu. 131.
Niganna. 389.
Fankwaiſo ſkanna. 389.
Fanna. 150.
Fanna Daka. 150.
Ianagi.
Ikada. 31.
Momiſi. 161.
Skiba. 235.
Skimmi. 235.
Sſob. 380. 389.
Suwo. 178.
Tadſibanna. 96. 97.
Tſiſa. 304.
Fanni Ira. 58.
Fanpen Ran. 325.
Fanru. 127. 192.
Fari. 352.
Farin. 33.
Fario. 33. 388.
Faroguſo. 69.
Faſi bami. 160.
Kami. 160. 389.
no Ki. 122.
Faſio Mame. 279. 280.
Fas no Kadſura. 193.
Faſo Itſingo. 372.
Faſtacki. 347.
Fataſawo. 259. 353.
Fats. 223.
Fatſi Kami.
Fatſis. 223.
Fats Kanguſa.
Ku. 54.
Sjo So. 362.
Fawa Kingi. 113.
Fe. 24.
Feiſo. 223.
Feiſori Kadſura. 107.
Feitori Kſa. 385.
Fekoſats. 371. 388.
Fekuri Kadſura. 107.
Fekuſo Kadſura. 107.
Fen. 389.
Feo. 323.
Fi. 275.
Fiak Nange. 106.
Fibara. 217.
Fibi. 382.
Fige. 46.
Fi Ciri. 255.
Figo. 121.
Fije. 46.
Fiju. 46.
Fi Iuri. 380. 389.
Fi Kago no Kadſura. 341.
no Warabi. 341.
Fikjo Guſi. 249.
Fiko. 337.
Fjon. 374.
Fima. 270.

Fime ſagi. 278. 289.
kikjo. 89.
oto Giri. 294.
juri. 134.
tats banna. 292.
Fimeri Baki. 371.
Fimits Baki. 325. 371.
Tſta. 325.
Fimoro. 265.
Finango 323. 376.
Fingan Sakura. 202.
Fingoſaref. 277.
Fi no Ki. 266.
Fiodori Diogo. 92.
Fiofuki. 246.
Fjoo. 271.
Fi Oogi. 34.
Fiotari. 322.
Fir. 65.
Fira. 108.
Firagawo. 85.
Firagi. 79.
Firaſi. 108.
Firome. 346.
Firu Muſiro. 382.
Fis. 65.
Fiſagi. 191.
Fiſakaki. 191.
Fiſiaku. 377.
Fiſik. 355.
Fitatſi. 84.
Fito Momu. 199.
moſi. 132.
ſai. 319.
Fitsma. 374.
Fjun no Ki. 176.
Fiwa. 190. 206.
Fka Miguſa.
Fki Iamogi. 309.
Fnemp. 293.
Fo. 237.
Fofu. 389.
Fokke Fokkes. 92.
Fon gomi. 67.
kurogi. 372.
maki. 276.
Tſta. 382.
Utſugi. 379.
Fo no ki. 237.
Foo. 216.
Foo dſuki. 91.
ſki. 91.
Fooki guſa. 113.
Fooſon. 91. 214.
Fonſenkwa. 327.
Foſei. 304.
Foſo. 312.
Fotei Soo. 30.
Foto. 103.
Fotogi Tſta. 102.
Fototogis. 136.
Fotus kadſura. 351.
Fri. 197.
Fſitſi kuſa. 299.
Ftotsba. 330.
Fudſi. 281.
Fudſi bakama. 308.
Fudſina. 304.
Fujo. 272
Fujoo. 271.
Fujuts Tſta. 390.
Fuki ſabuki. 314.
Fuku. 42.
Fundan 122.
Funſioiſai. 136.
Fu Ran. 30.
Furaſſ. 310.
Furine. 379.
Furi uri. 324.
Furo Boku. 102.
Soo. 269.
Furs. 310.
Fuſet So. 307.
Fuſi. 308.

Fuſi bakama. 308. 360.
Fuſji. 281.
Fuſji guro. 372.
maats. 274.
Futali ſituka. 365.
Futamma Take. 54.
Fute. 237.
Futjinoſi. 365.
Futo Gaki. 158.
Ii. 37.
Kadſura. 237.
Futs. 312.
Futſiku. 54.
Futſukuſa. 240 300.

Gai. 310.
Gaki. 371.
Ganebu. 103.
Ganni. 374.
Ganni Motji. 382.
Ganpi. 187.
Ganſo. 332.
Gaſſiwa. 266.
Gegebanna. 290.
Gendſjino Kubi tſugi. 195.
Genſin. 353.
Ges. 294.
Gi.
Gibbooſi. 142.
Giku. 320.
Ginan. 358.
Ginde. 131.
Ging. 373.
Ginkgo. 358.
Gin Kan. 27.
Ginſo. 384.
Giri. 255.
Giligiſi. 148.
Gjugin. 268.
Gobo. 304.
Gojo Maats. 275.
Gojono Maáts. 274.
Goma. 254.
Goma gara. ibid.
Gome. 147.
Gomi. 66.
Gookwanbokf. 229.
Gooſits. 106.
Gokwan. 229.
Gori 323.
Gori Kwa. 268.
Go Too. 255.
Go Too Giri. 255.
Gua.
Gube. 381.
Gunbai Naſſuna. 259.
Guro.
Guſa. 113. 238.
Guſo. ibid.
Guſſuri. 382.
Guſtabira So. 81.

Hange So. 154.
Har Rindo. 115.
Haſe. 253.
Hatji Kuſa. 69.
Hawa Siro Gomi. 66.
Hawa So. 176.
Hebi Itſigo. 219.
Hebi muliro. 119.
Heb no Ki. 123.
Hudo. 362.
Huſo. 384.

I. 45. 384.
Ia. 106.
Iaatsde. 128.
Iaats Ta. 128.
Iabi Tabaco. 312.
Iabokoſi. 96.
Iabo So. 357.
Iabu Mame. 283.
Iabu ninſin. 117.
Iabure Kuſa. 319.

Iab Sen Nanſjo. 233.
Iadoriki. 64.
Iajenari Saſagi. 378.
Iaku 353.
Iakan. 34.
Iakſan. 142.
Iamma boſu. 117.
budo. 372.
Buki. 227.
Buki So. 227. 321.
Fototogis. 136.
Fudſi. 381.
Futs. 367.
Gibbooſi. 28.
Gobo. 189.
Gua. 71.
imo. 151.
intjin. 309.
Iuri. 134.
Kaki. 158.
Kikjo. 391.
Kiko. 361.
Ko Gome. 240.
Konjakf. 233.
Mioga. 23. 139.
Miſſiki. 185.
Mitſuba. 363.
Momu. 373.
Muraſakki. 248.
Ninſin. 119.
Oſjiroi. 201.
Ran. 29.
Rinſjo. 159.
Sakira. 201.
Sakura. 201.
356. Sakuſo. 143.
Sanſjo. 64.
Simira. 63.
Singikf. 319.
ſob. 139.
ſuje. 184.
tadſi banna. 96.
too ſimi. 372.
tſubaki. 272.
tſutſuſi. 84.
utſugi. 185.
Iamogi. 310.
Ianagi. 25.
Ianangi. ibid.
Ianogi. 309.
Iaragara. 35.
Ias.
Iaſi. 303.
Iaſia. 76.
Iaſjibo. 381.
Iaſu ſumi. 63.
Iawrang. 139.
Ibara. 214.
Ibota. 17.
Ibuki. 266.
Ibuki Torano. 163.
Ibuta. 17.
Ie. 201.
Iebi. 103.
Iebine. 26.
Iedogava Satſuki. 84.
tſutſuſi. 84.
Ieiſoku. 222.
Iempak. 381.
Ienbaku. 54.
Ienbi Ran. 307. 360.
Iendo. 283.
Iendſu no Ki. 178.
Ieniku. 377.
Ienko So. 242.
Iennis da. 278.
Ie no Ki. 114.
Konkuſa. 45.
Kuro Ianagi. 25.
Iens. 367.
Ienſju. 178.
Ienwa. 377.
Ieſu Ige. 294.
Ige. 214.

Igi. 294.
Igi no ſanna. 214.
Ii. 378.
Iingoſaku. 118.
Iione. 126.
Iiugoſaku.
Ikada. 384.
Ikariſo. 62. 239.
Ikei. 306.
Ikiriguſa.
Imo. 84. 234.
Indſin Kadſira. 379.
Inio Kuaku. 62.
Ino Kadſits. 106.
kuſits. ibid.
matta. 377.
Intſjin. 309.
In Tſta. 351.
Tſuge. 77.
Inubi. 45.
Inu ſagi. 289.
ganeb. 284.
ganebu. 103.
Itabu. 33.
Kimpoge. 268.
Maki. 276.
Naſſuna. 259. 260.
Sanſjo. 64.
ſeri. 241.
Tade. 165.
Io. 201.
Iodoriki. 102
Iokai. 377.
Iokiwa. 356.
Iokſan. 380.
Iokui. 37.
Iokuinin. 37.
Iomega Fagi. 315. 316. 366.
Iomena. 361.
Ione. 351.
Ion Tſta. 368.
Ioobai. 373.
Ioro. 185.
Ioſia. 383.
Iotei. 371.
Ira. 247.
Ira guſa. 69.
Kuſa. 247.
Ireiſin. 20.
Iſi mame. 331.
mikawa.
momu. 378.
no Kawa. 169.
Iſis Sida. 337.
Iſo Fiſakaki. 371.
Kurogi. 100.
Iſjuwo ſiki. 378.
Iſui. 142.
Itabu. 33.
Itadori. 103. 166.
Itjibi. 70.
Itjibu. 70.
Itjigo. 217.
Ito ſige. 365.
ſakira. 240.
So. 379.
ſugi. 265.
Itſigo. 216.
Itſigo guſa. 219.
Itſingo. 216.
Itſjo. 358.
Itsſats. 350.
Itſuma de Guſa. 350.
Iu. 382.
Iubeta. 371.
Iugawo. 322.
Iuki no ſute. 152.
no ſita. 183.
no ſta. 183.
Iumana. 316.
Iungao. 322.
Iungawo. 322.
Iuri. 336.

Iuſſi.

Iuſſi. 384.
Ius no Ki. 368.
Iuſſura. 372.
Inu. 293.
Iwa goki, 345.
Maats. 342.
no Kawa. 330.
Iwanbami. 330.
Iwan gaſjuwa. ibid.
Iva renge. 386. 391.
Siba. 345.
Tagi. 345.
Iwo Nome. 377.

Ka. 92.
Kaadſi. 72.
Kadſi Kadſura. 71.
mame.
Kaanſia. 42.
Kaaſi. 72.
Kaabu. 261.
Kabuna. ibid.
Kabuſi.
Kadſi mame. 283.
Kadſira. 389.
Kadſits.
Kadſra. 366.
Kadſune. 366.
Kadſura. 366.
Kago Kadſura. 71.
no Kadſura.
So. 251.
Kai. 150.
Kaja. 42. 275.
Kaide. 161.
Kaido. ibid.
Kaikinſia. 328.
Kaitei. 376.
Kako banna.
Kaki. 157.
Kaki doro.
doſi. 246.
Na. 44.
tiubata. 33.
Kako. 251.
Kakſo. 243.
Kakure mimo. 163.
Kaku Sju. 252.
So. 243.
Kalen So. 20.
Kamabuta. 243.
Kamatsdura. 194.
Kambang. 17.
Kami.
Kamma. 243. 384.
Kamo Awoi. 190.
uri. 323.
Kampakſo. 154.
Kamuro aſami. 305. 317.
Kan. 293.
Kandan. 368.
Kanname. 205.
Kanſi. 72.
Kanſui. 197.
Kantats. 300.
Kara awoi. 271.
gaſju. 270.
Fi. 270.
Itjigo. 217.
Immo. 84.
Kats. 294.
Kuſa. 71. 357.
Maats. 275.
Maats Nomi. 275.
Matſura. 241.
Momu. 200.
Na. 375.
Nas. 373.
Sina. 262.
Tade. 240.
Uri. 324.
Karami Kadſura. 350.
Karao. 71.
Karas Muggi.

Na. 262.
no ſiſiaku. 233.
no ninſin. 277.
uri. 323.
Karaſu no Seni. 150.
oogi. 34.
Karatats banna. 294.
Karias. 44.
Kariaſu. 150.
Karo Kaja. 40.
Kas. 176.
Kaſaguruma. 240.
Kaſ biako. 133.
Kaſiuo Kadſura. 151.
Kaſjuwa. 177.
Kaſiwa. 270.
Kas no Ki. 176.
Kaſuda. 150.
Katabami. 187.
Kataiſi momu. 199.
Katai. 389.
Katong ging. 380.
Kats. 366.
Kawa bone. 223.
faſikami. 64.
Ianagi. 25.
Ianogi. 369.
Iunkuſa. 387.
Sawa. 167.
Siro. 70. 367.
Soba. 144, 169.
ſobu. 144.
Tiſa. 321.
Kawara fiſagi. 252.
ſudſi. 178.
Iamogi. 309.
Saika. 219.
Kaworiki. 384.
Ke. 199.
Keaki. 228.
Kei. 222. 376.
Keikwan. 106.
Keiſon Kuſa. 383.
Keitoge. 106.
Keitſjo. 315.
Keku. 88.
Kekwa. 86.
Kekwan Mokſ. 106. 161.
Kemankſa. 378.
Kemanſo. 379.
Kembokſ. 354.
Ke momu. 199.
Kemundo. 139.
Ken. 101. 142.
Kenkoo. 237.
Kenpokonas. 101.
Kenſinſin. 163. 276.
Keoſin Kubi tſubi. 195.
Kentan. 134.
Kes. 222.
Keſo. 91.
Ketade. 165.
Kets. 322.
Ki. 271.
Ki buke. 207.
Fuſi. 156.
Itſigo. 217.
no mimi. 345.
uri. 324.
Kja. 92.
Kja Raboku. 275.
Kibatſiſſo. 271.
Kibi. 42.
Kin. 320.
Kikak Kuſi. 139.
Kikſ. 320.
Kikjo. 88.
Kiko. 389.
Kikokſ. 394. 320.
Kikoku So. 170.
Kiko no fanna. 320.
Kiku. 320.
Kikuragi. 345.
Kimmi. 42.

Kim-

Kimmi Kibi. 42.
Kimpaku. 345.
Kimpoge. 241.
Kin. 120. 272.
Kindeis. 180.
Kineri gaki. 157.
Kinſokva. 91. 214.
Kingi. 326.
Kingo. 86.
Kinkan. 292.
Kin Ran. 28.
Kinſai. 326.
Kinſenkwa. 321.
Kinſeſiki. 335.
Kio. 304.
Kjo. 169.
Kjoh. 128.
Kjokuſa. 51.
Kjoo. 200.
Kjooſa 204.
Kjotjekſto. 110.
Kjotikto. 110.
Kirakoo. 88.
Kiranſo. 115. 243.
Kiri. 252.
Kiriſma. 84.
Kiriſma tſutſuſi. 83.
Kiro. 144.
Kiſinſo. 119. 183.
Kiſits. 294.
Kiſtaki. 347.
Kits. 293.
Kiu. 376.
Kiwi.
Ko. 147. 322.
Ko. 147. 322.
Ko Awoi. 271.
demarikwa. 210.
Fuſi. 281.
gikf. 366.
ginſo.
giri. 382.
gimi. 267.
kibi. 46.
muggi. 56.
naſſubi. 92. 326.
Sjo Sakira. 394.
temawari. 210.
tſuge. 77.
utſugi. 155.
utſungi. 155.
Koba. 195. 254
Kobi.
Kobus. 237.
Kobuſi. 36.
Kokukſ. 117.
Koganne guſa. 386.
Kogi. 342.
Kogabohi. 313.
Koias no ki. 197.
Koikjo. 120.
Ko kerindo. 115.
Koki 344.
Koku. 177.
Kokurobuto. 376.
Kokuſaſagi. 354.
Kokwa. 323.
Koma fiſiko. 326.
no Suſu. 144.
Saſa. 55.
tſutſura. 22.
Kome. 147.
Kome Gomi. 13.
Sakura. 102.
Konbu. 346.
Konſuſi. 237.
Konjakf. 233. 234.
Konjakfdama. 233.
Konjaku. 233.
Kankik. 360.
Konoko iuri. 133.
Konote Gaſſiwa. 266.
Koo. 165. 279. 310.
Koohon. 363.

Ki. 94.
Kots. 79.
Kwa. 307.
Seki. 35.
Sjoo. 385.
So. 272.
Woo Soo. 320.
Koots Tſta. 325.
Koquan. 229.
Korei gikf. 320.
giri. 255.
luri. 133.
Kikf. 320.
utſugi. 90.
Kos. 85.
Koſikibu. 356.
Koſjoi Sakira. 172.
Koſorinna. 299.
Kotai. 67.
Kote Mawari. 122.
Kotjo. 137. 326.
Kotjo So. 326.
Kramatſo. 241.
Kramuſi. 70.
Kras no Fiſiaku. 233.
Kſei. 64.
Kſo. ibid.
Ku. 247.
Kua nuara. 152.
Kuanſo Itſigo. 219.
Kualoonin. 322.
Kuanſue. 336.
Kubi tſube. 195.
tſugi. 382.
Kudſi. 84.
Kadſin. 178.
Kudſu. 85.
Kudſu kadſura. ibid.
Kudſune.
Kuſkube. 206.
Kui Simira. 137.
Kukakuſo. 353.
Kuko. 94.
Kumagiji So. 30.
Kumatsdura.
Kumiſo. 293.
Kunugi. 374.
Kuragi. 347.
Kurakaki So. 58.
Kuren. 180.
Kurenai. 307.
Kureno faſi kami. 375.
oimmo. 120.
Womo. 120.
Kun. 199.
Kuro ganni. 77. 373.
ganni Motji. 77. 145.
gi. 372.
janagi. 278.
Kaki. 373.
mame. 318.
moji. 154.
noſji. 154.
Saſagi. 278.
Tſons. 173.
Tſus no Ki. 173.
Kummi. 195.
Kuſa. 107.
Kuſa gi. 256.
Ko. 233.
Kuſo. 334.
panja. 107.
Sotets. 332.
Kuſi. 353.
Kuſin. 178.
Kuſits. 355.
Kus Kaki. 233.
Ki. 155.
Kube. 206.
no ki. 172.
Kutjo. 326.
Kutſjinos. 108. 109.
Kutſi Kadſura. 67.
Kuts nawa Itſigo. 27. 219.

Kuwa.

Kuwa. 71.
Kuwa no ki. 76.
Kwa. 324.
Kwai. 36. 267. 367.
Kwai kaku. 367.
Ko. 120.
Soo. 352.
Kwakits. 97. 96.
Kwakware. 381.
Kwaloonin.
Kwanſo. 216.
Kwanſo itſigo. 216.
Kwanſue.
Kwas. 352.
Kwaſſi uri. 324.
Kwugai Sai. 315.
So. 20.
Kwune Soba. 355.

Ma. 113.
Maats. 274.
Maatskuſa. 274.
Madaku. 373.
Madario Guſa. 136.
Maga las. 303.
Magubi. 395. 396.
Majumbe. 100. 101.
Makajaſi. 299.
Maki. 270.
Mako laſi. 303.
Malatti. 17.
Mama Ku. 31.
Mame. 282.
Mame Bos. 385. 390.
Tſuta. 33. 239.
Tſta. 331.
Mannentaki. 348.
Manneſi. 144.
Manning guſa. 343.
Mantes. 93.
Manteſi. 03.
Marikwa. 390.
Marmer. 208.
Maſaki. 354.
Maſakinno Kadſura. 253.
Maſtaki. 347.
Matſibuts. 312.
Matskaſe So. 180.
Matta.
Mawari.
Mbe Kadſura. 149.
Medo Fagi. 289.
Megga. 14.
Meguſa. 355.
Melon.
Me Maats. 274.
Modaki. 366.
no ki. 114.
Menſoni. 137.
Mi.
Midſe. 63.
Midſiki. 366.
Mido obako. 153.
Midſubaki. 153. 384.
Midſuſoba. 169.
Miira Niira. 376
Mijamma Skimmi. 62.
Tlutſuſi. 84.
Mikan. 293.
Mikawa oruſi. 301.
Mimi.
Mimo.
Mimo muſi.
Mioga. 14.
Mionga. 14.
Mine.
Misfiki. 163.
Miſo.
Miſſuna. 353. 361.
Miſuk tjinaſi. 109.
Miſu Tokuſa.
Mitjiſiba. 365.
Mitsmata. 237. 365.
Mitſuba. 118.

Miſuba Seri. 118.
Mo. 190.
Modoras. 373.
Mogotto. 373.
Mogura. 247.
Moji. 376.
Mokf. 383.
Mokokf. 224.
Mokſei. 18.
Moku Ie no ki. 228.
Moku Saku. 328.
Mokwuren. 237.
Momidſi. 160. 161.
Momi no ki. 275.
Momiſi. 161.
Momiſi no ki. ibid.
Momu. 199.
Momubeh. 376.
Mondo. 140.
Moo. 216.
Mori. So. 311.
Moro. 264.
Noromuki. 333. 388.
Motji. 367.
Motjiguſa. 310. 367.
Motji no ki. 200.
Mots Futs. 312.
Motſi. 17. 147.
Motſibuts. 312.
gome.
no Ione. 147.
Mots no ki. 200.
Muggi. 333.
Mugura guſa. 58.
Mukade ko. 61. 341.
Mukago Niſin. 118.
Muk no ki. 201.
Mukokf. 224.
Mukoroſſi. 356.
Mukunge. 272.
Muraſakki. 127. 81. 248.
Muraſakki Dake. 55.
no fanna. 127.
nori. 248. 376.
Muſi.
Muſiro.

Na. 76.
Naatsme. 95.
Naba. 347.
Nabekabuſi. 359.
Nadagi. 375.
Nakaki. ibid.
Nadeſiko. 183.
Nadeſko. 183.
Nadſuna. 302.
Naga Saſagi. 279.
Nagi. 76.
Naio dake. 54.
Namboku. 371.
Namome. 267.
Nan.
Nanban kibi. 51.
Nandin. 147.
Nandin tſiku.
Nandſjokf. 147.
Nange.
Oankin mame. 377.
Nankino.
Nankin ſugi. 264.
Nanſjo. 233.
Nanſoo. 233.
Nanting.
Naraje.
Nara no fa. 176.
Nari ſinango. 322.
Narin. 323.
Narritjes. 293.
Naruba.
Naru fatſi kami. 64.
Nas. 207.
Naſſubi. 92.
Naſſuna. 259.
Na Tanne. 261.

Natta mame. 280.
Natten. 147.
Nawa Siro Gomi. 66.
Nebnri no ki. 229.
Neko ſanna. 369.
ſanna Ianagi. 391.
no Sanſin. 259.
Nemu no ki. 229.
Nemuri. 56. 229.
Nenaſi kuſa. 59.
Neſuſagi. 264.
Niga dake. 54.
gori. 323.
Niganna. 301.
Niko. 209.
Niku. 209.
Nindſin. 118.
Ninniku. 376.
Ninſin. 117.
Niptoo. 89.
Nippon kiri. 252.
utſngi. 90.
Niſi. 373.
Niſi kingi. 98.
Nira.
Niſji. 117. 11.
Niſjun. 117. 375.
Niwa guſa. 113.
Mi. 367.
Sakira. 210.
Sakura. 210.
Toka. 126.
Tonga. 126.
urne. 370.
Nobir. 132.
No Buki. 38. 314.
Fa.
ſagi. 290.
ſagina. 366.
ſanna. 320.
ſiſiaku.
ſuje.
ſute. 384.
Ge. 303.
Gikf. 381.
Ibaia. 214.
Iendo. 284.
Ige. 214.
Ione.
Itjibu. 270.
Kadſura. 193.
Kaki. 157.
Kawa.
Ki. 176.
Ko Ginſo. 366.
Ko Giri. 79. 366.
Kus Kaki.
Maats.
Mame. 283.
Mimi.
Ninſin. 119.
Ran. 128.
Samſin.
Siſo. 22.
Seni.
Sita.
Sta.
Tſiſa.
Nodſen kadſura. 253.
Nome. 275.
Nonawa. 82.
Nonigi. 277.
Nona mame. 283.
Nori.
Noſji.
Notſjo. 253.
Notto.
Numi guſſuri. 94.
Nunide. 56.
Nyſſimi Motſi. 17.

O. 201.
Obako. 61.
Obammi. 371.

Obanna. 42. 14.
Odomaki. 232.
Odoriko So. 244. 246.
Ogonkwa. 318.
Ogumma. 318.
Ojo. 77.
Oka longi So. 253.
Sangi So. 253.
Okera. 306. 352.
Okina Gula. 238.
Kogi. 385.
O maats. 274.
Ominamiſi 32.
Omino.
Omodaka. 241.
Omotto. 144.
Omuggi. 55.
Onegi. 133.
Oni aſami. 306.
fali. 307.
fari. 307.
juri. 134.
motſi. 387.
no fali. 119.
no Fari. 106. 119.
Sida. 337.
Oning. 131.
Oningi. 131.
Onodaki. 157.
Onſi. 278.
Oogi.
Oonira. 376.
Ooo Sumire. 326.
Oots. 180.
Ore. 357.
Oreni. 272.
Oreni kadſura. 237.
Oruſi.
Oſjiroi. 133.
Oſomi. 233.
Otara. 356.
Oto Ginſi. 296.
Giri 295.
Otokobeſi. 32.

Panja. 102.
Paute kobra. 166.
Poko. 325.
Pompelmoes. 294.
Portugal no ki. 62.
Proh Tſons. 173.

Quanſo. 142.

Ra.
Raboka. 385.
Rajin Niſi. 237.
Raikin. 257.
Ramanas. 217.
Ran. 29.
Rangikf 244.
Rantſjoge. 159.
Reedſu. 280.
Rei. 112.
Rei Fuku. 283.
Kin. 207.
Ko. 207.
Sjun. 348.
Reki. 388.
Ren. 223.
Renge So. 186.
Renjo. 19.
Reſo kjoia. 33.
Ri. 72. 203. 207.
Riits. 196.
Rijuu 65.
Rin. 145.
Rindo.
Rintſjo. 158.
Rio. 165.
Rioku. 378.
Rinſio. 253.
Rirgo. 144.
Rju. 24.

Rju-

Rjugan. 382.
Riuku giri. 255.
Tſutſugi. 84.
Rjuno ſige. 140.
Rok. 378.
Roku Kaku. 377.
Roo. 314.
Roro. 58.
Rotſiku. 54.
Ruko. 207.
Ruupambokf. 354.

Sa. 225. 272.
Sabon. 293.
Sabotin. 198.
Sadſin. 362.
Saga. 33.
Sugi So.
Sai. 381.
Saijoru. 142.
Saikatji. 179.
Saikatſi. 179. 350.
Saiko. 118.
Saiſin. 350
Saju Faku. 379.
Sakaki. 354.
Sakira. 210.
Sakiteki. 126.
Saku Faku. 230.
nange. 181.
Sakura. 201.
Sakuro. 199.
Sakuſets. 116.
Saku So. 251.
Samſin. 190. 259.
San. 265. 272.
San boſu. 117.
dſjoka. 23.
dſu. 384.
gi So.
kakſo. 381.
kira. 152.
kitſo. 95.
Ne Mori So. 311.
Sa. 272.
Sjo. 64. 91.
Siſi. 108.
Soo. 379.
Sane kadſura. 237.
Sane mori So. 311.
Sanſu lu 62.
Santan. 134.
Sapo. 198.
Sarſio. 368.
Saru kake banna. 389.
no Fuje. 368.
kuſkaki. 347.
Saſatſits. 42.
Saſa. 55.
Saſa gi. 279.
piri. 135.
meguri. 42.
nanting. 79.
Saſankwa. 273.
Saſjebu. 156.
Saſin ito. 328.
Saſio. 187.
Saſi omodaka. 153.
Saſiſſo. 365.
Saſungi.
Saſuri. 135.
Sato Dake. 42.
imo. 234.
momu. 199.
Satſuma Satſuki. 84.
Satſura ſapo. 198.
Satſuri. 84.
Sawaragi. 266.
Sei. 302.
Seiko. 362.
Seki Fi. 330.
Sekika. 183.
kokf. 30.
kwa. 183. 376.

Kan.

Nan. 181.
San. 131.
Si. 345.
tſiku. 183.
Seki imtoru. 115.
Sen. 59.
Senbaku. 276.
Senbli. 317.
Senbuli. 317.
Sendan. 180.
Senſuku. 318.
Seni. 59.
Seniki. 187.
Senninſſo. 240.
Sennitsko. 114.
Senno. 380.
Senrjo. 120.
Senſjuwa. 380.
Sen ſjun Ra. 187.
Seo. 64.
Seo Kuſits. 256.
Seoſi. 275.
Seri. 120.
Seri niſi. 120. 363.
Setoko. 321.
Sets. 384.
Si. 109. 157. 295.
Siaden. 61.
Siaga. 33.
Sjako guſa. 391.
Sjakuna. 118.
Siamiſen tſuſu. 328.
Sia ſin ſo. 61.
Siba. 191.
Siba kuri. 196.
Siberi figu. 192.
Sibi. 244.
Sibito banna. 131.
Sibi Kaki. 157.
Sida. 337. 338.
Sidare Ianagi. 24.
Side Kobuſi. 237.
Sidom.
Sidomi notti. 374.
Sjibatta. 385.
Sjibo. 382.
Sjigo guſa. 380.
Sjiko. 159.
Sjio. 123.
Sjirakas. 1777.
Sjirakunugi.
Sjire. 133.
Sjiroi. 132.
Sjiro banna. 32.
gi. 374.
kwai. 242.
Oo. 71.
ſaſagi. 279.
ſaſangi. 279.
tadſi banna. 96.
Sjiroi ure. 324.
Sjiroo. 349.
Sjirotſiku.
Sikambo. 187.
Sikiſi. 145.
Siko. 242.
Siku. 101.
Sikwa.
Simagi Gibboſi. 142.
Sima kaja. 44.
kariaſu. 44.
utſugi. 90.
Simira. 326.
Simogaja. 44.
Simoguſa. 187.
Si momu. 203.
Simo ſtuke. 209.
Simotſke. 209.
Sin. 160. 276.
Sinas Appelen. 293.
Sin gikf. 320.
kadſura. 382.
koo. 384.
kwa. 391.

Ran.

Ran. 308.
San. 62.
Sioob. 381.
Ta. 62.
too. 89.
Sina no kaki. 158.
Sindan. 62.
Sindrio. 382.
Sineſjo. 374.
Sine. 53.
Sine ſuge. 145.
Sini. 237.
Sinobi. 340.
Si no ki. 176.
Sa. 55.
Sinu kotai. 68.
Sjo. 64. 72. 172. 274.
Sjogei Fige.
Sjoi Sakira. 373.
Sjoku. 42.
Sjokuſa. 37. 377.
Kwa. 324.
So. 37.
Sjooro. 376.
Sjoriku. 189.
Sira ito So. 152.
Siro. 367.
Siro gomi. 376.
juri. 133.
Siſai. 382.
Siſen. 131.
Siſigi. 221.
Siſigakure. 181.
Si ſjo. 248. 377.
So. 248.
Siskwas. 181.
Sitaki. 347.
Sits. 121.
Sits dſju. 121.
Sitsku. 55.
Sitſiſuſo. 246.
Sitſiſuſoo. 24.
Situba.
Sju. 34. 192.
Sjukaide. 231.
Sjuki. 272.
Sjuku ibid.
Sjun. 82. 272.
Sjunjak. 234.
ra.
ſai. 82.
Sju Ran. 28.
Sjuro. 130.
Sjuro tſiku. 130.
Sjuſjin. 118.
Sjuvo. 248.
Skakabure iuri. 336.
Skamma. 235.
Skan. 148.
Skanbo. ibid.
Skiba. 235.
Skiguſa. 35.
Skiumi. 235.
Skin Tſuta. 285.
Skio Ran. 28.
Skon. 81.
Smootali kuſa. 52.
So. 253.
Sob. 20.
Soba. 169.
Soba uri. 323.
Sobi So. 20. 22.
Sodets. 229.
Sodio. 130.
So fagi. 390. 391.
Sogaiſ. 184.
Sokio. 378.
Soku. 126.
Sokuſa So. 126.
Soku Suiſi. 196.
Sokutan. 246.
Som. 235.
Somo. 235.
Sonari maats. 264.

Son-

Songo. 389.
Son no Ige' 355.
So no ki. 108.
Sonoro Maats. 264.
Soo. 71. 132.
Soobu. 34. 384.
Soo Huſo. 231.
Sooni. 267.
Soo tſiku. 130.
Sora Mame. 284.
Soſits. 307.
So ſo. 385.
Sotits. 229.
Suba Seri.
Suge. 265.
Sugi. 265.
Sugi Bjakuſi. 264.
Sui. 176.
Suiba. 148.
Suje. 176.
Sui Kadſura. 89.
Ko. 159.
Ku. ibid.
Kwa. 323.
Roo. 169.
Si. 196.
Sin. 131.
Sin Kadſura. 89.
Sukumo. 37.
Sumire. 326.
Su momu. 203.
Sungiku. 320.
Sunſjo. 187.
Suo Ki. 146.
Su Ran
Sure Sagi So. 26.
Suriganne Niſji. 87.
Suriganni So. 88.
Sur no Fa. 172. 366.
Suſu. 385.
Suſu Iri. 197.
Kaki. 210. 244. 247.
Ki. 42.
Suſnme Ami. 185.
Suwo.

Ta. 225.
Taabi. 384.
Taabu no Ki. ibid.
Taamo. 385.
Tabaco. 91.
Tabirako. 302.
Ta ieri. 260.
Ta ſoba.
Ta de. 165.
Tadſi banna. 96.
Tadſu. 372.
Tagara Kinſo. 241.
Tai. 342. 347.
Taigeki. 350.
Taiſei. 376.
Taja ſaiko. 366.
Taka Na 262.
Takara. 241.
Takanotsme. 80.
Takaiabro. 321.
Takatade. 240.
Taki. 54. 337.
Takuſitſu. 383.
Tama Kuſa Gori. 322.
Tamatsagori. 322. 325.
Tamatsagubi. 322.
Tamatſuiagauri 322.
Tametomo iuri. 133.
Tamma tſubaki. 100.
Tampopo. 304.
Tamu no Ki. 173.
Tan. 347.
Tanko. 387.
Tannawattaſi. 17.
Tanne. 17.
Tanne wattaſi. 17.
Taraijo. 371. 373.
Tara no Ki. 356.
Taranoo. 20. 382.
Ta Soba. 168.

Tats

Tats banna. 293.
Tatſj bjakuſi. 264.
Ten. 225.
Tei. 255.
Teika Kadſura. 33.
Teito. 227.
Tei Too. 255.
Teka Kadſura. 368.
Teki. 84.
Teki Tſjoku. 84.
Te Marikwa. 122. 123.
Tengai ſanna. 381.
Tenka. 92.
Tenkja. 92.
Tenkwa. 324.
Ten Nanſjo. 233.
Ten Mondo. 139.
Tepuli. 143.
Tereteriguſa. 249.
Teſſin. 240
Teiſio. 229.
Teteki. 259.
Tetſju. 378.
Tjakutjo Ke. 93.
Tjintjiku Take. 54.
Timbai. 160.
Tjuoſin Aſagawo. 82.
Tobe. 384.
Tobera. 99.
Tobi. 382.
Tobira. 99. 373.
Todai Kuſa. 197.
Todoki Niſjin. 81.
Togwa. 323.
Tojakf. 318.
Toka. 388.
Token. 84.
Tokoro. 150. 376.
Tokoro tenguſa. 376.
Toka So. 354.
Tokunats. 385.
Tokuſa. 153. 328.
Tokwa. 323.
Tomara Soo. 146.
Toneriko. 359.
Tonga. 372.
Too. 199. 252. 278. 280.
Toodiſia. 113.
Toodſu. 280.
Too Dai Kuſa. 197.
Too Dſuki. 91.
Too garas. 93.
giri.
goma. 270.
Kaki. 32.
Ki. 362.
Kibbi 37. 377.
Simi. 372.
Sei. 384.
Sugi. 264.
Tſiſa. 300.
Toranoo. 20.
Toranoſo. 336.
Torias. 332.
Tori ſaka. 377.
ſaka nori. 377.
Tomara ſoo. 146.
Torok mame. 366.
Totaiguſa. 383.
Totji noki. 154.
Tſe Uri. 324.
Tſiguſa. 250.
Tſiku. 54.
Tſikube. 42.
Tſikura ſiba. 371.
Tſikuſits. 42.
Tſja. 225.
Tſjo. 71. 368.
Tſioku. 351.
Tſioo. 71. 351.
Tſiorjo. 319.
Tſioſenſon. 320.
Tſioſiguſa. 22.
Tſiotei. 371.
Tſiku. 351.
Tſikura ſiba. 76.

Tſiſa. 304.
Tſiſu. 113.
Tſitomeguſa. 382.
Tſitſi kula. 303.
Tſke uri. 325.
Tſons. 384.
Tſoo ſju. 381.
Tſowa. 313.
Tſta. 368.
Tſta mongira. 331.
Tſtome. 195.
Tſto meguſa. 382.
Tſubaki. 272.
Tſubanna. 42.
Tſubatta. 378.
Tſubi. 77.
Tſuboguſa. 116.
Tſuge. 77.
Tſugumiguſa. 304.
Tſuguſa 35.
Tſujukuſa. 35.
Tſuke uri. 324.
Tſukne imo. 151. 376.
Tſukuſukuſa. 328.
Tſumane. 327.
Tſutokome. 97.
Tſuru Itſigo. 219.
    Na. 208.
    Ninſin. 119. 353.
    Taſi. 26.
Tſuſi kuſa. 54.
Tſu So. 149.
Tſuſu. 328.
Tſuta. 285.
Tſutſuſi. 84.
Tſwa. 313.
Tuſu kaki. 84.
Tſuwa buki. 314.

U. 234.
Ubame. 78.
Udo. 127.
Uikio. 120.
Ukinguſa. 24. 349.
Uma. 192.
Uma biju. 192.
Uma buſuki. 304. 376.
Umba Tſigo. 218.
Umbats. 208.
Ume. 199.
Umebos. ibid.
Um madaku. 366.
Uno ſanna. 110.
Ura Siro. 338.
    tſuro. 216.
Uri. 323.
Urukki. 251.
Urus. 121. 373.
Urus no ki. 121. 373.
Uruſjine. 147. 377.
Uſno Sura. 168.
Utſuboguſa. 251.
Utſugi. 185. 359.

Wan. 283.
Warabi. 332.
Warna. 380.
Waſi. 147. 377.
Watriguſa. 142.
Watta. 271.
Watta no ki. 271.
Wattaſi. 383.
Womo.
Woogan. 360.
    kigi. 360.
    ten. 364.
    So. 320.
Wooſy. 142.
Wudo. 362.
Wujaku. 355.
Wu ko Gi. 128.

INDEX PLANTARVM IN TABVLIS DEPICTARVM.

Tab. 1 Liguſtrum japonicum. p. 17.
— 2 Olea fragrans. 18.
— 3 Syringa ſuſpenſa. 19.
— 4 Dianthera japonica. 21.
— 5 Saluia japonica. 22.
— 6 Valeriana villoſa. 32.
— 7 Andropogon crinitum. 40.
— 8 Paſpalum villoſum. 45.
— 9 Panicum hordeiforme. 48.
— 10 Poa barbata. 50.
— 11 Bromus japonicus. 52.
— 12 13 Aukuba japonica. 64.
— 14 Elaeagnus vmbellata. 66.
— 15 Gonocarpus micranthus. 69.
— 16 Weigela japonica. 90.
— 17 Lycium japonicum. 93.
— 18 Bladhia japonica. 95.
— 19 —— villoſa. 96.
— 10 Gardenia radicans. 109.
— 21 Lindera vmbellata. 145.
— 22 Andromeda japonica. 181.
— 23 Dianthus japonicus. 183.
— 24 Deutzia ſcabra. 185.
— 25 Eurya japonica. 191.
— 26 Houttuynia cordata. 234.
— 27 Dryandra cordata. 267.
— 28 29 Croton japonicum. 270.
— 30 Camellia Saſanqua. 273.
— 31 Hypericum japonicum. 295.
— 32 Osmunda ternata. 329.
— 33 Acroſtichum Lingua. 330.
— 34 —— haſtatum. 331.
— 35 Blechnum japonicum. 335.
— 36 Polypodium falcatum. 336.
— 37 —— dichotomum. 338.
— 38 Lycopodium ſerratum. 341.
— 39 Boletus dimidiatus. 348.

ERRATA.

P. 150.	Lin. 5.	Karaſuno, *legend.* Karaſu no.
157.	7.	Siba Kaki *legend.* Sibu Kaki.
91.	5.	ab infer.: Too, *legend.* Foo.
96.	2.	baona, *legend.* banra.
238.	22.	Ollina Guſa. *legend.* Okina Guſa.
240.	4.	Futs.Kuſa, *legend.* futſukuſa.
328.	21.	Tſulu, *legend.* Tſuſu.
322 - 327.	Lin. 1.	ſuperflua, *legend.* Monogama.
273.	Lin. 13.	tab. 29. *legend.* Tab. 30.